NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
ROMA
55
7 G
7 M

55-7-G-7

HIPPOCRATIS MEDICORVM OMNIVM PRINCIPIS

EPIDEMIΩN LIBER SEXTVS, A LE[illegible]ANO QVODAM, medico latinitate donatus, & luculentiſſima enarratione illuſtratus, iam recens non æſtimandis uigilijs ab autore recognitus, multisq; in locis auctus, ac in lucem editus.

Adiecta ſunt ad calcem operis græca, ut diligens lector hæc ipſa cum latinis conferre poßit.

32

BASILEAE APVD IO. BEBELIVM
ET MICH. ISINGRINIVM
M. D. XXXVII.

PHILIPPVS MELANCHTHON VIRO DOCTISS. D. Leonardo Fuchſio, medicinæ doctori, amico ſuo S. D.

POſtquam legi enarrationẽ tuam ἐς τὸ ἰατρῶν ἁμαρτημάτων, ita ſum incenſus ſtudio atq; amore tui, ut magnopere expetiuerim amicitiam tuam. Etſi enim non exerceo medicinam, tamen cognitio me delectat, ex qua quidẽ ad meum uſum tamen aliquid transfero. Itaq; tuus libellus ita mihi notus eſt, ut ungues mei: cuius rei teſtes habeo multos doctos uiros, qui meo iudicio meaq; prædicatione commoti tuum ſcriptũ legunt, & ſecum paſſim in ſinu circunferunt. Cum autem ad amorem excitandum nihil ſit efficacius quàm uirtutis atq; doctrinæ de altero opinio, facile poteris exiſtimare me tui amantiſſimum eſſe. Quare mihi pergratum eſt, quod me literis tuis amantiſſime ſcriptis, ad amicitiam inuitaſti, tibiq; polliceor nuſquam defuturum mihi in te colendo ſtudium aut fidem. Bene uale, & reſcribe. Pridie calend. Maij, 1534.

IOACHIMVS CAMERARIVS.

Quo maior medici laus eſt & gloria Coi,
Aeterno cuius nomine fama uiget,
Hoc meliora tibi debentur præmia Fuchſi,
Pro ſtudij tanta dexteritate tui.
Ille uelut lux orta Dei, mortalibus ægris
Arte ſua præſens attulit auxilium.
Quem te nunc ipſum Fuchſi illuſtrare uidemus,
Huic & ab offuſa reddere nocte diem,
Quiq; dedit multis ſperato funere uitam,
Per te huic extincto nunc propè uita datur.
Gaude qui ueræ rationem diligis artis.
Ars tibi de ueterum promitur ipſa penu.
Inuida turba dole ſtudiorum inimica bonorum,
Omnia ſunt uotis proſperiora tuis.
Huius ſcripta modi Fuchſi edis, qualia poßit
Nemo odiſſe bonus, nullus amare malus.

ILLVSTRISSIMO AC CHRISTIANISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO ALBERTO MARCHIONI BRANDENBVRGENSI, STETINÆ, *Pomeraniæ, Caſſuborum, Sclauorum, & Boruſſiorũ Duci, Burggrauio Norimbergenſi, necnon Rugiæ principi &c. Domino ſuo clementiſſimo* [illegible] *medicus S.*

ETSI animus ab interpretandi munere, ut quod uirum nõ linguarum modo, uerumetiam multa rerum peritia præditum requirat, & quod plerũq; plus calumniæ quàm laudis ſecum afferat, ſemper abhorruerit, tamen quum anno ab hinc quinto Caluus quidam latinũ nobis oſcitãter & peſſima fide, qua nihil in interprete magis deteſtandum, à ſe conuerſum, atque adeò infinitis & intolerandis mendis refertum dediſſet Hippocratem, committere non potui quin ex multis illius ſine controuerſia ſummi medici libris, unum ſaltem, nempe ſextũ Epidemiωn, utpote plus cæteris à Caluo deprãuatum, imò prorſus peruerſum, ab illata ſibi iniuria uindicarem. Quis enim placatè ferret librum hunc uniuerſæ medicinæ ueluti capita ac ſummas complectentem, eoq; nomine medicinæ ſtudioſis incredibiliter utilem, tam miſerandũ in modũ tractari? Nemo ſanè, niſi cui prorſus cornea ſit fibra, quẽmque humani generis immenſa pericula nihil afficiunt. Proinde ut aliqua ratione ijs qui nullam penitus græcæ linguæ notitiã haberẽt conſulerem, utq; ne illis peruerſa Calui uerſio imponeret efficerem, quãdo non pauci eſſent qui hanc ipſam ueram & genuinam optimamq; putarent, maiori quàm ille & fide & diligentia librum hunc è greco in latinũ cœpi traducere, ac traductum qualibuſcunq; commentarijs illuſtrare, ut ſcilicet noſtræ conuerſionis rationem reddere, Caluiq; negligentiam & in rebus medicis ignorationem oſtendere plenius liceret. Quod cum facio, accidit, neſcio quomodo, ut illum pluribus in locis aſperioribus uerbis perſtrinxerim, acerbiusq; inſectatus ſim, quod ita ex uſu eſſe multorũ ſperabam, qui ſibi cum rerum medicarum eſſent imperiti, Calui exemplo moniti, à conuertendis in latinum ſermonem græcis medicis, Hippocrate potiſſimum, ut qui ob antiquæ breuitatis ſtudium obſcuriſſime locutus eſt, poſthac cauerent, quando nedum in illis ſententias non rectè aſſequi, ſed unam etiam interdum dictionem im propriè conuertiſſe, aut non probè expoſuiſſe, periculo haud uacet, eoq; maximo. In alijs ſiquidem artibus peccata etiam non admodum leuiã tolerari poſſunt: hic, ubi hominis ſalus et interitus agitur, ne minimis quidẽ locus eſſe debet. Cæterum inſectando Caluum inſinuare uolui quàm toto cœlo aberrẽt qui hodie nullam planè græcarum literarum peritiam medicis eſſe neceſſariam nugaciter garriunt, quod nimirum omnia iam fermè græcorum medicorũ ſcripta latinitate donata habeantur, quaſi apud omnes in confeſſo ſit nullibi cæcutire poſſe interpretem, cum tamen conſtet eos etiam qui nunc optimi habentur interpretes, omnium maxime hallucinatos eſſe, id quod fortè aliquando ea de re ædito libello teſtabimur. Sed utcunq; in Calui erratis confutandis aliorum commodum ſpectauerim, tamen hodie tam peruerſa multorum ſunt iudicia, ut non deſint qui ſtudiũ hoc meum multo aliter interpretentur, meq; nulla alia cauſa niſi ſtudio obtrectandi, & alios carpendi libidine, tanquã natura φιλεγκλήμων eſſem, prouinciam hanc ſuſcepiſſe clamitent. Ingenuam deniq; meam & liberam planeq; uiro dignam iniurię propulſandę contentionẽ, mendaciterq; inſimulati erroris repulſionem, ferociæ ac furoris nomine traducunt. Atqui ualeant per-

Calui uerſio qualis.

Notatur Michael Villonouanus.

dixi illi homines μωρότεροι μελιτίδου: cum enim ſenſu communi deſtituti ſint, non merentur quibus cum temerè diſceptes. Aequo itaq; animo acceptam iniuriam perferam, quādo hoc mihi cum multis hodie uiris eruditiſſimis, qui ingenij ſui fœturas magno ſudore, multiſq; uigilijs in communem uſum partas emittunt, commune ſit, ut pro gratia inuidiam & calumniam reportemus. *Alterius editionis cauſæ.* Porrò quanq; Caluum in priore noſtra cōuerſione πολλοῖς παρασάγγαις ſuperauerimus, ut nō eſſet cur nouā adornaremus, tamen cum ob multa uariaq; typographi incuria admiſſa errata liber denuò ſub incudem uocandus ueniret, non committendum arbitratus ſum quin plura immutarem, quod antea Hippocraticā breuitatem & uerba utcunq;, hic uero uerborum potius uim & ſententiam exprimere uoluerim. In qua ſanè re nos tantum effeciſſe puto, ut ſi quiſpiam poſteriorē hanc uerſionem cum priore contulerit, uix eandem eſſe dicat. Nec paucæ ſunt ſententiæ quas aliter atq; olim digeſſimus, commentarijſq; ut multo quàm antea eſſent luculentiores ac prolixiores curauimus, & ut ſummatim dicam, elaborauimus ut iuxta prouerbium δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι eſſent. Deniq; ut ſecundam hanc ęditionem pararē, non parum me mouit quod uiderem laborem hunc noſtrum non tantum à medicis, ſed alijs quoq; uiris doctiſſimis probari, PHILIPPO præſertim noſtro Melanchthone, uiro nulli nec Italorū nec Gallorum ſecundo, id quod ſua ad nos epiſtola huic operi pręfixa abunde teſtatur. Quapropter paſſus non ſum librum illum tot mendis abundantem in bonorum uirorum manibus diutius uerſari, ſed elegantioribus ſtatim typis informandum Ioanni Bebelio, uiro erudito & diligenti, qui omnes noſtras lucubrationes recepit ſe excuſurum, tranſmiſi. Quod ut facerem hoc mihi in primis etiam perſuaſit, quod neminem futurum exiſtimem, qui undiquaq; laceros atq; mutilos Galeni in hunc ſextum Hippocratis Epidemiωn librū cōmentarios eſſet Latio donaturus, quandoquidem idipſum commode præſtare poſſe mihi quaſi ἀδύνατον uideatur. Vt igitur interim ſtudioſis medicinæ conſultum eſſet, & aliqua ad illos ex eo libro utilitas perueniret, hoc quicquid eſt laboris ſubire uolui, nihil moratus barbaros iſtos medicellos, quibus nihil niſi quod arabicas redolet ſordes placere ſcio, tantum abeſt ut noſtra, quę paſſim illas explodūt et eijciunt, probaturi ſint. Hos autem noſtros labores tibi Illuſtriſſime Princeps, tū multis ijſq; egregijs de cauſis, *Dedicationis cauſæ.* tum uel hac potiſſimum dedicare & conſecrare conſtitui, quod ipſe unus ſis cui plurimam gratiam debeam. Nam cum exacto iam ferè biennio magnificis ijſdemq; uarijs pollicitationibus iterum atq; iterum per doctiſſimum uirum Ioan. Apellum (heu cuius immatura mors quantam cladem Iuris ſtudioſis, quando in hoc uno priſtini reparandi Iuris ſpes ſita eſſet, attulit) in aulam tuam me pertrahere conatus ſis, meruiſti certe ut aliquod ſaltem gratitudinis indicium, ſi maius præſtare officium non licet, reponam. Repoſuiſſem autem iam pridem, niſi improbi cuiuſdam nobis malitia obſtitiſſet. Quod itaq; præter animi mei ſententiā diutius prorogatum eſt, id nunc cumulatius quàm tum potuerim perſoluo, munuſculum nimirum hoc literarium tuę in me Celſitatis fauori utcunque reſpondens, humiliter tibi dicans. Quod ut audacius tentarem, hæc quoq; cauſa impulit: ſiquidem ex clariſſimi nominis tui inſcriptione, meas haſce uigilias maximū pondus & autoritatem apud omnes habituras putaui, atq; adeò C. T. patrocinio fretas, à uenenatis perditorū quorundam dentibus tutas fore. Vnde enim illis plus exiſtimationis atq; autoritatis accederet, quàm abs te, qui propter plurimas easq; inſignes & animi & corporis dotes, omnibus ferè reliquis Germaniæ Principibus pręſtas? Nam ut nōnullas ſaltem (omnes enim quis poſſet?) uerè heroicas tuas uirtutes percenſeā, *Studium pietatis.* quis ex quamplurimis, abſit uerbo inuidia, Germāiæ noſtrę hodie uiuit Principibus, qui uerę ac chriſtianæ pietatis ſtudio ac pa

trocinio

trocinio æque atq; tu flagret & ardeat. Hinc eſt quod potius corpus, omnesq; res tuas, adde uniuerſam quoq; ditionem, in ſummo eſſe diſcrimine uolueris, quàm turpiter à ſemel agnita ueritate deflectere: quandoquidem præſtare compertum iam habeas, rerum omnium caducarum quàm animæ iacturam facere. Huic accedit immenſus literarum omniumq; uere eruditorum amor, qui cum in omnibus ferè principibus refrixerit, in te uno ardet. Neminem enim fermè ex illis eſſe qui doctos ullo in loco habeat, notius eſt quàm ut à me dici debeat, quãdoquidẽ cõtemptiſſimi in aulis agant. Quod ſi deniq; aliquid illorum nomini nuncupes, non dignantur aſpicere, tantum abeſt ut aliquo munere reſpondeãt. Conſultius certò facturus ſi κυνίδιον aliquem illis obtuleris, quàm librum qualeſcunq; eorundem laudes decantãtem: ita prorſus ut robuſti ſint λαιμαργοί, illis perpetuò in uotis eſt. Tu contrà literatos et in omni diſciplinarũ genere eminentes uiros mira quadam humanitate, & ampliſſima præmiorum ſpe in aulam tuam inuitas, inuitatos clementiſſime cõpellas, liberaliſſime foues, maximisq; honoribus & muneribus ornas. Pulchre ſiquidem intelligis, fieri non poſſe ut de iure alijsq; negocijs quis recte cenſeat, niſi Neſtores ſuos doctos & prudentes uiros habeat, quos in conſilium adhibeat. Deinde ſi qua ratione per occupationes licet, ſuffurato ocio, ad literas, hiſtorias potiſſimum, reſpicis, atq; adeò quid ueteres Imperatores Romani, uel exterarũ gentium fecerint, diligenter inquiris & obſeruas, ut nimirum in dies doctior & peritior rerum, nunquam non aliquid quod ad probè tractandas illarum habenas conducat decerpendo, euadas. Atq; hinc adeò Aurelij Alexandri optimi illius Imperatoris animum præ te ferre uideris, qui omnibus negocijs tractandis doctos & literatos, maxime eos qui hiſtoriam norunt, adhibere conſueuit. Idem quoq; poſt publicos actus ſeu bellicos ſeu ciuiles, ſemper lectioni, Platonis de republica libros, aut Ciceronis officia legens, operã dedit. Habebat etiam cum priuatim conuiuaretur librum in menſa & legebat. Cum uero inter ſuos & in publico, aut Vlpianum, aut alium doctum hominẽ adhibebat, ut haberet literatas fabulas, quibus ſe recreari ac paſci dicebat. Quod utinã Alexandri actuum exemplum omnes hodie Principes imitarentur, qui purpuratos illos ac torquatos nobiles, ac alios eius farinæ homines potius quàm doctos ſuis adhibere menſis ſolent, quo ſint quibus cum de magnitudine poculorũ certent, & de uenationibus, aleis, & id genus leuibus ac nullius momenti rebus loquantur. Sed ſinamus illos ſuo uiuere more, τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος. Inter inſignes uero animi tui uirtutes & hęc nõ poſtrema eſt, quod in utraq; fortuna inuictum planè & intactum animum obtineas, & qui proſpera & aduerſa ſuſq; deq; habere poſſit. Tanta deniq; animi tui conſtantia eſt, ut hanc nullius delatoris, fumiúe uenditoris μελιχοῖσιν καὶ αἱμυλίοισι λόγοισι demulceri aut frangi patiaris. Quæ ſanè uirtus eò magis in te prædicanda uenit, quo plus hodie ab ea omnium ferè Principum animi abſunt: qui in has aulæ peſtes ita affecti ſunt, ut nunquam non illarum mendaciſſimis delationibus, & ijs quæ clanculum in aures eorundem ſuſurrarunt, pertinaciſſime credãt, adeò ut nullis dein perſuaſionibus à facta ſemel ſuſpicione abduci queant. Cõſtanter itaq; facis quod ab hoc peſſimo multisq; communi uitio abhorreas, nec illis Sirenibus aures præbeas, ſed perpetuò ad illarum cantus obturatas habeas, tantum abeſt ut uinci te patiaris. Siquidẽ perſpectum habes (nam huius rei plura tibi exempla hiſtoriæ ſuggerũt) quantam interdum cladem una adulatoris uox non priuatis tantum, ſed etiam publicis rebus attulerit. Faxint autẽ ſuperi ut noſtri temporis Principes Alexandrũ Seuerũ curent imitari, & de hoc teterrimo hominum genere idem quod ille de Verconio Thurino ſupplicium ſumant, & fumo puniant, qui fumos uendiderunt: ita enim fiet ut aulam probè ab ijs fecibus purgatã ſint habituri, & ſentient deinceps rerum

Amor literarũ et eruditorũ.

Aurelius Alexander optimus Imperator.

Animi fortitudo & conſtantia.

omnium ſucceſſum multo quàm antea feliciorem. Præterea ſilentio præterire, maxime cum alijs principibus uiris ad imitandum exemplo eſſe poſſint, alias ex

Eloquentia. cellentes tuas uirtutes, eloquentiam uidelicet, qua uel Piliſtratum illum, cui Athenienſes oratione eius capti regnum imperiumq; permiſerunt, æquare uideris:

Rei militaris peritia. reiq; militaris peritiam, qua uix Hannibali ceſſeris, nequeo. Cum enim tribus ijs rebus, natura, doctrina, & exercitatione, rei militaris peritia conſummatur, uideris hanc tibi quaſi tuo iure uendicare. Nam naturam ipſam ſi reſpicias, tum ex fortibus et bonis, idq; nō tantum in hominibus, uerumetiã iumentis, procreari fortes & bonos cōperimus. Sic in equis ac iuuencis patrum uirtutem relucere conſtat: nec imbellem progenerant aquilæ columbam. Quod cum ita ſe habeat, quî fieri poſſet cum à bellicoſiſſimis reiq; militaris peritiſſimis parentibus prognatus ſis, ut ipſe imbellis & rerum bellicarum imperitus fueris? Et ut rem apertius ediſſerã, nonne Illuſtriſſimus Princeps ALBERTVS Marchio Branden

Albertus Elector Imperij. burgenſis auus C. T. à pueritia ipſa in armis educatus, omnium principum Germaniæ bellicoſiſſimus fuit, adeò ut à nonnullis Germanicus Achilles dici meruerit? Quem deinceps parens tuus FRIDERICHVS, meus olim Princeps &

Friderichus Marchio Brandenburgen. dominus clementiſſimus, cuius ob multa uariaq; eius in me beneficia nunquam eſſe immemor poſſum, ita expreſſit, ut ne Apelles ipſe melius. Quod enim unq; bellũ auguſtiſſimus Imperator MAXIMILIANVS geſſit, cuius ille dux nō fuerit? Porrò ſi doctrinam & exercitationẽ requirat quiſpiam, neutra eſt quæ in te deſiderari queat. Inſtitutionem enim à parente, quo cum nō raro ad militiam profectus es, optimam nactus es. Cui dein multiplicium hiſtoriarum lectio accedens, non parum eandem auxit. Exercitationẽ uero non defuiſſe, uel unum hoc bellum quod cum potentiſſimo Polonorum rege feliciter geſſiſti, teſtatur: in eo nanq; ita exercitatus es, ut nemo unquam magis. His ſingulis tuis iam cōmemo-

Laborum tolerantia. ratis uirtutibus laborum etiam tolerantia, qua non es Alexandro Magno inferior, addi meritò poteſt. Hinc eſt quod rariſſime, & non niſi rebus tuis omnibus iam probè confectis, ad delicias illas, uenationes, aleas, & id genus ſimiles uoluptates reſpicias, ad quas tamen ſolas exercendas magna noſtri ſeculi Principum pars ſe natos putant. Sat enim eſſe ducunt ſi res ſuas cōſiliarijs interdũ impijs, crudelibus, & maleficioſis tractandas cōmittãt, qui illos quaſi fatuos circunducant, & ſubditos eorundem non dicendis modis affligant. Ferè enim fit, ut malis prin

Prudentia. cipibus mali obtingant conſiliarij. Tu potius pro mira tua & paucis admodum conceſſa prudentia ita res omnes adminiſtras, ut nemo non uideat te ab illorum animo eſſe alieniſſimum: quando omnibus tuis, arduis maxime, conſultationibus, adhibitis uiris eius rei peritiſſimis, tu ipſe adſis, ac ſingula optima ratione conſtituas. Proinde ob plurimas has, eaſq; principe uiro dignas uirtutes, eam nominis celebritatem cōſecutus es, ut per uniuerſam noſtram Germaniam nemo ſit bonorum ac eruditorum uirorum, qui te non ex animo colat, ueneretur, ſuſpiciat, admiretur, & ſummis laudibus in cęlum uſq; euehat. Quorum ſanè è numero cum ego quoque ſim, uolui ut dicatos tibi hos meos labores haberes, quo aliquod mei erga C. T. amoris & ſtudij eſſet teſtimoniũ. Accipe igitur hilari fronte Heros clariſſime nomini tuo conſecratas has noſtras uigilias, eaſq; à maleuolorum obtrectationibus ſtrenue defende: ſic enim animum ad maiora conandum mihi addes. Bene uale Princeps ſtemmatis quidem illuſtris, ſed animi ornamentis multo illuſtrior. Tubingæ, Cal. Martijs, anni à CHRISTO ſeruatore nato M. D. XXXVII.

COMMENTARIORVM LEONARDI FUCHSIJ IN SEXTŪ EPIDEMIωN HIPPOC. LIBRUM, INDEX.

A Capitis figura totius corporis cōſtitutio agnoſcenda. 9.d
A cibis uacui doloribus expertes. 11.b
A cōſuetis paulatim recedendum.
A febrib. moleſtari. 58.c (50.b
A medico nihil temerè cōmittendū in curatione. 49 b.c
Abdominis tumores trifariam ſoluuntur. 58.b
Abortus in primo, ſecundo, tertio, quarto, quinto, & ſexto menſibus. 162.c
Abſceſſus à natura facti, diligenter à medico cōſiderandi. 45.c. inutiles qui. 45.d. qui integre iudicent morbos. 45.c
Abſceßus conſiderandus num infra uel ſupra umbilicū fuerit. 23.b
Acceßio quid. 22.c
Acidus & frigidus humor deprauatæ appetentiæ cauſa. 129.b
ἄκοπον. 83.d
ἀκρασία. 88.b
ἄκριτος. 142.d
Actio. 78.a (132.b
Actiones partium contemplandæ.
Acumen capitis uitioſum bifariam cognoſcitur. 7.a
ἀδελφιξίη. 58.a
ἄδιψον. 83.c
Aer contrarius 121.c
Aer peſtilens procul fugiendus. 149.b
Aeris ratio habenda. 169.a
Aeger reſolutus. 28.c
Aegri ſermones expendendi medico. 62.c.79.d
Aegrotantis facies & natura contemplanda. 57.a.79.c
Aequinoctiū uernū. 147.d
Aeſtas omnibus morbis celeritatē addit. 22.b
Aetatis habenda ratio. 175.b
Aeruginoſæ bilis generatio. 11.b
Affectus ex quibus fiant contemplandū. 52.b
Affectus partium ex redundantijs cognoſcuntur. 121.b
Affectio flatuoſa. 72.c
Affectio hypochondriaca. 72.c
Affectorū locorū notitia. 87.c
ἄμβλωσις. 4.c
Alciatus non iure notauit Iuſtinianum. 164.b
Alimenta obeſis quæ danda. 68.b
ἄλφος. 89.b
Alui deiectio à medico cur ueſtigāda. 17.d
Alui turbatio pleuriticis quibus accidat. 140.a
ἀμβλωτικά. 4.c
ἀνάθρεψις. 84.b
ἀνάλωσις. 67.a
ἀνάστασις. 150.b
Anginæ lenes. 149.b
Anginæ moleſtiores & magis exitioſæ. 149.b
Anginæ peſſimæ. 149.b
Animi affectiones à medico expendendæ. 174.c
Animi deliquiū. 150.d
Anni partium ad partes diei collatio. 22.b
Anni totius conſtitutio contemplanda. 22.c
ἀντισπᾶν. 31.d
Aperta eſſe quæ conueniat. 54.d
ἀπόγονα. 159.a
ἀποκορυφοῦσθαι. 19.d
ἀπόστασις. 35.c.& 72.b
ἀποφθορά. 4.c
ἀσιτίη. 43.d
ἀσκαλοφίω. 82.c
ἀφορμή. 77.d.87.b
ἀφροδισιάζειν. 72.d
Arabes ſua è Græcis tranſcripſerunt. 136.d
Arenulæ ruſæ. 11.d
Arterijs attractrix & expultrix facultas ineſt. 131.b
Articulorum diſtorſio. 28.d
Articulorū durities. 28.b
Aſcarides. 22.d
ἄσκησις. 132.d
Aſperitas quibus inducenda. 31.a
Aſtomorum gens. 166.d
Aſtronomiæ pars quæ medico neceſſaria. 176.d
Aſulani exemplar emēdatur. 131.a 35.a.39.d.59.a
Attenuare. 14.d
Attritio. 67.b
Auribus quæ inſtillātur calida ſint. 117.c
Auicenna breuitatem infeliciter affectauit. 49.a
Auicēnæ error. 87.d.128.c.134.d
Autor libri qui medicus ſeu introductio inſcribitur. 73.c (1.a
Autor ſexti Epidemion libri quis.

B

BAlneū aquæ dulcis. 15.a
Balneū aquæ dulcis ſitim extinguit. 131.a
Barbariei genus bifariam Fuchſio.
Bilioſi ſeri generatio. 118.c (135.c
Bilis atræ duplex generatio 146.c
Bilis atræ uſus quam lien in uentriculū eructat. 128.d
Bilis æruginoſæ generatio. 11.b
Bilis flauæ generatio. 139.b
Bilis ſpecies. 11.a
Bilis utriuſq; generatio. 132.a
Bonus idem quod melior. 60.a
βράγχος. 71.c
βλαστήματα. 35.a
Braßicæ uis. 38.d
βραχυποτεῖν. 39.a
βραχύπνους. 38.a
βρόγχια. 88.c
βουβῶνες. 35.c.152.a
Bubones qui peßimi 36.b

C

CAlfactio. 137.a
Calidæ aquæ uapor aluum aſtrictam ducere ualet. 124.b
Caliditas cauſa generationis lapidis in ueſica. 75.c (73.d
Calor imbecillis flatus generat.
Calor maior & minor. 26.d
Caluitiei cauſa. 67.a
Calui uerſio paßim notatur.
Candidi qui. 179.c
Capitis figura quæ bona & quæ mala. 6.b.9.d
Caput acuminatū quod. 6.d
Caput acuminatum nō ſemper uitioſum. 6.d

καρδιαλγία. 20.b
καρδιωγμός. 21.a
Caro ſuilla. 69.c (70 a
Carnes ſuillæ aſſæ cur exhibendæ.
Carnis incrementi cauſa. 66 d
κατάκλασις. 28.d
κατ' ἴξιν quid apud Hippocratem ſignificet. 12.b.40 a
καταφρύγειν. 48 b
κατάῤῥοπες. 60.b
Cauſa morbi cognoſcenda. 79.d 87.b
Cauſæ coloris in urina. 119.b
Cauſæ extrinſecæ billioſas febres excitantes. 18.a
καυσώδης. 131.d
κίδματα. 112.a
κνώσσις. 67.c
κεγχρώδεες ἢ κέγχρος 141.d
Chirurgorum error. 90.a
Circuitus morbi. 178.b. qui uehementiores. Ibid.c
χλώρασμα. 42.b
χλωρόν: λευκόν 80.c
Cibi ualidi. 123.b. imbecilliores 121.c
κνηκίς. 81.c
κύστιξ. 159.c
Coitus morbis à pituita factis cur conducat. 123.a
Colliquatio. 119.d
Color humores demonſtrat. 81.a
Color non ſplendidus. 41.b
Coloris cauſæ in urina. 119.b
Compendiaria docendi ratio laudatur. 55.c
Concoctio duplex. 71.d
Concoctio eſt excretio. 71.b
Cõcretio à mictione quid. 75.b
Concretio eſt iudicatio. 72.b
Conſtitutio temporũ anni. 176.d
Conſtringendum quando. 30.a
Contraria contrarijs curãtur. 29.c
Cõtrariũ quouſq; adhibendũ. 29.d
Copi uerſio notatur. 30.d.60.d
Copia. 151.c
Corpus an æqualiter conſiderandum. 171.b
Corpus noſtrum ex tribus conſtat. 169.c
Corpus totum expirabile & inſpirabile. 130.c
Coporis partes quæ cõſiderandæ. 145.c
Corpora duobus modis fluida fiũt. 124.d
Corpora intrantia. 167.b. exeuntia. Ibid.c
Corpora reſoluta. 28.c
κόρυζα. 71 c
κορυφώδης. 19.d
Coturnicũ eſus pernicioſus. 127.a
Coxæ dolor. 16.b
Cranon. 15.d.70.c
Craſſitudo. 176.b
Craſſitudo generationis lapidis in ueſica, cauſa. 75.b
Cruenta mictio. 112.a
Crus cur ſtupore afficiatur. 12.c
Crurium imbecillitatis ratio. 18.c
Cruris protectio unde contingat. 77.b
Cucurbita. 126.b
Curatio fit per cõtraria. 33.c.86.a
Curſus. 67.c
Cutis ſalſa. 140.b
Cyceon. 137.b
Cyceonis uſus. 137.c
κυνάγχαι. 347 d

D

Deambulationes quæ extenuent. 68.a
Delirij cauſa. 88.c
Democritus odore panis uitã triduo prorogauit. 166.c
Denſum quid. 66.c
Deriuatio. 32.a
Deriuatione quando utendũ. 32 a
Deſtillationes malignæ. 78.b
διαδέξιες. 52 a
διαιτητικὴ cæteris medicinæ partibus præſtat. 165.b
διαφόρησις. 30.b
Diatritarij. 165 d
Dies uiceſimus ueluti terminus morbi per abſceſſum iudicandi. 23.d
Differentia à materijs qua calor accenditur. 27.b
Differentiæ à motu caloris ſumptæ 26.c.d
Diffundo. 153.c
διπλασιάζει. 23.a
διορθωτικά. 24.c
Diſſimilia quæ. 34.b
Doctrinalis medicina. 135.d
δοθιῆνι. 89.a
Dolor grauis. 9.d
Dolor dolorem non ſedat. 33.c
Dolor fluxiones cõcitat. 14.a
Doloris nomine quid intelligat Hippocrates. 16.a
Dolores antiqui. 16.a. calidi 16.a frigidi. 16.a molles. 86.d. noui. (16.a
Durities concauſa. 75.a
δύσκρατον. 46.d

E

Ἐκθύλωσις. 18.d
ἐκθύματα. 53.b
ἔκθυσις. 24.b
ἐκ προσαγωγῆς. 50.d
ἔκστασις. 83.a
ἐκχύμωσις. 33.b
ἐγκατάληψις. 45.b
Elaterium. 126.b
Elegantiæ genus bifariũ Phryſio. 133.b
ἐλινύειν. 13.b
ἐπαυξέται νοῦσοι. 123.d
Epidemius morbus. 2.b
ἐπιδημίαι. 3.b
ἐπιγγίνημα. 178.a
ἐπιλανασμός. 125.c
ἑπτὰ pro ἑβδομήκοντα. 160.d
ἔρριψις. 29 a
ἐρυθρόχλωροι. 80.d
Euacuatio moderata & perfecta. 33.a
Euacuandorũ quantitas. 56.c
Euacuatio num bona ſit. 32.d
Euacuationis loca quomodo cognoſcantur. 65.a
Euacuationis modus. 55.d
Euacuationes immodicæ cauendæ 152.a
εὐθύπνοος. 58 d
εὐφορία. 152.c
ἐξανθήματα. 53.b
Exercitationis triplex commodũ. 13 a
ἐξυγρασία. 146.d
ἐξόρυδροι. 28.a
Extenſa ſimpliciter, ſufficienter. 48.a
Extenuata impinguanda ſunt. 31.a
Extenuatio. 84.c

Extenuatio cutem laxat & intendit. 84.b
ἐξώχροι. 28.a

F

FAcies quibus potiſſimũ rubicunda. 43.b
Facies rubicunda quando abſceſſus futuros prænunciet. 43.b
Fames. 86.c
Famis cauſa. 128.c
Febris rubicunda. 70.c
Febris rigor inclinationẽ monſtrat. (16.c
Febres acutæ quæ. 27.a
Febres aſpectu terribiles. 27.b
Febres cur quinto die iudicantur.
Febres horridæ. 21.b (144.d
Febres ex laboribus. 18.a
Febres inflatæ cur dictæ. 27.b
Febres laborioſæ. 48.d
Febres liuidæ. 27.d
Febres mites quæ. 26.d
Febres non acutæ. 43.d
Febres nõnullæ cur ad inhorricitationem terminentur. 18.b
Febres rigorem habentes abſceſſibus carent. 18.b
Febres ſalſæ. 27.b
Febriũ differentiæ à colore. 27.d
Febriũ iudicationes intermittentiũ iuxta circuitus. 46.b
Febriũ ſubſtantia. 26.c
Femen. 79.a
Femur. 79.a
Ficoſus. 90.b
Figura aliò tendens. 150.d
Fiſtulæ alios morbos quoq; ſanant. 89.d
Flatus ruptionis concauſa. 73.c
Fœtidorũ uſus in uteri præfocationibus. 166.b
Frigidum tuſſes mouet. 74.a
Frigidum uenas rumpit. 74.a
Frigida quomodo frigidis curẽtur. 133.c
Frigiditas quæ aluũ induret. 124.b
Functio. 180.c
Furunculus. 89.a

G

GAλιοειδῆ. 24.a
Galeni ſentẽtia de autore librorum Epidemiωn. 1.b
Genua cur calent. 60.b
Gibba iecoris per urinã expurgantur. 45.a
Gongronæ. 74.c
Græca medicis diſcenda. 22.d
Grauedo. 71.c
Grauedo concoctionem in ſenibus reſpuit. 71.c
Grauidæ uarijs læduntur morbis, atq; adeò abortiunt. 158.b
Guſtandi facultas redundantiã indicat. 120.b

H

HAemorrhoides ab atra bile liberant. 123.c
Hæmorrhoides intẽpeſtiue quãdo curantur. 89.c
Hæmorrhoides male curatas cur aqua inter cutem aut tabes ſequatur. 89.c
Hæmorrhoides non temerè ſanandæ. 89.b
Hæmorrhoidũ cõmoditas. 88.d
ἡρῷον quid. 57.d
ἥπερ. 154.b (7.b
Hippocrates diſſectionis peritus.
Hippocratica breuitas cæteris omnibus præferenda. 49.a
Hircire. 81.d
Horror in coitu cur quoſdam corripiat. 82.c
Horrores. 21.a
Humor acidus & frigidus deprauatæ appetentiæ cauſa. 129.b
Humor quando ſiccandus. 30.a
Humores bifariam auerti poſſunt. 31.d
Humores quãdo generentur. 30.b
Humores qui expellendi. 30.a
Humores quomodo indicẽtur. 30.b
Humorũ contemplatio medico neceſſaria. 59.a
Humorum grauitas aut multitudo 90.c
Humoribus reſiſtentibus quid faciendũ. 32.b
In hydropicis incidẽdis quid cauendum. 154.b
ὑπόξηρος. 125.d
ὑπόχλωρος. 81.a
Hypochondriaca affectio. 72.c
ὑπομνήματα quæ. 1.c
ὑποτυπώσεις. 3.d

IXώρ. 59.b
Iecinoris cum liene conſenſus. 45.b
Immodicæ extenuationis ſignum quod. 68.d
Impinguata attenuanda ſunt. 30.c
Inæqualitas quid. 85.b
Indicationum primarũ duæ differentiæ. 29.c
Indurata mollire oportet. 31.b
Inflammationes in auribus. 141.a
Inſperato gaudio multi extincti. 167.d
Inſtrumentorum attritio. 67.b
Interceptio. 151.a
Interpretis antiqui lapſus. 8.a
ἰσχίας. 5.c
ἰσχίον. 5.c
Iudicationes febrium intermittentium iuxta circuitus. 46.b
Iudicationis futuræ ſigna. 42.b
Iudicationis futuræ notæ in tertiana exquiſita. 47.a
Iudicationis imperfectæ notæ. 43.d
Iuſtiniani Imperatoris conſtitutio. 164.a

L

LAbia ſemen conſideranda. 160.a (170.a
Labores.
Lachrymæ multæ. 172.a
Lachrymæ uolẽtibus et inuitis promanantes. 25.a
λαπάζω καὶ λαπάσσω. 59.a
Lapis renũ cur progreſſis ætate generetur. 76.a
Lapis ueſicæ cur pueris, ſenioribus uero renũ generetur. 75.d
Lapidis renũ notæ. 9.c
Lapidis renũ curandi ratio. 12.d
Laurentius Phryſius Auicennæ patronus. 135.b
Laxatio cutem intendit & laxat. (84.b
Lens. 126.b
λειπυρμός. 84.a
Leuitas quibus inducenda. 31.a
Lex Gallus. 164.c
Lex Poſt decem menſes. 164.d
Lex Septimo menſe. 159.a
Legũ nõnullarũ explicatio. 164.c
Libelli inepti quorundam notantur. 56.d

Liber de hiſtoria philoſophorū nō eſt Galeni. 159.a
Liber ſextus epidemiωn nō in hoc ſcriptus ut ederetur. 3.c.63.c.& *cur alijs omnib. obſcurior.* Ibid.d
Lien deorſum tendēs. 60.b
Lienis deorſum tēdentis cauſa. 60.c
Lienis deorſum tendentis differentiæ. 61.b
Lienis tumor quando fiat. 44.c
Linamentorū genera quinq;. 151.b
Linguæ aridæ. 119.a
Linguæ pallidæ. 118.c
Linguæ quæ grata ſunt cur conſideranda. 168.a
Lippitudines ſiccæ. 150.c
Locorum affectorū notitia. 87.c
Locorum communitas. 90.d
Lotij inſpectione multi abutuntur. 119.c
λοιμός. 2.c
Luſcioſi. 148.a
μάδαρος. 157.b
μάδησις. 143.d
μακρόπνοος. 37.d
Maligni dolores. 137.d
Maligni humoris remedia. 137.d
Manardi medicinales epiſtolæ quales. 135.d
Mares bilioſiores fœminis. 64.c
Mares fœminis calidiores. 63.d
Mares nigri ſunt. 64.b
Mares quando concipiantur, quando fœminæ. 161.c
Marium caliditas quibus notis cognoſcatur. 64.b
Mas fœmina citius concreſcit & formatur. 65.a
Maſculis uenæ extra apparent. (64.b
Maturare. 54.b
Maturari non omnia poßunt. 54.c
Maturantia medicamenta qualia. (54.b
Maza quid. 68.b
Meatus melancholicam redundantiam ex liene deferens, uētri et nō ori eiuſdem inſertus eſt. 129.a
Meatus qui aperiendi. 55.d.& *quando.* 56.b
Meatus qui potißimū aperiendi. 29.d
Medicina quid. 30.b
Medicus ex tēpore inuaſionis morbi uaria cognoſcit. 21.d
Medicus naturam in ijs quæ recte ab ea fiunt imitetur. 33.b
Medicus mutationes neceßarias nō negligat. 153.c
Medicus nulli ſe addictum faciat. 49.b
Medico etiam ea quæ rarißime fiūt conſideranda. 50.a
Medico humorū contemplatio neceſſaria. 59.a
Medico ſordes corporis non deguſtandæ. 121.b
Medici notantur Anglici ſudoris curationem perperàm inſtituentes. 174.b
Melancholici cur libidinoſi. 72.d
Melancholicorū imaginationes uariæ. 175.a
Membra βλαστήματα habentia. (36.b
Membrorū ſitus nō negligendus. 76.d
Membrorū ſucceßiones conſiderandæ. 52.a
Merum. 142.d
Menſe decimo fit partus. 163.b.& *undecimo fit partus legitimus.* Ibid.
Menſis Græcorum. 160.b
Menſis ſeptimus ſtatum tempus pariendi. 158.c. 163.a
Menſes ſtati partus. 163.a
Menſtrua ſuppreſſa quid ſequatur. (15.c
Milium. 126.b
Modus euacuationis. 55.d
Modus febris. 17.d.180.a
Mollia induranda ſunt. 31.b
Mollire. 15.a
Morbus comitialis. 8.d
Morbus comitialis cur dictus. 9.b
Morbus epidemius. 2.b
Morbus magnus. 138.c
Morbus quoque per ulcera indicatur. 24.b
Morbi ab atra bile. 21.c
Morbi æſtatis. 144.a
Morbi cauſa. 147.c
Morbi cauſa & tempora cognoſcenda. 79.d.178.d
Morbi circuitus. 178.b
Morbi hora. 177.d
Morbi iudicatio ex narium profluuio. 24.b
Morbi populariter uagātes. 179.a
Morbi qui in rectum fiunt. 40.b
Morbilli. 53.b
Morborum tranſmutationes conſiderandæ. 41.a.139.a
Motus naturæ in rectum factus, bonus. 40.c
Motum excuſcitare oportet. 31.c
Mulieres humidæ. 15.b
Mulieres poſt purgationem menſtruam prōptius cōcipiūt. 161.a
Mulieres quædam cur uiris minus ægrotent. 149.a
Mutationis tempus. 141.c
Mutationes in quibus morbis profiunt. 141.c
Mutationes repētinæ cauēdæ. 82.d
Mutationes neceſſarias medicus nō negligat. 153.c
In mutationib. tria obſeruāda. 83.c

N

Narium ſanguinis profluuiū quib. magis accidat. 80.c
Naſi partes. 7.c
Natura ægrotantis cognoſcenda. (79.c
Natura crudis humoribus ut medeatur. 23.c
νήπια. 8.c
Nominum & uocabulorū inquiſitio non negligenda. 136.b
Notæ futuræ indicationis in tertiana èxquiſita. 47.a
Nox ſubſequens indicationē quare facilior. 47.c
νυκτάλωψ. 148.a

O

Oculi hebetes. 26.a
Oculi inuoluntariē lachrymantes quid portendant. 25.b
Oculi ferocitas. 29.a
Oculi immobiles. 26.a
Oculi ſqualidi. 26.a
Oculi intus rugoſi. 26.a
Oculi ſine ordine motus. 29.a
Oculorum diſtorſio. 29.b
Oculorum fluxus ad fauces quando reuellendus. 55.a
Odores nutriunt. 166.a.c
Odoribus cur præcipue capiantur homines. 166.a
Oedemata. 23.a
Oedemata ſupra umbilicū. 23.d

οἰδήματα

εἰλήματα. 4.c
οἰνομέλιν. 62.a
Olea extra etiam illita corpus nutriunt. 167.c
Olera parum nutriunt. 121.c
ὀλιγοσιτίη. 83.c
ὀρατυποι. 77.a
ὀστρακόδερμα. 79.a
ὄρος. 118.c
ὧραι. 146.a
Oſcitationis continuæ cauſa. 38.c

P

Palatum quid. 7.a
παλίμβολος morbi. 141.c
Palpebræ intentæ. 25.c
Palpebræ rubeæ. 180.d
Palpebræ inſtar ſpumæ quæ. 85.d
παρακμαστικὴ ἡλικία. 72.c
παράχρυσος. 29.a
παραπληγίαι. 147.d
Pariendi tempus ſtatum menſis ſeptimus. 158.c
παροχετεύειν. 31.d
παρῶτις. 140.d
Paries corporis anteriores poſterioribus calidiores. 79.a
Partes exteriores quæ. 78.d
Partes piloſæ calidæ. 79.a
Partus undecimeſtris quis ſit legitimus. 164.a
Partus tempus ſtatum. 158.b
Paulus & Aetius inter recentiores connumerandi. 135.a
Pedes cur calent. 60.b
πεπασμός. 71.d
πέψις. 71.d
Peſtilentia. 2.c
Peſtilēs aer procul fugiēdus. 149.b
Perinthus. 58.b
περίοδοι. 86.c
πολυπνευμανία. 89.a
πορφυγώδης. 73.a
φαγέδαιναι. 89.a
Pherea. 74.b
φθόρια. 4.c
φόξοι qui. 7.b
φλέβιον. 131.b
φρὶξ καὶ φρίκη. 85.b
φύματα. 19.b
Pica. 159.d
Pilorum ratio. 176.b
πῖον. 118 c
Piper quando adhibendū. 145.a
Pituita cur ſingulis diebus accendatur. 18.b
Plenus. 88.d
Plinthos. 143.b
πληθωρίτης. 83.a
Pleuritis in rectum fit. 41.a
πνεῦμα quid ſignificet. 70.d
πόνος. 126.b
Potio. 119.c
Potus ualidus. 123.b
Præcordij dextri diſtentio. 44.d
Præcordiorum tenſio. 44.c
Præcordiorum tumores. 44.b
Procedentia ab utero. 162.a
πρόβολος. 82.c
πρόσωπον. 43.a
πρόστασις. 120.a
πρόφασις. 142.a
Pterygodes ſunt flatulenti. 73.d
Pubertatis tempus quod. 8.d
Pueri qui dicantur. 8.c
Pueri non omnes ætatis commutatione ſanantur. 8.d
Pueris cur ueſicæ lapis generetur. 75.d
Pupillæ paruitas. 148.c
Purgatio quid. 134.a
Puſtulæ. 53.b
Puſtularū curandi ratio uera. 53.d
πυρεῖαι. 86.c
πυρειᾶν. 54.a

Q

Qualitates ſecundæ in ſudore expendendæ. 171.a
Qualitates temporum. 127.d

R

Rarum quid. 66.c
ῥαΐζω. 76.c
Raucedo concoctionem in ſenibus reſpuit. 71.c
Rectitudo cur cōſideranda. 40.a
Rectitudo non in omnibus agnoſci poteſt. 41.c
Refectio cutē laxiorē efficit. 84.c
Refrigeratio. 137.a
Regij morbi ſpecies duæ. 57.c
Relicta à morbis. 44.b
Renes intus non ſentiunt. 9.d
Renum & ueſicæ uitia cur ſanari poſſint. 157.d
Reuellendū cur cōfeſtim. 32.b
Reuocatio intrò duplex. 37.b
Reuulſionis uſus. 32.a
ῥύξιον. 144.b
ῥίκνωσις. 83.a
Rigor decretorius ut prædicendus. (17.c
Rigor febris inclinationē monſtrat. 16.c
Rigor quare potiſsimum à ſuperioribus uētriculi partibus incipiat. (125.b
Rigoris cauſa. 17.d
Rubicunda febris. 70.c
ῥύομαι. 69.a

S

Sanguis bifariā dicitur. 59.c
Sanguis ex naribus in rectum profluat. 45.a
Sanguis proprie ex qua uena mittendus. 134.d
Sanguis ſanioſus. 59.c
Sanguinis ex naribus profluuiū duplex. 142.c
Sanguinis ex naribus profluuium. 44.c
Sanguinis eruptiones quarto die factæ in tertiana cur malæ. 46.d
Sāguinis immodici profluuij nota. (81.b
Sanguinis minutionem impedientia tria. 91.b
Sanguinis nariū profluuiū quibus magis accidat. 80.c
Sanguinis profluuiū quando prorſus non conſtringendum. 81.b
Sanguinis profluuium quando conſtringendum. 81.b
Sanguinis profluuiū cur magis accidat rem venereā agentib. 82.b
Sāguinis ſiſtēdi ſex rationes. 150.d
Sanguini ex uulneribus promananti ut ſuccurrendū. 117.b
Sanguinem quibus auferre liceat, & quibus minus. 91.c
Sanies bifariam dicitur. 59.c
Sanies omnis maligna. 59.d
Sanitas quid. 80.b
Saporū ſenſio deprauata. 178.c
σταλτικὰ medicamēta. 150.d
Scirrhos. 31.b
Sectionis uſus. 136.d
ſenioribus cur renum lapis generetur. 75.d
σηπτικά. 157.b
σήψ. 157.c

Seribilioſi generatio. 118.c
Sermones & rumores ægro grati. 167.c
Signa indicationis futuræ. 42.b
Signa quibus naturam præualuiſſe deprehenditur. 171.d
Similia & diſſimilia perdiſcenda. 80.a
σιμός. 8.a
Sitis remedia. 87.a
σῖτος uoce quid ſignificetur. 10.a
Solſtitiũ hybernũ quando. 147.c
Somnus in internis inflammationibus noxius. 125.a
Somnus quos & quare exiccet.
Somni cõſideratio. 17.c (125.d
Somni tempus optimũ. 133.a
Sordes corporis medico non deguſtandæ. 121.b
Spirandi difficultas. 42.c
Spiratio obſcura. 155.d
Spiratio prolixa. 38.a
Spiratio tarda. 37.a
Spiratio uelox. 37.a
Spirationis celeris et crebræ cauſa. 125.b
Spirationis compoſitæ differentiæ. 37.a Inæqualis. Ibidem
Spirationis partes. 36.d
Spirationis ſimplicis differentiæ. Ibidem.
Spũs detẽtio ſingultus ſanat. 38.c
Spiritus irrumpens. 167.a. intrans & exiens. Ibid.b
Spiritus breuis. 38.a
Spiritus quid. 36.c
σπλάγχνον. 36.b
Sputũ humorem ſanguini commixtum oſtendit. 91 b
Sputũ quomõ conſiderãdũ. 172.b
στομαχοῦ. 52.d
Sterilitatis cauſa nimia uteri humiditas. 161.d
Stupefaciendũ quando. 31.c
Stupor quid. 12.d
Stupor coxæ. 140.c. cruris. 12.b
Stuporis cauſæ. 140.b
Sudor Anglicus Germaniã occupat. 56.c
Sudor in ſupernis partibus factus malus. 71.a
Sudor decimo die factus malus. 70.d
Sudor unde cœpit promanare conſiderandum. 170.d
Sudoris eſſentia cõſiderãda. 171.b Tempus. Ibidem
Sudoris calor conſiderandus. 171.a an calidus uel frigidus ſit. Ibidem
Suilla caro. 69.c
Suillæ carnes aſſæ cur exhibendæ. (70.a
Suppurationes raræ in partibus ſub umbilico. 60.d
Suppuratis uenter cur perturbetur. 61.a
συναγχικὰ ἐρυθήματα. 41.b
Sinciput in uteri affectibus cur plus alijs partibus doleat. 5.a

T

Temporis ratio habẽda. 175.c
Terminthi. 89.a
Terræ mutatio quibus morbis proſit. 121.b
Torpedo uentris. 67.a
Triſtitia & metus atram bilem ſignificant. 174.d
τριταῖος ἀκριβής. 47.d
τριταῖος παρεκτείνων. 47.d
τριτοφυεῖς. febresque. 47.d
τραύματα. 117.b
Turbatio cur noctu magis ſentiatur. 47.b
Turbationis ratio ante iudicationẽ 47.c
Tubercula æqualiter cõmaturãtia. (20.a
Tubercula bicipita. 20.b
Tubercula circumquaq; dura. 20.a mala. Ibid.
Tubercula non ſemper iudicant febres. 88.a
Tuſſicula infantium trifariam ſoluitur. 23.a
Tuſſis ſicca. 155.c. quare abſceſſus ſignificet. 42.d
Tuſſis cauſa. 42.d. 147.c
Tuſſis ſignũ à uento frigido factũ. 48.d
Tuſſes à maligno accidentes. 48.c
Tuſſes leuiter irritantes. 48.c

V

Vacuationes ſpõtaneæ quando cohibendæ. 32.d
In uacuationibus ſpõtaneis tria conſideranda. 32.d
Vallæ Placentini error. 53.d
Variolarũ eruptio periculoſa. 53.d
Venæ maſculis extra apparent. 64.b
Venæ poplitis ſectio. 13.d. 134.c
Venæ poſt aurem inciſæ infœcundos reddunt. 122.b
Venæ poſt aurem tres. 122.b
Venæ ſectio aqua inter cutem correptis competit. 153.d
Venæ ſectio purgationem præcedat. 14.b.c
Venæ ſectio quibus accommoda. 14.a
Venæ temporũ pulſantes. 42.b
Venas antiqui arterias nominabant. 131.a
Venus moderata morbis à pituita conflatis confert. 123.d
Veneris commoda. 122.d
Venus quibus utilis. 123.a
Venter quid. 134.a
Venter denſus qui. 66.c
Venter ſuppuratis cur perturbetur. 61.a
Ventris diſtentiones. 43.a
Vẽtriculus ab ultimis corporis partibus trahit. 129.c
Ventorum ratio habenda. 169.a
Veratro quando purgandũ. 13.d
Ver quando ſaluberrimũ. 156.a
Veris pars quæ mala tabidis. 156.b
Vitiligines. 89.b
Vlcera profunda. 24.b
Vlcera rotunda. 24.b
Vlcera non ſemper iudicant febres. (88.a
Vomitus æruginoſus. 10.c
Vomitus pituitoſus. 10.c
Vomitus nõ curatur à uomitu. 34 b
Vrina humano ſemini ſimilis quæ. 58.b
Vrina multa ab inflammatione liberat. 44.d
Vrina non retenta. 77.c
Vrina quãdo citra uoluntatem promanet. 77.d
Vrinam cientia quando admouenda. 14.d.
Vſtionis uſus. 136.d
Vſus atræ bilis quam lien in uentriculum cruciat. 128.d

Indicis finis.

LEONARDI FVCHSII

IN SEXTI EPIDEMIΩN HIPPOCRATIS LIBRI ENARRATIONEM PRAEFATIO.

A Satis conſtat librum hunc quem explicandum ſuſcepimus, haud alio nomine ab omnibus penè neglectũ fuiſſe, niſi quod autoris in eo conſilium, atq; adeò mirificam breuitatem, nõ aſſecuti ſint. Proinde ut deinceps animum quoq; ad librum hunc in artis tractatione maxime utilem & neceſſarium, medici noſtri temporis adiungere, & ad huius lectionem eo citius ſeſe accingere queant, facturum me operæprecium putaui, ſi, quod pleriq; librorũ interpretes facere cõſueuerunt, nonnulla de autore, de libri titulo, ordineq; præfarer, quod ita facilius conſilium & ſcopum autoris, quem ut in omni ſcripti genere, ita hic maximopere refert tenere, illi intelligent, deq; uniuerſo opere exactius iudicabunt. De autore libri uariæ ſunt ueterum ſententiæ. Sunt enim qui à magno illo Hippocrate conſcriptum eſſe exiſtimant: alij à Theſſalo huius filio compoſitum eſſe arbi-
C trantur. Hinc eſt quod Galenus libro ſecundo de diebus decretorijs hunc in modum ſcribat: ἀλλὰ καὶ τὸ δεύτερον, ἢ τὸ δ´, ἢ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἢ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐστίν; ἢ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Θεσσαλοῦ γράμματα.
B quod eſt: At ſecundus, quartus & ſextus Epidemiωn libri, uel ipſius Hippocratis ſunt, uel eius filij Theßali. Verum quæ ueterum de huius, aliorumq; librorum Epidemiωn autore fuerit ſententia, clarius idem Galenus libro ſecundo de difficultate ſpirationis, iis uerbis edocet: ἐπεὶ δ᾽ ἑπτὰ μέν ἐστιν ἅπαντα τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία, τούτων δὲ τὸ μὲν ἕβδομον σαφῶς νόθον εἶναι πᾶσι δοκεῖ, καὶ νεώτερον, καὶ διεσκευασμένον. τὸ δὲ πέμπτον οὐ τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους τοῦ Ἡρακλείδου υἱέος, ἀλλὰ τοῦ νεωτέρου τοῦ Δράκοντος. τὸ δὲ δεύτερον, καὶ τὸ τέταρτον, καὶ τὸ ἕκτον, ἔστι μὲν οἷς τοῦ Ἱπποκράτους υἱέος, ἔστι δ᾽ οἷς καὶ αὐτοῦ Ἱπποκράτους ἔδοξεν, οὐ μὴν συγγράμματά γε, οὐδ᾽ ὥστε ἐκδοθῆναι τοῖς ἔλλησι μέλλοντα, ἀλλ᾽ ὑπομνήματα εἶναι. τισὶ δὲ ἅπερ καὶ ἀκριβέστερά μοι δοκοῦσι καταμαθεῖν τὴν βιβλίων τὴν δύναμιν, ὑπὸ μὲν τοῦ Θεσσαλοῦ γεγράφθαι δοκεῖ τὰ ἑ. δύο δ᾽ εἶναι τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους, καὶ ἐπιγεγράφθαι γέ που διὰ τοῦτο τὰ ἐκ τοῦ μικροῦ πινακιδίου, δηλονότι τοῦ Θεσσαλοῦ πάντα ὅσαπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ γεγραφὼς, ἔτυχεν ἀθροῖσαι συνδιάσαντος εἰς ταυτόν, ὡς μηδὲν ἀπόλοιτο. μόνα δὲ καὶ λοιπὰ τῶν ζ´ τούτων βιβλίων, Ἱπποκράτους εἶναι τοῦ μεγάλου, σχεδὸν ἅπασιν ὁμολογεῖται, τό τε πρῶτον καὶ τὸ τρίτον. id eſt: Quum

Autor huius libri.

Galeni de autore librorum Epidemiωn ſententia.

ſeptem quidem omnes ſint Epidemiωn libri. horum utiq; ſeptimus euidenter C
ſpurius, iunior, & ſubornatus eſſe omnibus apparet. Quintus uero nõ magni Hippocratis illius Heraclidæ filij, ſed iunioris, Draconis nimirũ. Sunt autem quibus ſecundus, quartus & ſextus, Hippocratis eſſe filij, nonnulli etiam quibus ipſius Hippocratis eſſe uiſi ſint, nõ tamen exquiſita cura ſcripti, & ordine digeſti, neq; tales ut qui aliquando Græcis ederentur, ſed ut cõmentarij tantum, rerum antea obſeruatarũ memoriam ſuggerentes, eſſent. Quibuſdam uero, qui exactius librorum uim didiciſſe uidentur, quinq; quidem à Theſſalo, duo autem à magno Hippocrate cõſcripti eſſe exiſtimãtur, & propterea alibi inſcriptos eſſe hoc titulo, quæ ex parua tabella, quod ſcilicet Theſſalus omnia quæcunq; pater eius conſcripſiſſet, ne quid periret, in unum colligere librum ſtuduerit. Solos uero ex ſeptem ijs libris, primum & tertium magni eſſe Hippocratis, propè omnibus in confeſſo eſt. Et rurſus libro tertio, ubi ita inquit: ὥσπερ δὲ τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον οὐ μόνον ὑφ' Ἱπποκράτους συγκεῖσθαι δοκεῖ τοῖς ἄριστα περὶ τούτων ἐγνωκόσιν, ἀλλὰ καὶ τῇ τῆς θεωρίας οἰκειότητι συνῆφθαι πρὸς ἄλληλα. τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον ἔχειν καὶ τὰ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τὸ δ΄, καὶ τὸ ἕκτον. ὡμολόγηται γὰρ οὖν ἤδη καὶ ταῦτα συνθεῖναι Θεσσαλὸν τὸν Ἱπποκράτους υἱὸν, τὰ μὲν αὐτοῦ τοῦ πατρὸς ἐν διφθέραις τισὶν, ἢ δέλτοις εὑρόντα ὑπομνήματα, προσθέντα D
δέ τινα καὶ αὐτὸν οὐκ ὀλίγα. τό γε μὴν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον τῶν ἐπιδημιῶν οὐκ ἄν τις μοι δοκεῖ τῆς Ἱπποκράτους γνώμης οἰκείας ἀξιῶσαι. κατ' ἐμὴν δὲ γνώμην, οὐδὲ τὸ τέταρτον, εἰ καί τισιν ἔδοξε καὶ τοῦθ' ὑπὸ Θεσσαλοῦ συντεθῆναι. hoc eſt: Quemadmodum primus & tertius non ſolum ab Hippocrate compoſiti eſſe, ijs qui optime de illis iudicant, uerumetiã cõmentationis familiaritate inuicem conuenire uidentur: ſic eodem modo ſe habere puto ea quæ in ſecũdo, quarto & ſexto ſunt libris. In confeſſo etenim iam eſt, hos ipſos Theſſalum Hippocratis filium cõpoſuiſſe, qui patris ſui cõmentarijs, quos in memoriæ ſubſidium, in pellibus aut tabulis ſcriptos inuenit, non pauca adiecit. Quintũ autẽ & ſeptimũ Epidemiωn libros, nemo puto Hippocratis genuina mente dignos æſtimabit. Mea uero ſententia, neq; quartũ, licet nõnullis & hunc à Theſſalo compoſitũ eſſe uiſum ſit. Et in cõmentario ſeptimo particulæ ſecundæ libri ſexti Epidemiωn: τὰ γὰρ ἐν διφθέραις, ἢ χάρταις, ἢ δέλτοις ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Θεσσαλὸν ἀθροίσαντα φασὶ ταυτὶ τὰ δύο βιβλία συνθεῖναι, τό τε δεύτερον καὶ τὸ ἕκτον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ τέταρτόν φασι. πρὸς ἔκδοσιν δ' ὁμολογεῖται γεγονέναι τὸ πρῶτόν τε καὶ τρίτον. quod eſt: Aiunt Theſſalum Hippocratis filium, ea quæ in diuerſis uel chartis uel tabulis ab Hippocrate ſcripta erant colligentem, duos libros, ſecundum nimirũ & ſextum, compoſuiſſe. Nõnulli

συγγράμματα quæ.

ὑπομνήματα ſunt quæ uulgo memoralia uocãtur, latine commentarij.

A *nulli quartum etiam addunt. In confeſſo uero eſt, primum & tertium in hoc eſſe factos ut ederentur. Ex quibus certe omnibus ſatis perſpicuum fit, ſextum hunc Epidemiωn librum, ueterũ & Galeni ſententia, uel ad magnum illum Hippocratẽ, uel huius filium Theſſalum autorẽ referri poſſe. Et parum admodũ, imò nihil refert, ſiue Hippocrati, ſiue huius filio adſcripſeris: neq; enim Theſſalus alia, niſi ea quæ pater olim chartis tabulisq; ſine ordine mandauerat, in ordinem digeſſit, in unumq; coaceruauit, ne quid ſcilicet illorum temerè periret. Si quid deniq; paternis per ipſum adiectum eſt, tale certe exiſtit, quod à patris placitis minime abhorret. Teſtis eſt Galenus, in procemio cõm. primi in librum Hippocratis de natura humana ita ſcribens:* τινὲς δὲ Πολύβου τοῦ μαθητοῦ τε ἅμα καὶ διαδεξαμένου τὴν τῶν νέων διδασκαλίαν, ὃς οὐδὲν ὅλως φαίνεται μετακινήσας τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων ἐν οὐδενὶ τῶν ἑαυτοῦ βιβλίων, ὥσπερ οὐδὲ Θεσσαλὸς ὁ αὐτοῦ υἱός, θαυμάσιος μὲν ἀνὴρ καὶ οὗτος γενόμενος, ἀλλ' οὐ καταμείνας ἐν τῇ πατρίδι καθάπερ ὁ Πόλυβος, Ἀρχελάῳ γὰρ τῷ Μακεδονίας βασιλεῖ συνεγίνετο. *quod eſt: Nonnulli eius eſſe cenſent diſcipuli, ſimul & curam iuuenum inſtituendorum ſuſcipientis Polybi, ut qui in nullo ſuo libro ullum omnino Hippocratis placitum labefactare uidetur: quemadmodũ nec illius filius Theſſalus, uir quidem præclarus, atqui in patria, ſicut Polybus, non permanens. Archelao enim Macedoniæ regi ſeruiuit. Proinde dignus eſt hic liber, qui omnium aſſidue medicorũ manibus teratur, quod nihil habeat quod nõ ſummè ad ueri medici cognitionem ſpectet. Et cum in eo omnium fermè rerum quæ ad medici cognitionem attinent, capita percenſeantur, conſultum erit ut hunc nunquam nõ, tanquam medicæ artis locos cõmunes continentem, ſecum in ſinu circunferant. Porrò Alexandrum illum Magnum uelim imitentur, qui ut Iliadem Homeri, uelut rei militaris uiaticũ, ſemper unà cũ pugione ſub puluino iacentem tenere ſolitus eſt: ita illi quoq; ſextum hunc Epidemiωn librum, tanquam medicæ rei uiaticũ, abs ſe nunquam abeſſe patiantur. Et hæc quidem de autore libri. Iam ad eiuſdem titulum accedamus. Inſcribitur hic liber apud Græcos* ἐπιδημιῶν τὸ ἕκτον, *hoc eſt, Epidemiωn ſextus. Animaduertendum uero hanc libri inſcriptionẽ bifariã interpretari poſſe Latinis. Primo modo, ut* ἐπιδημιῶν *ſit genitiuus à dictione* ἐπιδήμιος, *quæ Latinis nihil aliud eſt quàm popularis, aut publice graſſans, ſeu populariter uagãs. Hinc morbus epidemius, morbus popularis ſeu populariter uagans dicitur, qui ſcilicet tempore quodã plures in eodem loco infeſtat. Qua quidem ratione, nõ tantum peſtilentia, ſed & quicunq; alij morbi qui in regione aliqua, eodem tempore multos inuadunt, complectuntur. Proinde uehementer errant qui Epidemian ſimpliciter peſtilentiã ſignificare arbitrantur: quod nimirũ gene*

B

Parum refert pater aut filius autor libri fuerit.

Libri commendatio.

Alexander Magnus Iliadem Homeri ſub puluino tenebat.

Libri titulus.

Morbus epidemius.

Peſtilentia.

re pro ſpecie utantur, id quod dialectices ratio non admittit. Eſt itaq; peſtilentia morbus quidem epidemius, non quidem ſimpliciter, ſed pernicioſus & letalis: adeoq; epidemius genus ad pernicioſum, & mitiorem morbum exiſtit. Pernicioſum Græci λοιμὸν, *Latini peſtem: mitiorem uero* ἐπίδημον, *latinè popularem, hoc eſt, tempore aliquo, eodem in loco abundantem, non tamen exitium afferentem appellant. Cuius rei teſtis eſt Galenus, qui lib. i. de ratione uictus in morbis acutis, cõm. nono, ita ſcribit:* Δηλοῖ δὲ διὰ τοῦ λόγου τούτου, τὰ μὲν τινα πολλὰ γίνεσθαι νοσήματα καθ' ἕνα χρόνον, ἅπερ ὅταν μὲν ὀλέθρια γίνηται, λοιμὸν ὀνομάζουσιν. ὅταν δὲ ἐπιεικέστερα, ἑτέρᾳ τινὶ προσηγορίᾳ δηλοῦσιν, ἐπίδημα καλοῦντες, ὥστε εἶναι τὸ μὲν ἐπίδημον νόσημα, τὸ κατὰ χρόνον τινὰ πλεονάσαν ἔν τινι χωρίῳ, τὸν δὲ λοιμὸν, ἐπιδημίαν ὀλέθριον. *id eſt: Hac oratione quamplurimos quidem morbos uno tempore fieri oſtendit: quos ſanè, ubi pernicioſi fuerint, peſtem nominãt. Vbi autẽ mitiores, alia quadã appellatione explicant, populares uocantes: ut ſit quidem popularis morbus, qui tempore quodam anni in regione aliqua abundat: Peſtis uero, epidemia pernicioſa. Hactenus Galenus. Quũ itaq;* ἐπιδημιῶν *ab* ἐπίδημος *dictione genitiuus exiſtit, liber hic populariter uagantium morborũ ſextus dicetur: qui ſanè titulus, quum rariſſime hic populariter graſſantium morborum mentio fiat, illi competere non uidetur.* D

Atq; hinc eſt quod multi ex ueteribus interpretes, quum ſermonis genus in hoc libro plurimum ab eo qui eſt in primo & tertio Epidemiωn libris differre cernerent, hunc propria inſcriptione indigere dixerũt. In primo nanq; & tertio nonnullæ ambientis cõſtitutiones, in quibus populariter uagantes morbi recenſentur, habentur, atq; adeò meritò illis titulum populariter uagantiũ morborum indidit. In hoc autem ſexto, rariſſimi admodũ populares ſunt morbi, genusq; doctrinæ planè aphoriſticum exiſtit, quod Galeno teſte, διὰ βραχυτάτων ἅπαντα τὰ τοῦ πράγματος ἴδια περιορίζει. *id eſt, omnes rei proprietates breuiſſimis uerbis definit, ac unaquæq; ſententia circũſcriptionem propriam obtinet, quemadmodum Galenus dilucide in huius libri proœmio ijs uerbis cõmemorat:* τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος, ἐν τῷδε βιβλίῳ πάμπολυ διαλλάττει τοῦ κατὰ τὸ πρῶτον καὶ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἃ σχεδὸν ἅπαντες ἡγοῦνται γεγράφθαι πρὸς ἔκδοσιν ὑφ' Ἱπποκράτους μόνα. τῶν δ' ἄλλων πέντε, τὸ μὲν πέμπτον τε καὶ ἕβδομον, ἐναργῶς εἶναι νόθα. τὸ δ' ἕκτον τοῦτο, καὶ πρὸ αὐτοῦ τὸ δεύτερον, ἐξ ὧν αὐτὸς Ἱπποκράτης ἑαυτῷ παρεσκευάζετο, φασὶν ὑπὸ Θεσσαλοῦ τοῦ υἱέος αὐτοῦ συντεθῆναι. καὶ τινὲς μὲν ἡγοῦνται καὶ αὐτόν τι παραγράψαι τὸν Θεσσαλὸν, τινὲς δὲ ἄλλους τῶν μετ' αὐτόν. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ καὶ τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, καταστάσεις τέ τινας γράφει τοῦ περιέχοντος, ἐφ' αἷς τὰ ἐπιδημήσαντα νοσήματα διηγοῦνται.

Doctrinæ genus in hoc lib. quale.

A διηγοῦνται. ταύτῃ γὰρ ἐπ' αὐτῶν αὐτὸς φαίνεται τῇ λέξει χρώμενος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἐπίγραμμα τοῖς βιβλίοις τοῦτο ἐποιήσατο, τῆς ἐπιδήμων νοσημάτων διδασκαλίας αὐτοῖς γινομένης, οὐ τῶν αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐπιδημιῶν, ἃς ἐποιεῖτο κατὰ τὰς πόλεις. ἐνταυθοῖ δὲ τοῦτο μὲν ὀλίγον ἐστίν. τὸ δὲ πλεῖστον εἶδος τῆς διδασκαλίας, ἀφορισμοί τινες εἶναι φαίνονται, καὶ περιγραφὴν ἕκαστος ἰδίαν γεγονότες, ὥστε διὰ ἀπορίαν οἰκείας ἐπιγραφῆς, καὶ ταῦτα τὰ δύο βιβλία συγχρήσασθαί φασι τῷ τῶν ἐπιδημιῶν, ὀλίγιστον ἔχοντα τὸ τῆς ἐπιγραφῆς οἰκεῖον. quod eſt: *Sermonis quidem forma in hoc libro plurimum ab ea quæ eſt in primo & tertio Epidemiωn libris, quos ſolos propè omnes ab Hippocrate in hoc ut ederētur ſcriptos eſſe putant, differt. Aliorum uero quinq;, quintum quidem & ſeptimum, manifeſte ſpurios eſſe exiſtimant. Sextum uero hunc, & qui ante illum ſecundum, eo quod ſibiipſi Hippocrates confecerat, à Theſſalo huius filio compoſitos eſſe aiunt. Nonnulli quoq; & ipſum Theſſalū quid adnotaſſe arbitrantur. Quidā uero alios, qui hunc ſecuti ſunt. Siquidem in primo & tertio Epidemiωn, nōnullas ambientis cōſtitutiones, in quibus morbi populariter graſſantes exponuntur, ſcribit. Eiuſmodi enim ille in iis dictione uſus eſſe uidetur. Ob eam etiam cauſam inſcriptionem hanc libris illis indidit, quod populariū* B *morborum, non autem peregrinationum Hippocratis, quas per urbes fecit, in iis doctrina fiat. In hoc uero libro idipſum rarū eſt, & potiſſima doctrinæ forma, breues ſententiæ eſſe apparēt: et unaquæq; ſententia ſecundū propriā circunſcriptionē nata. Proinde hos duos libros, eo quod pauciſſimos popularium morborum contineant, quod tamen inſcriptioni proprium exiſtit, peculiari inſcriptione egere inquiunt.* Hæc ille. Quum igitur hæc ita ſe habeant, conſultius erit ut ἐπιδημιῶν ſit genitiuus à dictione ἐπιδημία, quæ Latinis interdum peregrinationē ſignificat. ἐπιδημία. Nam cum Hippocrates in hunc ſextum librum pleraq; theoremata, quæ in peregrinatione ſua per diuerſas urbes facta explorauit, congeſſerit, haud temerè liber ſextus peregrinationum dicetur. Quo ſanè nomine illū quoq; Philippus Melanchthon, magnū Germaniæ noſtræ decus, in epiſtola quadam ad Petrum Burcardum ſcripta, appellare uoluit. Sed ſiue hoc, ſiue illo modo inſcribatur, exigui momenti res eſt, modo Hippocratis conſilium recte teneas. Atq; hæc de libri titulo dixiſſe ſat ſit. Circa ordinem, quem tertio loco diſcutiendum accepimus, aduertendū, non hunc tantum librum, ſed & reliquos omnes Epidemiωn libros, priores aliis, dum adhuc theoremata experimentis exploraret, ab Hippocrate ſcriptos eſſe, quemadmodū teſtatur Galenus libro primo de diebus decretoriis, hoc modo ſcribens: δέδεικται δ' ἡμῖν ἤδη μὲν καὶ δι' ἑτέρων, ἀλλὰ καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον ἔσται, δῆλον ἐκ τῶν ἐφεξῆς εἰρησομένων, ὡς πρότερα αὐτῷ τὰ

Ordo huius libri ad alios Hippocratis libros.

τῶν ἐπιδημιῶν γέγραπται βιβλία, βασανίζοντι διὰ τῆς πείρας ἔτι τὰ θεωρήματα, καὶ μὴ τολμῶντι καθόλου τισὶν ἀποφάσεσιν ἐπ' αὐτῶν χρῆσθαι. C hoc eſt: Demonſtratum nobis eſt hic & alibi, ſed non minus etiam nunc ex iis quæ deinceps dicentur clarum euadet, quod priores ab Hippocrate Epidemiωn libri ſcripti ſint, dum ſcilicet ſpeculationes adhuc experientia exploraret, nec uniuerſalibus ſententiis in his uti auderet. Et iterum libro ſecundo eiuſdem operis: δέδεικται ἡμῖν πολλάκις ὡς πρότερον γέγραπται τὰ τῶν ἐπιδημιῶν βιβλία, τοῦ τε προγνωστικοῦ καὶ τῶν ἀφορισμῶν, ὅτι δύναμιν ὑπομνημάτων ἔχει. id eſt: Multoties nobis demonſtratũ eſt, Epidemiωn libros præſagiis prius & aphoriſmis ſcriptos eſſe, quod cõmentariorum, quæ memoriam rerum prius obſeruatarum ſuggerunt, uim habeant. Quod uero liber hic ſextus, ut alii Epidemiωn libri, nõ in hoc ut ederetur, ſed potius pro iuuanda memoria, ut ſcilicet rerum prius obſeruatarum memoriam ſuggereret, ab Hippocrate ſcriptus ſit, præter ea quæ iam dicta ſunt, teſtantur quæ ſcribit Galenus cõm. primo ſectionis primæ libri ſexti Epidemiωn, dicens: φαίνεται γὰρ ἤδη σαφῶς ὑπομνήματι μᾶλλον, ἢ συγγράμματι τὸ προκείμενον ἐοικέναι βιβλίον, ἑαυτῷ τινὰ γράφοντος εἰς ἀνάμνησιν τοῦ Ἱπποκράτους ὡς ἕκαστον ἔτυχεν, ἤτοι θεασάμενος, ἢ διὰ λογικῆς σκέψεως εὑρών. οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐγγὺς οἰκεῖον ἐστὶ τῇ πρώτῃ ῥήσει πρὸς τὴν δευτέραν, καθάπερ οὐδὲ τῇ τρίτῃ πάλιν πρὸς ταύτας. D quod eſt: Præſens liber aperte iam cõmentario rerum antea obſeruatarum memoriam ſuggerenti, potius quàm ei qui exacta cura ſcriptus eſt, ſimilis eſſe uidetur: quod Hippocrates ſibiipſi nonnulla pro iuuanda memoria ſcripſerit, ut quodlibet ſcilicet quod uidit, aut per rationalem cõtemplationem inuenit, contigit. Nihil enim primæ dictioni familiare eſt neque affine cum ſecunda, quemadmodum neq; tertiæ rurſus cum illis. Et cõmentario trigeſimoſecundo, ſectionis ſecundæ, eiuſdem libri: Οὐδὲν θαυμαστόν ἐστι, κἀνταῦθα παραλελεῖφθαι τὸ συνέχον μάλιστα τὸν ὅλον λόγον. οὐ γὰρ σύγγραμμά ἐστι τὸ βιβλίον τοῦτο πρὸς ἔκδοσιν γεγονός, ἀλλὰ παρασκευαί τινες, ἢ ὑποτυπώσεις ὁποίας ἑαυτοῖς εἰώθαμεν ποιεῖσθαι. hoc eſt: Non mirum eſt hic, id quod totum præcipue ſermonem continet ac confirmat, omiſſum eſſe. Neq; enim hic liber exacto ſtudio in hoc ut ederetur factus eſt, uerum ſunt præparationes & deſcriptiones, prima formæ liniamenta continentes, quales nobiſipſis facere conſueuimus. Hinc quum liber iſte, non in hoc ut ederetur, ſed tantum ut rerum prius obſeruatarum memoriam, uni ſoli Hippocrati ſuggereret, ſcriptus ſit, nihil mirum pleraq; in hoc eſſe, quæ mera ænigmata eſſe uideantur, & à nemine adhuc ad plenum conſecuta ſint. Præter enim ſingularem phraſim, & laconicam qua paſſim utitur breuiloquentiam, multa etiam quæ ad genuinum

Liber hic non in hoc ſcriptus ut ederetur.

ὑποτυπώσεις.

Cur liber hic alijs omnibus obſcurior ſit.

A *num Hippocratis ſenſum intelligendum neceſſaria exiſtunt, deeſſe uidentur. Adde quod nõ raro partes orationis inter ſe non ita compoſitæ ſint, ut recta grammatices ratio exigit: id quod etiam occaſio fuit, cur ueteres interpretes tam uarias ubiq; lectiones cõmenti ſint. Nihil autem mirum Hippocratem in hoc libro grammatices rationem interdum neglexiſſe: ὑπόμνημα nanq; eſt, hoc eſt, cõmentarius rerum prius obſeruatarum memoriam ſuggerens, qui certe ex tempore & ſine cura ſcriptus eſt, nec dictionem compoſitioni cõgruam, nec ſingula recte atq; ordine digeſta habens. Vtcunq; autem multa ſint, quæ libro obſcuritatẽ peperere, nos tamen pro uirili curauimus, ut illis lucem adferremus. Quod ſi uero nõ paßim, quod conati ſumus, aſſecuti uidemur, certe ueniam dabunt parum etiam æqui iudices, cum primi huic libro manus admouerimus, ab hoc inſtituto hactenus non ſolum Germanis, uerum etiam Italis abhorrentibus: iuxta enim prouerbium, συγγνώμη τῷ πρωτοπείρῳ. Sed præfati ſumus ſatis multa, iam Hippocratem ipſum audiamus.*

PRAEFATIONIS FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN

B
LIBRI PARTICVLA PRIMA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

Qvibuſcunq; ex abortu & circa uterũ œdemate capitis grauitas accidit, illis iuxta ſynciput maxime, perinde atq; ſinguli alij qui ab utero ſunt, dolores fiunt. His quoq; in octo uel decẽ menſibus, morbus in coxendicem decumbit.

FVCHSII EXPOSITIO.

Statim inter initia Hippocrates non popularem, hoc eſt, uno loco eodemq; tempore quamplurimos infeſtantem morbum, ſed particularem potius, quem in diuerſis locis & temporibus, mulieribus nonnullis accidere per experientiã comperit, deſcribit, adeò ut liber hic peregrinationum potius, quàm morborum populariter uagantiũ, nomen mereatur. Vt autem rectius ea quæ ab Hippocrate dicta ſunt ſtudioſi aſſequantur, primum omnium uerſionis noſtræ conſilium, id quod nunquam non in enarrandis alijs ſententijs, modo neceßitas hoc ipſum exigat, facturi ſumus, indicabimus, atq; adeò dictiones obſcuras, nec omnibus obuias, & in quibus lector nõ admodũ peritus hærere poſſet, explicabimus.

Vbi itaq; in præſcripta Hippocratis ſententia ex abortu uertimus, hic G
ἀμβλωσις. *græcus codex* ἐξ ἀποφθορῆς *habet. Nam quod Attici* ἄμβλωσιν, *id eſt,*
ἀποφθορά. *abortum uocant, hoc Hippocrates* ἀποφθορὰν *nominare conſueuit. Quam ſanè dictionem, olim fœtus corruptionem uertimus. Nam ut Galenus in*
ἀμβλώσκειν. *cõmentarijs etiam indicat, Attici* ἀμβλώσκειν *uerbum de immatura fœtus electione, quocunq; modo facta fuerit, efferunt. Hinc medicamenta quæ fœ-*
ἀμβλωτικά. *tus ex utero abigunt,* ἀμβλωτικὰ *Græcis, Latinis uero electoria dicuntur.*
ἐκβόλια. φθορια. *Alio nomine etiã* ἐκβόλια καὶ φθόρια *nominantur. Cæterum quod ad œdematis uocabulum attinet, ſciendum Hippocratem omnes præter naturam tu-*
οἰδήματα. *mores nominare* οἰδήματα, *id quod in commentarijs, & primo præſagiorum libro, cõm. trigeſimotertio, Galenus ijs uerbis docet:* οἴδημα μὲν γὰρ εἴωθε καλεῖν τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἕνα μόνον οὕτως ὀνομαζόντων ὄγκον, ὃς ἐν τῷ πιέζειν ἀνώδυνός τε καὶ μαλακός ἐστι. *id eſt, Tumorem Hippocrates nominare ſolet omnem præter naturam molem, recentioribus medicis unam tantummodo molem, quæ premendo dolore uacat, & mollis fuerit, ſic uocantibus. Et libro quinto aphoriſmorum cõm. ſexageſimoquinto:* τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ἅπαντας ὁ Ἱπποκράτης οἰδήματα προσαγορεύει. *hoc eſt: Omnes præter naturam tumores, Hippocrates œ-*
Tumor. *demata nominat. Eſt itaq; œdematis ſiue tumoris nomen generale ad quoſ-* D
cunq; præter naturam tumores, ſiue ſcirrhos, phlegmone, aut alius eius generis tumor fuerit. Cum enim citra dolorem & durus fuerit, tum proprie ſcirrhum uocant: ſi uero dolore præditus fuerit, phlegmonẽ ſeu inflammationẽ. Quemadmodum ſi abſq; dolore & laxus mollisúe fuerit, ſimpliciter œdema appellant. Eiuſmodi tumoris laxi & indoloroſi, ex ſuppreſſis menſibus circa uterum orti, quique iam longo tempore durauit, nunc meminiſſe uidetur Hippocrates. Hinc factum, ut œdematis uocabulum, & non tumoris, in conuerſione noſtra poſuerimus, ne ſcilicet imprudens lector, per tumores, quaſlibet præter naturã moles intelligeret. Sed ut ad ſententiæ explanationem accedamus, aduertendum eiuſdem eſſe partes duas, in quarum prima Hip-
Senſus primæ partis. *pocrates id ſummatim docere conatur: Quibuſcunq; mulieribus ex abortu, & tumoribus laxis ac dolore uacantibus, ob conſenſum capitis grauitas accedit, ijs ſynciput præcipue dolore afficitur. Omnes enim alij capitis dolores, qui ob uterum male affectum, & ſuppreſſa menſtrua fiunt, in ſyncipite ſubinde magis firmantur. Teſtis eius rei lib. ſexto de affectis locis cap. quinto Galenus eſt, qui ita ſcribit:* τοιαῦτα μὲν οὖν ἕπεται συμπτώματα ταῖς τῶν καταμηνίων ἐπισχέσεσιν, καὶ χωρὶς τούτων ἀλγήματα κατ᾽ ὀσφὺν καὶ τράχηλον καὶ βρέγμα. *quod eſt: Eiuſmodi ſymptomata menſtrua ſuppreſſa ſequi ſolent, & præter ea lumborum & colli & ſyncipitis dolores. Hæc ille.*

Nihil

A *Nihil autem mirum, caput ob uterum male affectum grauari: magna enim huic per neruos quoſdam cum illo cõmunitas exiſtit. Cur uero ſynciput, quod* βρέγμα *Græci uocant, plus alia capitis parte tum dolore afficiatur, plures eſſe cauſæ poſſunt. Prima, quod per duas uenas, quæ, ut in libro de uteri diſſectione tradit Galenus, à caua nominata uena oriuntur, & è directo ad ſynciput procedunt, calidi uapores aſcendant. Altera, cum in ſyncipite fungoſæ admodum & raræ ſint ſuturæ, craniumq; eo loci tenuiſſimum & maxime fiſtuloſum exiſtat, nihil mirum, ſi illuc fuliginoſa excrementa natura detrudat: nam & per uniuerſum bonæ ualetudinis tempus, tenues & fuliginoſæ cerebri redundantiæ, iuxta ſynciput maxime perſpiratione diſcuti cõſueuerunt. Tertia, quod plures ſecundum has ſuturas particulæ ſenſu præditæ ſint: plurimi enim illic nerui ſenſitiui, membranæ quoq; nonnullæ quæ durum cerebri panniculum caluariæ cõmittunt, quas tenuium uaſorum multitudo percurrit. Nemo autem eſt qui neſciat, affectus magnitudine pares, citius ſentire partes eas, quæ natura ſenſu exactiore præditæ ſunt. Synciput uero plurimos habere neruos ſenſitiuos, capite undecimo artis medicinalis Galenus ijs uerbis oſtendit:* αὐτὸ δὲ τὸ ὄπισθεν μέρος καθ' αὐτὸ παντάπασιν ὀλίγων αἰσθητικῶν μετέχει νεύρων, παμπόλλων δὲ τῶν πρακτικῶν. ὥσπερ
B γε καὶ θάτερον τὸ πρόσθιον, αἰσθητικῶν μὲν παμπόλλων, ὀλίγων δὲ τῶν πρακτικῶν. *id eſt: Pars ipſa capitis poſterior, per ſeipſam paucos admodum ſenſitiuos obtinet neruos, plurimos uero actiuos: ſicuti & altera, anterior nimirum, ſenſitiuos quidem plurimos, paucos autem actiuos. Proinde rectiſſime Hippocrates ſynciput, ad quod uenæ calidos uapores deferentes pertingunt, magisq; fiſtuloſum exiſtit, ac ſenſu exactiore præditum eſt, utero male affecto, plus cæteris capitis partibus doloribus tentari dixit. Atq; hæc de priore aphoriſmi parte dixiſſe ſufficiat. Reliquũ iam eſt ut ſecundam attingamus, in qua Hippocrates aſſerit morbum prædictum plerunq; in octo uel decem menſibus in coxendicem mulieribus ſic affectis finiri. Vbi animaduertendum,* τελευτᾷ *hoc loci idem ſignificare, Galeno teſte, quod* κατασκήπτει: *quæ ſanè dictio Latinis nihil aliud eſt, niſi cum impetu exoritur, & in perniciem noxamq; progreditur. Vſus eſt autem hoc uerbo appoſite admodum, per hoc ipſum morbi ſolutionem noxiam ſubindicans: ubi nanq; morbus in coxendicẽ decumbit, ibi crus quod è regione eſt claudicare incipit: id quod Galenus etiam lib. ſexto de affectis locis cap. quinto, ubi ex profeſſo uteri affectus percenſet, docet, ita de uteri doloribus ſcribens:* ἔρχεται δὲ καὶ εἰς ἰσχίον τὸ ἄλγημα, καὶ τὸ κατ' εὐθὺ σκέλος αὐτὸ χωλεύει κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν. *quod eſt: Quinetiã dolor in coxendicem tranſit, ac crus ipſum quod è directo eſt, per inceſſum claudicat. Porrò cum Latini una coxendicis*

Cur ſinciput in uteri affectibus plus alijs partibus doleat.

Alterius partis explanatio.

τελευτᾷ.

Coxendix.

appellatione, & locum & dolorem interdum intelligant, hic locum ipſum ubi C
ἰσχίον. femur cum ſuperiore pedis parte cõmittitur, quem græci ἰσχίον, Latini uero coxam, uel uertebram coxarum nominant, accipias. Dolorem uero grauiſſi-
ἰσχιάς. mum in eo factum, Græci ἰσχιάδα, barbari autem noſtræ ætatis medici, ſciaticam appellant. Cur autem in coxendicem morbus decumbat, in cauſa eſt uteri cum coxis communitas: nexibus enim quibuſdam illis committitur, ut ex Galeni libro de uteri diſſectione ſciunt diſſectionum periti. Cæterum quod ait morbum ex utero progreſſum, in octo uel decem menſibus in coxam decum-
Aphoriſmus hic non eſt uniuerſalis. bere, id minime uniuerſale eſt: nam idipſum non multis admodum euenire ſolet, quemadmodum diligenti quadam obſeruatione Galenus comperit, qui in commentarijs huius ſententiæ ſic ſcribit: καί μοι παραφυλάττοντί ποτε ἐν μ´ ἡμέραις, ἐνίοτε δ᾽ ἐν δύο μησὶν, ἢ τέτταρσιν ἐφάνη τελευτῆσαι τὸ νόσημα. τισὶ δὲ καὶ μέχρι πλειόνων ἐξετάθη, καί τινες ὄντως εἰς ὄγδοον ἦλθον μῆνα, καὶ ἄλλαι τινὲς εἰς δέκατον. ἐθεασάμην δὲ καὶ τὴν εἰς ἰσχίον ἐκ μήτρας ἀπόστασιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ πολλῶν. id eſt: Quum diligenter obſeruarem, morbus interdum in quadraginta diebus, nonnunquã etiam in duobus aut quatuor menſibus finiri uiſus eſt. Quibuſdam uero ad plures etiam menſes protenſus eſt. Nonnullæ quoq; ad octauum, aliquæ etiam ad decimum uenere menſem. Contemplatus ſum deniq; abſceſſum ex utero D
in coxam procumbentẽ, uerum non in multis. Quibus ſanè uerbis Galenus aperte monſtrat uteri morbos in plerisq; mulieribus ſtatis diebus iudicari,
1. Præſag. 4. nec quicquam à circuitibus decretoriorum dierum, quos in præſagijs Hippocrates monſtrauit, uariare. Rariſſimũ autem eſſe, quibus in octo uel decem menſibus iudicetur, adeò ut iam enarrata ſententia, nullo pacto uniuerſalis eſſe poſſit. Hinc paulò poſt iam citata uerba Galenus ita ait: ἐγὼ δὲ εἰ τὸ λεγόμενον αὐτὸ πρότερον ἑωράκειν οὕτως ἔχον, ἐζήτουν ἂν αὐτοῦ φιλοπονώτερον τὴν αἰτίαν. ἐπεὶ δ᾽ ἐν πολλαῖς χρόνων προθεσμίαις ἐθεασάμην τὰ τῆς ὑστέρας πάθη κρινόμενα, καὶ συμφωνοῦντά γε ταῖς τῶν κρισίμων ἡμερῶν περιόδοις, ἃς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν προγνωστικῷ, καταλείπω τὴν ζήτησιν τῆς αἰτίας, οὔτε διὰ παντὸς ὁρῶν τὸ εἰρημένον οὕτως ἔχον, οὐδ᾽ ὡς πολύ. τεθεαμένος δ᾽ ἴσως καὶ τύχην ἐπὶ δυεῖν ἢ τριῶν γυναικῶν, τὸν ταῦτα γράψαντα συμβὰν οὕτως, εἴτε ὁ Ἱπποκράτης αὐτός ἐστιν, εἴτε Θεσσαλὸς, εἴτ᾽ ἄλλος τις, ἀποφήνασθαι προπετέστερον ἡγοῦμαι καθολικὴν ἀπόφασιν ἐπὶ πράγματι, μήτε διὰ παντὸς, ὡς ἔφαν, μήτε πολλάκις γινομένῳ. quod eſt: Ego quidem idipſum quod prius dictum eſt, num ſic ſe haberet uidere cupiens, eius cauſam diligentius inquirebam. Poſtquam autem uidi uteri affectus in multis mulieribus ſtatis temporum diebus iudicari, & circuitibus quos Hippocrates in præſagijs docuit concor-

A *concordare, à cauſæ inquiſitione deſij, quod id quod dictum eſt, non ſemper, nec ut plurimum ſic habere cernerem. Temerarium uero puto eum qui hæc ſcripſit, ſiue Hippocrates ipſe, ſiue Theſſalus, ſiue alius quiſpiam fuerit, in duabus fortè uel tribus mulieribus ita contingere uidentem, in re neque ſemper, ut dixi, neque multoties eueniente, uniuerſalem ſtatuere ſententiam. Hactenus Galenus. E quibus omnibus clariſſimum fit, præſentem Hippocratis ſententiam, nõ eſſe inter eas quæ uniuerſales ſunt, connumerandam.*

APHORISMVS II.

Acuminata habentes capita, ſi quidem ualida fuerint ceruice, ſecundum alia atq; oſſa ipſa ualidi erunt. Qui uero caput dolent, & aures fluentes obtinent, ijs palatũ concauũ, & dentes alternis permutati ſunt.

Quum caput inter reliquas corporis humani partes, omnium maxime cõſpicuũ ſit intuentibus, haud ab re Hippocrates ex eius figura, de totius corporis cõſtitutione iudicare hoc loco docet. Etſi enim ex thorace ipſo corporis conſtitutio exactiſſime deprehendi poſſit, hoc tamen, niſi denudato prius corpore, obuiantibus haud apparet: ideoq; ex capite quod confeſtim quiſq; uidet, eiusq; formam ac magnitudinem intuetur, ea ipſa multò facilius agnoſcitur. Et cum ex capite ueluti ex radice quadã ceruix, ſpinalis medulla, uer- Cur à capitis figura totius corporis conſtitutio agnoſcenda.

B *tebræ, ſcapulæ, dorſum, & alia corporis oſſa ortum habeant, illiq; proportione quadam reſpondeant, cur non ex eo de totius corporis cõſtitutione pronunciare poſſit medicus, haud uideo. Si itaq; neq; maius, neq; minus quàm conueniat factum à natura fuerit, tum quoq; ceruix, ſpinalis medulla, eiusq; uertebræ, atq; adeò thorax ipſe, proportione huic reſpondebũt, & iuſtam magnitudinem ſortientur. Quod ſi uero paruum admodum caput fuerit, tum & alia quæ ex ipſo enata ſunt, iuſto minora erunt. Cæterũ capitis etiam forma diligenter admodum à medico conſideranda, ut ſciat quod optimũ, quodq; uitioſum caput ſit. Quod enim iuſto plus magnum aut paruum fuerit, id uitioſum exiſtit: & qui eo præditi ſunt, ijs ea quæ ad intellectum attinent, euidenter læſa ac impedita eſſe apparent. Vt autem caput paruum perpetuò uitioſum, ita magnum interdum bonum, interdum etiam malignum exiſtit. Bonum, ſi ob inſitæ uirtutis robur, & ob multam eamq; bonam materiam tale fuerit: cuiuſmodi Periclem Athenienſem illum oratorem, qui in concionibus fulgurare ac tonare uidebatur, habuiſſe dicunt: nec non raro ob eam capitis magnitudinem cauillis à Comicis, liberrimo genere hominum, inceſſitur. Malignum, ſi ob materiæ tantum multitudinem. Optimum uero caput id eſt, quod exacte rotundum, & utrinq; paulatim depreſſum exiſtit, quemadmodum ijs uerbis capite undecimo artis medicæ teſtatur Galenus: ἡ μὲν μικρὰ κεφαλὴ, μοχθηρᾶς ἐγκεφάλου κατασκευῆς ἴδιον σημεῖον. ἡ μεγάλη δὲ,*

Capitis figura quæ bona et quæ mala. Paruum caput. Magnum. Optimum.

οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀγαθῆς κατασκευῆς σημεῖον. ἀλλ' εἰ μὲν διὰ ῥώμην ἐγγίνετο τῆς ἐγχωρίου δυνάμεως, ὕλην χρηστήν τε καὶ πολλὴν δημιουργούσης, ἀγαθὸν σημεῖον. εἰ δὲ διὰ τὸ μόνης τῆς ὕλης τὸ πλῆθος, οὐκ ἀγαθόν. διοριστέον οὖν ἐστὶν αὐτὰ τῷ τε σχήματι, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσι. τῷ σχήματι μὲν, εἰ εὔρυθμον, ἀεὶ γὰρ ἀγαθὸν τοῦτο σημεῖον. τοῖς δ' ἀπ' αὐτοῦ πεφυκόσι, εἰ κρατὸρ αὐχὴν τέ ἐστι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς ἄριστα διάκειται, καὶ εἰ τὸ νευρῶδες αὐτῷ σύμπαν, εὐτραφές τέ ἐστι καὶ εὔτονον. οἰκεῖον δὲ σχῆμα κεφαλῆς, ὥσπερ ἂν εἰ νοήσαις σφαῖραν ἀκριβῆ κηρίνην, ἑκατέρωθεν ἀτρέμα πεπλημμένην. quod eſt: *Paruum quidem caput uitioſæ cerebri conſtitutionis proprium eſt indicium. Magnum autem non neceſſariò bonæ cerebri compoſituræ ſignum exiſtit: uerum ſi ob inſitæ uirtutis robur, quæ multam atq; bonam materiam formauit, eueniat, bonum eſt ſignũ. At ſi ob materiæ tantum copiam, haudquaquam bonum. Ob id diſtinguenda hæc ſunt ex figura ipſa, & ex iis quæ ab eo ortum habent. A figura quidem ipſa, ſi concinna: ſemper enim hoc ſignum bonum eſt. Ex iis uero quæ ab eo ortum habent, ſi ualida eſt ceruix, & ſi aliis oſsibus optime conſtet, atq; omnis præterea neruoſa ſubſtantia pinguis beneq; nutrita, ac robur habeat. Propria autem capitis figura eſt, ueluti ſi ſphæram exacte rotundam ex cæra conſtructam, paulatim utrinq; depreſſam excogitares. Hæc ille.*

Quibus nimirum uerbis Galenus paruum caput utpote in uniuerſum uitioſum damnat: magnum uero non item, cum interdum bonum, interdum etiam malum exiſtat, id quod ex figura ipſa, & iis quæ à capite oriuntur, facillime agnoſcere licebit. Perinde autem ut caput magnum, quod ab optima forma paululum diſcedit, nõ ſemper uitioſum exiſtit: ita etiam acuminatũ nõ ſemper calumniandũ erit, etſi à propria capitis figura nõnihil deficiat. Acuminatũ uero caput eſt, quod utraq; eminentia, quæ circa frontem & occiput eſſe debet, caret, aut eandem plus iuſtò auctam habet. Quod autem illorum bonum, quódq; uitioſum fuerit, primum ex aucta aut diminuta iam dicta eminentia cognoſces. Si enim capitis acumen ob imminutam frontis & occipitis eminentiam aderit, tum ſemper uitioſum eſſe ſcias. Sin autem ab aucta, tunc non ſemper malum exiſtit. Hinc augmenti uenuſtatẽ cõtempleris oportet: quod enim indecens fuerit, malignum eſt. Multo deniq; conſultius eſt eminentiã ipſam in occipite eſſe auctiorem, quod illic præcipuus cerebri uentriculus, ac ſpinalis medullæ ortus exiſtat. Non poteris autem rectius de bona aut uitioſa acuminati capitis figura, niſi ex iis quæ ab eo orta ſunt, iudicare, id quod & hic faciendum eſſe Hippocrates præcipit. Proinde primum omnium in iis qui acuminato capite prædití ſunt, contemplare oportet, num ceruix ualida fuerit, id quod ob duritiem & magnitudinem oſsium fit: nam ſic quoq; muſculi

Acuminatum caput non ſemper uitioſum.

Acuminatum caput quod.

oſsibus

A *oſſibus adiacentes, tenontes, & ligamenta, alia etiam quæ circa pectus & iecur ſunt ualida erunt. Sanguis nanq; ex quo ea quæ circa caput ſunt formantur, ſi plurimus & bonus fuerit, tum facultas uitalis quæ ex corde procedit, naturalis etiam quæ ex iecore uenis immittitur, ualida ſit oportet. His uero ut totius corporis fundamentis ualidis exiſtentibus, totum quoq; corpus, ſingulaq; illius membra ualida eſſe neceſſe eſt. Cæterum ſi acuminatum caput à propria capitis figura plurimum defecerit, & planè indecorum fuerit, tum peſſimam præ ſe feret conſtitutionẽ. Cognoſces uero idipſum bifariam. Primum ex ſymptωmatibus quæ uitioſam illam capitis figuram ſequuntur. Caput nanq; eo acumine præditis aſſidue dolet. Ex auribus quoq; interdum tenuis & humida, nonnunquam etiam putida & grauiter olens ſtillat: quæ ſingula malam cerebri conſtitutionẽ, excrementa multa & maligna generantis, indicant. Deinceps his ipſis palatum concauum erit. Sic uero uocatur pars oris altior, quæ ſupra foramina ea quæ ex naribus in os tendunt, exiſtit. Dentes etiam alternis permutati erunt, hoc eſt, inferni ſupernis non reſpondebunt, nec inciſorij inciſorijs, neq; canini caninis, nec molares molaribus, ſed os illorum haud aliud eſſe apparet, quàm ſi cõuulſum ſimul atq; obliquum cõtortumq; eſſet: id enim παραλλαγμένοι ſignificat. παραλλάττω nanq;*

Vitioſum acumẽ bifariam cognoſcitur.

Palatum quid.

παραλλάττω.

B *Græcis nihil aliud eſt quàm permutatim ſeu alternis, hoc & illo modo uario. Hinc Theophraſtus libro quinto de hiſtoria plantarum cap. octauo ita loquitur: τὰ δὲ χλωρὰ λίαν ξύλα συμμύει, καὶ ἐνδέχεται ἐν τοῖς ὀδοῦσι τὰ πρίσματα καὶ ἐμπλάττει, διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται. id eſt: Ligna quæ nimis uiridia ſunt, conſtantia ſunt, & ſcobes inter ſerrarum dentes admittunt, implentq;. Quapropter fabri dentes alternis uariant, ut educi poſſint. hoc eſt, dentes alternis hinc & illinc prominentes faciunt, ut ſcobs inter adducendam & propellendam ſerram educatur, quæ alioqui crenas ſerræ obſtruit. Proinde ut reuertamur eò unde digreſſi ſumus, ij potiſſimum Græcis φοξοὶ, hoc eſt, acuminata capita habentes dicuntur, quibus capitis acumen faſtigiatum admodum & uehementer acutum atque adeò indecorum factum eſt, qualem fuiſſe Therſiten illum, omnium quotquot ad Troiam uenerant uirorum longe turpiſſimum, conſtat. Nam ut Homerus Iliados β teſtatur, φοξὸς ἔην κεφαλήν, id eſt, acuminato capite præditus erat.*

φοξοὶ qui

APHORISMVS III.

Quibuſcunq; os de palato diſceſſit, ijs medius naſus ſubſidet. Talibus uero ſummitas ea unde procedunt dentes, ſima fit.

Hippocrates nõ alia ratione aphoriſmum hunc ſcripſiſſe uidetur, niſi ut earum rerum quæ ad diſſectionis peritiam pertinent, ſibi memoriã relinqueret.

Hippocrates diſſectionis peritus.

Neq; enim ignorabat quantum ad accuratam artis ſuæ cognitionem condu- C
ceret, ſingularum partium ſitum atq; figurā perſpectum habere. Nihil enim utilius eſſe medico poteſt ad uulnera quæ in bello accipiuntur, ad telorum extractiones, oßium exciſiones, luxata, fracturas, fiſtularū ſinus, abſceſſuum inciſiones, & quæcūq; alia huius generis, quàm omnes corporis particulas accurate cognoſcere. Proinde cū hæc Hippocratis ſententia, niſi ab illo qui nariū

Naſi partes. compoſiturā cognitam habeat, intelligi nō queat, prius naſi partes explicabimus: quas autor libri qui. Medicus inſcribitur, neq; enim Galenus, ſed Herodotus, ut ex cōment. xxxi. particulæ ſecundæ libri ſexti Epidemiωn euidentißimū fit, hunc librum cōſcripſit, ita depingit: ἡ δὲ ῥὶς μεταξὺ τῶν ὀφθαλμῶν τέτακται. ταύτης δὲ τὰ μὲν ἑκατέρωθεν μυκτῆρες, ἢ μυξωτῆρες καλοῦνται, δι᾽ ὧν ἀναπνεῖ τε καὶ ὀσφραίνεται τὰ ζῶα. μυκτήρων δὲ τὰ μὲν ἔξωθεν πτερύγια. τὸ δὲ διορίζον αὐτὰ, διάφραγμα. id eſt: Naſus oculos interiacet.

Author libri qui Medicus dicitur

Nares. Eius partes utrinq; ſitæ nares uocantur, per quas animantia reſpirant & odorant. Exteriores autem narium partes, pinnulæ ſiue alæ nominantur.

Pinnulæ, Alæ.

Interſeptum. Quod uerò nares diſcriminat, interſeptum appellamus. Hactenus Herodotus. Hoc nomine partem cartilagineā nares diſcriminantē uocari, Ariſtoteles quoq; libro primo de hiſtoria animalium cap. xi. teſtatur. Latini etiam eo nomine interſeptum, quicquid in aliqua re medium eſt, appellare conſueuerunt. Porrò cum dentium hic quoq; mentio fiat, operæprecium erit, quando D
aliàs ſententia Hippocratis probe aſſequi non poßit, illorum hic numerum, ordinem atq; nomina ex Galeno referre, qui libro undecimo de uſu partium corporis humani de iis ita tradit: δύο καὶ τριάκοντα τοὺς πάντας ὀδόντας ἔχομεν, ἐφ᾽ ἑνὸς στοίχου καθ᾽ ἑκατέραν τὴν γένυν ἑξκαίδεκα τεταγμένους, ἔμπροσθεν μὲν τοὺς τομεῖς ὀνομαζομένους ὀξεῖς τε καὶ πλατεῖς, οἵους ἐνδακόντας ἀποτέμνειν. ἑξῆς δὲ τοὺς κυνόδοντας, πλατεῖς μὲν τὴν κάτω βάσιν, ὀξεῖς δὲ τὸ ἄνω πέρας, οἵους εἰ μὴ τέμνοιτό τι πρὸς ἐκείνων διὰ σκληρότητα, τοῦτ᾽ αὐτοὺς θλᾶν δύνασθαι. καὶ τούτων ἑξῆς τοὺς γομφίους, οὓς δὴ καὶ μύλας ὀνομάζουσι, τραχεῖς καὶ πλατεῖς, καὶ σκληροὺς καὶ μεγάλους, οἵους τὰ τμηθέντα πρὸς τῶν τομέων, ἢ θλασθέντα πρὸς τῶν κυνοδόντων, αὐτοὺς λειοῦν ἀκριβῶς. quod eſt: Triginta & duos in uniuerſum dentes habemus, ordine uno in utraq; mandibula ſedecim collocatos. Primores quidem

Inciſorij. inciſorios nominatos, acutos & latos, ut mordentes abſcindant. Deinceps

Canini. uero caninos, latos quidē inferiore baſi, acutos autem parte ſuperiori, ut ſi

Molares. quid ob duritiem ab illis non ſecetur, hoc hi frangere poßint. Poſt hos molares dictos, aſperos & latos, duros & magnos, ut ea quæ ab inciſorijs ſecta, aut à caninis fracta ſunt, ipſi exacte in leuorem terant. Hæc ille. Vt itaq; ad inſtitutum reuertamur, ſatis conſtat narium interſeptum, eius præſertim

medium

A medium, palati oſsibus, quæ quatuor numero ſunt, inniti ac ſuſtentari. Hinc ſi aliquod oſsium ſuſtentantium ex palato diſceſſerit, tum neceſſariò medium naſi ſubſidet, neque enim interſeptum habet cui poſthac innitatur, atq; adeò media pars naſi caua fit. Cum uero interſeptum extremas dentium, inciſoriorum præcipue, partes pertingat, nihil mirum eo ſubſidente ſummas quoque dentium partes ſubinde deprimi & ſimas fieri, id quod per σιμοῦται uerbum hoc loco Hippocrates expreſsit. Lapſus eſt itaq; interpres antiquus, quiſquis ille tandem fuerit, qui ſignantur reddit, cum Hippocrates non σημοῦται per η, ſed σιμοῦτε per ι dixerit: quæ ſanè dictio non quemadmodum prima ſignatur, ſed, ut diximus, ſima fit, ſeu deprimitur, ſignificat. Hinc σιμὸς Græcis qui preſsis eſt naribus dicitur, latinè ſimus. Et σιμότης narium preſſarũ ſymptωma, ſimitas Latinis nominatur. Maiori incuria lapſus eſt Caluus, mirificus Hippocratis interpres, qui neſcio quo ſpiritu ductus, aut qua uertigine rotatus, ultimam præſentis ſententiæ partem ita uertere auſus eſt: Quibus utrinq; dentes ſunt, his inter ſe colliduntur: quibus una tantum parte, his reſumuntur, retorquenturq́;. Nam præter hoc quod genuinum Hippocratis ſenſum non expreſsit, ita etiam obſcurum ſeſe exhibuit, ut ne Oedipus quidem quid iis uerbis uoluerit diuinare poſſet. Et diſperęam ſi

Antiqui interpretis lapſus. — *σιμός.* — *Calui uerſio exploditur.*

B Caluus ſeipſum intellexerit. Atqui nihil mirum Caluum tam abſurda interpretatione uſum eſſe, quum id unum curauerit, quo græcis paginibus, latinis utcunq; reſponderet, haud magnifaciens quomodo Hippocratis mentẽ referrent. Repetitur hæc ſententia in libro de curandis luxatis, iis uerbis: οἷσιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε μέση ἵζει ἡ ῥὶς τουτέοισιν. Quorum certe uerborum ſenſus idem cum priore exiſtit. Quod autem uniuerſaliter in duobus iam dictis locis ſcribit Hippocrates, idem puerulo cuidam priuatim accidiſſe refert libro Epidemiωn quarto, ſic ſcribens: τῷ παιδίῳ τῷ φαγεδαινωθέντι ὀδόντες οἱ καὶ τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω οἱ ἐμπρόσθιοι ἀνέπεσον, καὶ ὀστέον μὲν ἐκ τῆς ὑπερώης ἀπέρρηχε, καὶ μέση ἵζει ἡ ῥίς. Cuius equidem ſententiæ mirum in modum in Aſulano codice deprauatæ is ſenſus eſt: Puerulo ulceribus propinquas partes comedentibus laboranti primores dentes tam ſuperiores quàm inferiores conciderunt, os quoq; à palato diſceſſit, & naſus medius ſubſedit. Quibus ſanè uerbis nihil aliud docere nititur, niſi quod antea docuit, nimirum medium interſepti naris oſsibus palati inniti, quorum ſi aliquod ex ulcere comedenti diſceſſerit, nihil mirum medium naſum deprimi. Et quum interſeptum primorum dentium, qui inciſorii dicuntur, extremitates pertingat, neceſſe eſt ut eo abſumpto ab ulcere, dentes quoque non ſolum deprimantur, uerumetiam prorſus concidant.

APHORISMVS IIII. C

Sunt pueri quorum morbi comitiales unà cum pubertate mutationem obtinent, & aliàs.

Docet Hippoc. hac ſententia, morbum comitialem pueros occupantem, interdum ſola ætatis cõmutatione, nihil planè medicamentorũ nobis adhibentibus, curari. Id certe quod accidit, ubi nullo penitus admiſſo errato, pueros adhuc intra pubertatis tempus exiſtentes, ob nimiam cerebri humiditatẽ corripit. Quod ſi uero pueros non ſtatim in prima ætate inuaſerit, tum manifeſtum fit ex delicto aliquo eorum quæ ſunt circa uictus rationẽ, aut ob aliam quandam cauſam extrinſecam illum accidiſſe: ideoq́ ætatis commutationem expectare non oportet, uerum morboſum in iis iam factum affectum, mox curare conuenit. Vt autem Hippocratis mentem plenius aſſequantur ſtudioſi, animaduertendũ, etſi νήπια Græcis quando ad ætatem refertur dictio, infantes ſignificet, quaſi νὴ εἶπια, qui adhuc fari nequeunt: tamen hoc loco Hippocrates hac uoce non eos qui adhuc fari neſciunt, aut recens nati ſunt, ſed omnes qui intra pubertatis tempus exiſtunt pueros intelligit, quemadmodũ Galenus in cõmentariis ex Zeuxide & Herophilo oſtendit. Hinc eſt quod per pueri uocabulum potius quàm per infantis, eius dictionis uim in noſtra uerſione exprimere uoluerimus, ne ſcilicet νήπια eos eſſe tantum infantes putares qui fari non poſſent, ſed eos magis qui pubertatis tempus nondum attigiſſent. Quod autem ſit pubertatis tempus, Galenus part. quinta aphoriſmorum cõm. ſeptimo iis uerbis indicat: ᾧ καὶ δῆλον ὡς ἐπὶ τὸ τῆς ἥβης χρόνον ἕως τῶν πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἐκτετάσθαι νομίζει, τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντα μετὰ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα. id eſt: Vnde dilucidum fit, quod pubertatis tempus uſq; ad uigeſimumquintum extendi arbitratur, ſumens initium in ſecunda ſeptimana. Et clarius paulò poſt: καιρὸς δ' ἥβης ἐστὶν ὁ μετὰ τεσσαρεσκαίδεκα μέχρι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. quod eſt: Tempus uero pubertatis, eſt poſt quartumdecimum annum uſq; ad uiceſimum quintum. Cæterum non mirum eſt morbum comitialem, qui eſt omnium totius corporis partiũ, per interualla quædam temporis facta conuulſio, iuxta tempus pubertatis commutari. Nam cum ex craſſo, frigido, ac pituitoſo, magna ex parte, humore, uentres cerebri obſtruente, & tranſitum ſpirituum prohibente, is morbus generetur, ideo neceſſariò tempore pubertatis ob ætatem ad ſicciorem naturam tranſmutatam, præter omnem medici operam, ceſſat. Id autem ueritatem habet, ubi pueri in uictu non delinquunt: nam qui rectam uictus rationem non adhibent, aut alio quopiam pacto errant, iis morbus comitialis ex ætatis cõmutatione haud deſinet. Proinde ex iis ſatis liquet, quod non omnibus pueris affectus is ex pubere ætate ceſſet, ſed iis tantum qui alia

Pueri qui dicantur. νήπια.

Tempus pubertatis quod.

Morbus comitialis quid.

Non omnes pueri ætatis commutatione ſanantur

D

quoq;

A quoq; recte geſſerint. Hinc non ab re dictum ab Hippocrate eſt, ſunt pueri quibus morbi comitiales unà cum pubertate mutationem habent: ijs enim uerbis aperte nõ omnes, ſed nonnullos tantũ, utpote qui rectam uictus rationẽ adhibent, liberari indicat. Iam dicta cõfirmant ea quæ ſcribuntur quinto aphoriſmorum ſeptimo, in hunc modum: τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἔχει, ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ συναποθνήσκει. id eſt: Quibuſcunq; morbi comitiales ante pubertatem accidunt, commutationem accipiunt: quibuſcunq; autem anno uigeſimoquinto, plurima ex parte commoriuntur. Et rurſus librõ ſecundo prænotionum ijs uerbis: τῶν δ' ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου λαμβανομένων, χαλεπώτατοι μὲν ἐξίστασθαι, ὁκόσοισι ἂν ἀπὸ παιδὸς ξυμβήσεται καὶ συναυξηθῇ τὸ νόσημα. ἔπειτα δὲ ὅσοισιν ἂν γένηται ἐν ἀκμάζοντι τῷ σώματι τῆς ἡλικίης, ἐὰν δ' ἂν ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτέων, ἐς πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτεα. hoc eſt: Qui à morbo comitiali corripiuntur, difficillime mutationẽ accipiunt, præſertim quibus morbus à pueritia acciderit, & ad uirilem uſq; ætatem durauerit: Deinde quibuſcunq; in ætate ea qua corpus uiget ſit, ſitq; à uigintiquinq; annis uſq; ad quadragintaquinq;. Hactenus Hippocrates. Quod uero in contextu ſequitur, Et alias: hunc ſenſum habet. Non tantum ætatis commutatione morbus comitialis finitur, ſed alias quoq; mutationes obtinet, utpote uictuum, regionum & locorum, calidiorem & ſicciorem corporis habitum efficientium: id quod teſtantur ea quæ alibi ſcribit: τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσιν νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ, μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρέων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. id eſt: Qui morbo comitiali laborant, ſi iuuenes ſunt, mutatione maxime ætatis, locorũ, & uictuũ liberantur. Ex quibus utiq; uerbis dilucidũ fit, calidam regionem & ſiccam, item uictum calidum & ſiccum, haud aliter quàm ætatem calidam & ſiccam temperaturã habentem, morbum comitialem ſoluere poſſe, eo quod frigidum corporis temperamentũ ad contrarium habitum mutent. Morbum uero comitialẽ eum dicimus, quẽ Hippocrates ac cæteri Græci ἐπιληψίαν nominant: ſic dictum, quod hoc morbo correpti, in comitijs maxime detegebantur, comitiaq; quo die aliquis concidiſſet, interrumpebantur: id quod luculentiſſime ijs carminibus cap. lvij. Q. Serenus monſtrat:

Et alias, quomodo intelligendũ.

Aphor. 45.

Morbus comitialis cur dictus.

B

Eſt ſubiti ſpecies morbi, cui nomen ab illo eſt,
Quod fieri nobis ſuffragia iuſta recuſant.
Sepe etenim membris acri languore caducis,
Conſilium populi labes horrenda diremit.

Porrò quum is morbus pueris præcipue, & frequenter admodum paulò ante in lucem æditis accidat, factum eſt ut Græcis etiam, præter multa alia eiuſ-

dem nomina, παιδὸς νόσημα, hoc eſt, puerorum morbus, dictus ſit. C

APHORISMVS V.

In renem dolor grauis quando cibo replentur, pituitam uomunt: quum uero dolores ſuperabundauerint, æruginoſa, atque tum quidem leuiores fiunt. Dolores ceſſant quando cibis uacui fuerint, arenulæ rufæ ſubſident, cruentum mingunt, ſtupor eius cruris quod è directo eſt. Quieſcere non confert, ſed exercitari: non impleri, iuuenes uentro purgare, poplitis uenam incidere, urinam mouentibus deducere, tenuare & emollire.

Hippocratica breuitas commendatur.

Quantum commodi Hippocratica breuitas artis medicæ ſtudioſis adferat, uel una hæc ſententia abunde docet, in qua miro quodam compendio lapidis renum indicia, eiusque curandi ratione complexus eſt Hippocrates. Quod enim multis paginis autor libri, qui de renum affectus dignotione & medicatione inſcribitur, edocuit, hoc pauciſſimis admodū uerbis Hippocrates perſenſuit, id quod ex iis quæ ordine dicemus manifeſtum fiet. Meritò itaque ſpretis prolixis quorundam commentariis, ſtudioſi Hippocratem potius ſibi legendum proponent, ut qui compendioſiſſime artis fundamenta iecerit. Cæterum inter notas renum lapidem monſtrantes, prima exiſtit dolor grauis renes occupans. Sic autem nominat eum, qui tanquam pondus aliquod loco incumbens, ſenſum moleſtum affert. Is fit dum in renum adhuc ſubſtantia lapis exiſtit. Nam dum exit, uehementiſſimū dolorem excitare ſolet. Dum enim in carnoſa adhuc renum parte delitеſcat, grauitas tantum ſentitur, quod nullus in iis neruus ſenſibilis ſit. Quod autem nō grauitatis tantum, ſed etiam doloris ſenſus hoc tempore percipiatur, id ob conſenſum neruorum ſenſibilium, & membranæ quæ in ſuperficie renū eſt, fieri ſolet: id quod teſtatur autor libri de renum affectus dignotione & medicatione: quem cum ſit eius aphoriſmi ueluti interpres, ſæpius citabimus: ſic ſcribens: δέδεικται γὰρ, ὅτι καρδία καὶ ἧπαρ καὶ νεφροὶ οὐκ αἰσθάνονται κατὰ τὴν κοιλότητα. κατὰ δὲ τὴν ἐπιφάνειαν ἕκαστος αἰσθάνεται, ἐπειδὴ ἐκεῖ νεῦρα αἰσθητικὰ φέρονται. ἐν δὲ ταῖς κοιλότησιν οὐ φέρονται. πῶς οὖν ταῦτα ὑπομένουσιν ὀδύνην; τῷ βαρύνεσθαι τὴν κοιλότητα γίνεται ὀδύνη. περιτείνεται γὰρ ὁ ὑμὴν ὁ ἔξω, ἐκ τοῦ πληροῦσθαι τὴν κοιλότητα, καὶ περιτεινόμενος ὁ ὑμὴν, ποιεῖ τὴν ὀδύνην. ἐπὶ δὲ τῆς οὐσίας τῶν νεφρῶν πάλιν ὡσαύτως γίνεται ὀδύνη, τῷ βαρεῖσθαι τὴν κοιλότητα ἐκ τοῦ λίθου, καὶ περιτείνεσθαι, καὶ γίνεσθαι τὴν συναίσθησιν τῆς ὀδύνης ἐπὶ τὴν ἐπιφάνειαν, ὡς ἔχουσαν νεῦρα αἰσθητικὰ καὶ ὑμένα. *id eſt: Demonſtratū ſiquidem eſt, cor, iecur, & renes, in cauitate non ſentire. Senſu uero unumquodque eorum in ſuperficie præditum eſt, quod illuc nerui ſenſiles ferantur, qui in concauitatibus nulli ſunt. Quomodo ergo hæc dolorem perſentiſcunt?*

Lapidis renum notæ.
Dolor grauis. D

Renes intus non ſentiunt.

A tiſcunt? Quũ grauatur cauitas, dolor fit: circuntenditur enim externa membrana, eò quod cauitas ſit repleta, atq; adeò membrana circuntenſa dolorem efficit. In renum autem ſubſtantia dolor itidem fit, quum ex lapide cauitas grauatur, & circuntenditur, & doloris conſenſus in ſuperficie, utpote quæ neruos ſenſiles & membranam habeat, accidit. Quur autem exitus lapidis dum urinarios meatus pertranſit uehementiſſimos dolores excitet, idem autor paulò poſt iјs uerbis monſtrat: καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰς τοὺς οὐρητῆρας ἐρχόμενος ὀδυνᾷ, διὰ τὴν στενότητα καὶ εὐαισθησίαν τούτων. quod eſt: Multò tamen impenſius dolet, cum in urinarios meatus exit, idq; propter anguſtiam & ſenſibilitatem eorundẽ. Hæc ille. Grauem uero dolorem tum potiſſimũ fieri Hippocrates ait, cũ cibo replentur. Cuius cauſam ut rectius reddamus, animaduertendũ eò loci ubi nos cibum uertimus, Hippocratẽ σῖτον habere, quæ nimirum uox duo apud illum ſignificat. Primo eum qui comeditur cibum, ex quo ſanguinis copia procreatur. In quo ſignificatu accipitur libro primo de ratione uictus in morbis acutis, aphor. xliiij. ubi in eum modum Hippocrates ſcribit: ἢν δὲ μὴ ἐπεληλύθῃ ὁ παλαιότερος σῖτος νεοβρῶτι ἐόντι, ἢν μὲν ἰσχύῃ τε καὶ ἀκμάζῃ τῇ ἡλικίῃ, κλύσαι. id eſt: At ſi illi qui nuper cibum accepit, cibus iampridem ſumptus non deſcenderit, uirtusq; B ualida fuerit, & ætate floruerit, clyſter immitti debet. Hinc σιτεῖν καὶ σιτέω uerba, quorum creber Hippocrati in iam citato libro uſus eſt. Deinceps σῖτος uox apud Hippocratẽ excrementa quæ ex alimenti redundantiјs in inteſtinis generantur ſignificat. In qua ſignificatione eodem in libro, aphoriſmo xxxij. utitur, ita ſcribens: ὁκόσοισι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακεκλῇσθαι, εἰ μή τις ὑποκενώσας τὸ ῥόφημα δοίη, τὴν ὀδύνην ἐνεοῦσαν προσπαροξύνειεν ἄν. hoc eſt: Quibus cibus ſtatim concluſus, ſi quis eo non uacuato ſorbitionẽ dederit, dolorem iam inſtantem irritabit utiq;. Quod uero σῖτος hoc loci excrementum denotet, in commentariјs quoq; Galenus iјs uerbis teſtatur: σῖτον εἶπε τὸ ἀπὸ σιτίων περίττωμα, περιεχόμενον ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσιν καὶ κόπρον. hoc eſt: Cibum dixit quod ab eduliјs in inteſtinis ipſis continetur excrementum, quod & ſcybalum & ſtercus nominant. Sed parum refert, hoc uel aliud σῖτος uoce intelligas, cum iuxta utrunq; ſignificatũ, id quod Hippocrates dixit, ueritatem habeat. Si enim ea dictione cibum, ex quo ſanguinis copia in uenis congregata procreatur, intellexeris, nihil mirum ſi ex illius copia procreata ſanguinis multitudo in renes decumbat, ac eoſdem in anguſtum redigat, atq; adeò illorum grauitatem augeat. Quod ſi uero hac uoce excrementa acceperis, manifeſtum quoq; erit ab illorum in inteſtinis multitudine comprimi renes, ſicq; adeò grauem fieri dolorem. Porrò alterum ſignum, quo lapide renum affecti depre-

σῖτος uoce quid ſignificetur.

σιτέω.

Vomitus pituitoſus. benduntur, eſt uomitus pituitoſus. Nam cum lapis renum, non niſi ex craſſis C
uiſcidisq; humoribus, qui in renum cauitatibus peruſti, in lapidis cõſiſtentiã abeunt, generetur, ſignum certe euidentiſſimum eſt ſic affectos cibis immodica craſſitie & uiſcedine præditis, ut plurimum uti, ex quibus pituitæ magna portio in uentriculo procreatur, unde neceſſariò eiuſmodi conſequatur uomitus. Atqui mirabitur forſitan quiſpiam, cur renibus affectis, uomitus qui uentriculum potius male affectum ſubſequi ſolet, fiat. Cauſam autem autor libri de renum affectus dignotione & medicatione, hanc affert: ἐμοῦσι δὲ διὰ τὴν θέσιν αὐτῶν. οἱ γὰρ νεφροὶ κεῖνται κατὰ τὴν ῥάχιν ὀπίσω τῶν ἐντέρων καὶ τῆς γαστρός. ἐὰν δὲ γένηται βιαία τάσις αὐτῶν, διὰ μέσων τῶν συνδέσμων διέρχεται ἡ διάθεσις εἰς τὰ ἔντερα καὶ γαστέρα, καὶ ἐντεῦθεν ποιότητος ἀνιώσης, ἀκολουθεῖ ἀνατροπή. id eſt: Vomunt ob renum poſituram: ij nanq; ſecundum ſpinam poſt inteſtina & uentriculũ ſiti ſunt. Quapropter ſi uiolenta ipſorum diſtenſio fiat, per media ligamenta affectus ad inteſtina & uentriculum progreditur, & hinc moleſtantẽ qualitatem ſubuerſio ſubſequitur.

Vomitus æruginoſus. Tertia nota, qua renum lapide affectos dignoſcimus, eſt, quod ubi dolores aucti fuerint atq; perſeuerauerint, æruginoſa uomãt. Hic monẽdus nobis lector erit, quod Hippocrates ἰώδεα habeat, ubi nos æruginoſa uertimus: quæ ſanè dictio, & per uenenoſa reddi commode poteſt: quare utriuſq; ſenſum D
hic explicabimus. Si per uenenoſa dictionem ἰώδεα interpretatus fueris, is ſenſus erit: Qui lapide renum afficiuntur, ijs ubi dolores ſupra modum creuerint, uenenoſorum tumorum uomitus accidit. Nihil autem mirum, ob maximos dolores ac frequentes uigilias ita corrumpi ſanguinẽ, potiſſimum ſi pariter febricitauerint ægrotantes, & cibi faſtidio laborauerint, ut planè maligni ac uenenoſa quadam ui præditi humores in corpore congregentur: nam idipſum etiã contingere poſſe phreneticis, Hippocrates tertio Epidemiωn ſectione tertia, ægrotante quarto, ijs uerbis oſtendit: ὁ φρενιτικὸς τῇ πρώτῃ κατακλινεὶς, ἤμεσε ἰώδεα πολλά. hoc eſt: Phreneticus quidam decumbens prima die uenenoſa uomuit. In cuius ſiquidẽ ſententiæ enarratione Galenus inter cætera ſic ſcribit: σχεδὸν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ νῦν εἰρημένου φρενιτικοῦ ἠθροίζετό τις ἐν τῷ σώματι μοχθηρὸς χυμὸς, ἰῷ δηλητηρίῳ παραπλήσιος ἐνεργῶν μέν τι καὶ βραχὺ εἰς τοῖς σώμασιν οἷς ὁμιλῶν ἐτύγχανεν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνα προσετίθετο, πως ὅτε χυμὸς αὐτὸς εἰς πλεῖστον ηὐξήθη κακοηθείας, ἐξαιφνίδιον ἐφάνη θανατῶδες σύμπτωμα. καὶ γάρ τοι ἐπὶ τῷ φρενιτικῷ οὕτω κατὰ τὴν ἀρχὴν εὐθέως ἔμετος ἰωδῶν ἐγένετο, πυρετοῖς ἑπομένοις, ὡς τὸ πολὺ διακαέσι. id eſt: Ferè itaq; & in iam dicta phrenitide humor quiſpiã malignus in corpore collectus eſt, qui haud aliter quàm uenenum mortiferum quid paulatim in corporibus quibus ineſt efficit. Poſtquàm

quàm

A quàm uero illa antea affecit, quo pacto factum eſt, cum humor ipſe plurimum in malitia creuerit, ut confeſtim mortale apparuerit ſymptωma? etenim & huic phrenetico ab initio mox uenenoſorũ uomitus fiebat, ſequentibus ut plurimum febribus ardentibus. Hæc ille. Ex ijs autem uerbis perſpicuum fit, interdum uomitum uenenoſorum humorum fieri poſſe in lapide renum affectis, ob dolores & uigilias multas ſanguinẽ corrumpentes, haud aliter quàm in phreneticis quibuſdam. Cum uero rariſsimum ſit, ut tantam humores malitiam ſortiantur ut uenenoſi dici mereantur, nos ἰώδεα æruginoſa potius uertere uolumus. Nam contingit ob immodicos ac uehementes dolores, uigiliasq́ multas, ut cibus in uentriculo corruptionem induat, eaq́ bilis ſpecies procreetur quæ Græcis ἰώδης, latine æruginoſa dicitur. Sunt enim quatuor bilis ſpecies, flaua nimirum, uitellina, porracea, & æruginoſa: quarum priores duæ in uaſis, poſteriores uero in uentriculo magis generantur, quemadmodum in libro de atra bile Galenus in hunc modum ſcribens teſtatur: αὐτὴ μὲν οὖν ἡ χολὴ καὶ ὠχρὰ, κἂν ξανθὴ, κἂν λεκυθώδης φαίνεται, τὴν γένεσιν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἴσχει. κατὰ δὲ τὴν γαστέρα πρασοειδής τις ἑτέρα γίγνεται. καλοῦσι γὰρ οὕτως αὐτὴν ἀπὸ τῆς χρόας τῶν πράσων παρονομάσαντες, ὥσπερ γε καὶ τὴν ἰώδη παρὰ τὸ ἰῷ ὁμοιοῦσθαι. quod eſt: Ipſa itaq́ Bilis ſpecies.

B bilis ſiue pallida, ſiue flaua, ſiue uitellina apparet, in uaſis generatur. In uentriculo autem altera quædam porracea gignitur: ſic enim à porrorum colore deſumpto nomine uocant: ueluti etiã æruginoſam ipſam, quod ærugini aſsimiletur. Fit autem hæc bilis ſpecies ex flaua bile nimirum exuſta, Galeno libro primo de prænotione cõm. x. autore, qui eum in modum ſcribit: μεμάθηκας γὰρ ἔκ τε τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεροπτηθείσης, καὶ τοῦ πάχεος αἵματος γίγνεσθαι τὴν μέλαιναν. ἡ ξανθὴ χολὴ δὲ ὑπεροπτωμένη, πρῶτον μὲν εἰς τὸν ἰώδη φέρεται χυμὸν, ἔπειτα εἰς τὸν μέλανα, ὑπεροπτᾶται δὲ διὰ μέγεθος πυρετοῦ. hoc eſt: Didiciſti nanq́ atram bilem ex flaua uehementer aſſata, & ex craſſo gigni. Flaua uero uehementer aſſata, primũ in ærugineum humorem, deinceps in nigrum uertitur. Vehementer autem ob febris magnitudinem aſſatur. Cæterũ leuiores quidem poſt æruginoſi humoris per uomitus reiectionem, ut Hippocrates docet, fieri ſic affectos nihil mirum. Neq́ enim bilis ipſa æruginoſa ſolũ, uentrẽ ſua acrimonia mordens, ſed etiã alij cum ea humores uentriculum infeſtantes expelluntur, ut neceſſariò tandem minore iam exiſtente renum compreſsione, grauitatis dolor nonnihil remittatur. Demq́ ſoluuntur melius q́ ſe habent lapide renum affecti, cum à cibo uacui ſunt. Vbi rurſus, ut antea, nomen σῖτος, hoc eſt cibi, utroq́ modo de cibo qui comeditur, & excrementis ipſis accipere licebit. Cibus enim multus in uentriculo detentus, renum cõpreſsionem facit. Ita etiam excrementa Aeruginoſæ bilis generatio. A cibis uacui doloribus expertes

ipſa ubi copioſa fuerint, inteſtina extendunt, atq; unà renes illis adiacentes ſtringunt ac cõprimunt, atq; adeò dolore afficiunt. Hinc nihil mirum eſt, cibo per uomitũ uacuato, excrementisq́; per clyſmata deductis, ægrotantes leuari pauliſper, & melius ſeſe habere. Proinde rectiſsime autor libri de renum affectus dignotione & medicatione, inter reliqua ſic ait: εἰ γὰρ κενώσεις σιτία καὶ φλέγμα καὶ χυμὸν δι' ἐμέτων, ῥᾳστώνη γίνεται. κενοῦται γὰρ τὸ σιτίον καὶ τὸ φλέγμα τὸ βαρῦνον τὴν γαστέρα, καὶ διὰ τῆς γαστέρα θλίβονται, οἵ τε νεφροὶ καὶ οἱ οὐρητῆρες, καὶ πλείω ὀδυνῶνται. καὶ τὰ πρῶτα ἀναλυόμενα, ἃ δεχόμενος ὁ στόμαχος, ὡς ἀσθενέστερος διετείνετο καὶ ἐθλίβετο. τούτων κενουμένων, ῥᾳστώνη γίνεται, ἀλλ' οὐ τελεία ἀπαλλαγή. κενοῦμεν καὶ τὴν κόπρον διὰ κλυστῆρος, ἵνα μὴ τοῦ κώλου καὶ τῶν λοιπῶν ἐντέρων θλιβομένων καὶ βαρυνομένων, θλίβηται καὶ πονῆται ὁ νεφρὸς, καὶ πλεῖον ὀδυνᾶται. δῆλον δὲ ὅτι ἐπὶ ἐμφράξει κόπρου, πολλάκις παροξύνεται ὁ νεφρὸς, ἐδήλωσεν τὸ ἔνεμα ὀδύνην παραμυθεῖσα νεφριτικὴν, ἢ ὅτι ὑπὸ τῆς κενώσεως οὐκ ἔτι ἐθλίβη νεφρὸς, ἢ ὅτι οὐ γεννᾶται πνεύματα ἐκ τῆς κόπρου, ἃ ὀφείλοντα φέρεσθαι ὑπὸ τὸν νεφρὸν, ὡς ἀσθενῆ θλίβουσι καὶ διατείνουσιν αὐτούς. *id eſt: Quod ſi cibos, pituitam & humorem per uomitum uacuabis, facilitas fit. Cibus nanq; & pituita uentriculum grauantes uacuantur. Per uentriculum quoq; renes & urinarij meatus premuntur, & plus dolent. Primum etiam ea ſoluenda diluendáue ſunt, per quæ ſtomachus ſuſcipiens ceu debilior diſtendebatur & premebatur. His autem uacuatis facilitas fit, at nondum perfecta liberatio. Vacuamus etiam ſtercus per clyſterem, ne ſcilicet colo & reliquis inteſtinis compreſsis atq; grauatis, unà quoq; ren conſtringatur, & amplius doleat. Manifeſtũ uero ſtercoris obſtructione renes plerunq; exaſperari, id quod cnema renalem dolorem mitigans monſtrauit: uel quod ab euacuatione ren nõ ſit amplius compreſſus, uel quod ex ſtercore nulli flatus, qui in renem impingentes ipſum utpote imbecillem premunt atq; diſtendunt, generati ſint. Hactenus ille. Satis autem dilucidũ fit ex uerbis iam citatis, cur lapide renum laborantes, ubi cibis uacui fuerint, leuiores fiant. Iam ad alia explicanda pergemus. Tertium indicium, quo renum lapide moleſtati deprehenduntur, eſt quod arenulæ rufæ in urina ſubſident. Et hoc ſanè propriũ eſt ſignum, quod nullo etiam alio interueniente, lapidem in renibus oſtendit. Teſtis eſt autor libri iam citati, ſic ſcribens:* σημεῖον ἴδιον, ἀπαράβατον δηλοῦν ἀμέσως τὸ πάθος, ἤγουν λίθον τὸν ἐν τοῖς νεφροῖς, ἐὰν κατενεχθῶσιν ἐν τῷ ποτηρίῳ ψάμμια, τότε ἀκριβῶς διαγινώσκεται ὅτι λίθος ἐστὶν ἐν τοῖς νεφροῖς, καὶ ἴδιον καὶ βεβαιώτατον σημεῖον. *quod eſt: Signum propriũ & incommutabile, affectum, lapidem ſcilicet in renibus, ſine medio oſtendens, ſi arenulæ in calice ſubſidant, tum enim exacte dignoſcitur quod lapis in renibus*

Arenulæ rufæ.

C D

renibus

A *renibus ſit, ſignumq́; hoc proprium & firmiſsimum. Quod autem rufas eſſe arenulas dixit Hippocrates, id non eſt uniuerſale: uarij enim arenularũ colores ſunt, quemadmodum autor libri iam ſæpius citati ijs uerbis docet:* ὁ δὲ λίθος καὶ τὰ ψαμμία διάφορον ἔχουσι χροίαν, περὶ τὴν θερμασίαν καὶ τὴν ὕλην. τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ χρόνου κατέχεσθαι, πυῤῥὸν, ἢ ξανθὸν, ἢ ἐρυθρὸν, ἢ μέλαν αὐτὸν ποιεῖ πολλὴ θερμασία. ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τῶν χυμῶν γίνονται οἱ λίθοι καὶ τὰ ψαμμία, ἢ σανδαραχώδη, ἢ μέλαινα, ἢ ὠχρόλευκα, ἢ ἑτέραν χρόαν ἔχοντα ἐκ τῆς ποικιλίας τῶν χυμῶν. *hoc eſt: Lapides & arenulæ, diuerſos ob caliditatem & materiam ipſam colores habent. Multa ſiquidem caliditas, eo quod longiori tempore detinetur, rufum aut flauum, aut rubeum ipſum facit lapidem. Haud aliter & ab humoribus lapides, & arenulæ colore ſandarachæ ſimiles, aut nigræ, aut cum pallore albeſcentes, aut alium colorem pro humorum uarietate habentes, fiunt. Hinc Hippocrates ſub rufo colore, qui plurimum in arenulis apparet, reliquorum etiam iam nominatorum colorum differentias complexus eſt: id quod etiam Galeno in commentarijs probatur. Quartum ſignum, lapidem in renibus ſubeſſe mon-*
ſtrans, eſt cruenta mictio: quæ ſanè non proprium lapidis renum ſignum exi- Cruenta mictio.
ſtit, ſed multis etiam alijs commune, quemadmodum autor libri de renum af-
B *fectus dignotione & curatione ijs uerbis ſignificat:* ἐὰν αἱματώδη εἰσὶ τὰ οὖρα τὰ φερόμενα, τοῦτο κοινὸν δύναται εἶναι σημεῖον, ἢ ὅτι ἀναστόμωσις γέγονεν ἀγγείων, ἢ ῥῆξις, ἢ ἀνάβρωσις, ἢ ἀτονία, ἢ εὐρύτης, ἢ ἕτερόν τι. ὅτι ἡ μὲν ῥῆξις ἀκριβοῦς καὶ ἀθρόου αἵματος ἐργάζεται κένωσιν. *quod eſt: Si urina quæ excernitur cruenta eſt, tum hoc ipſum ſignum commune eſſe poteſt, aut quod uaſorum apertio facta ſit, aut ruptio, aut eroſio, aut imbecillitas, aut dilatatio, aut aliud quicquam. Ruptio nanq; exquiſiti & confertim egeſti ſanguinis uacuationem efficit. Solet autem tum potiſsimum urina in affectis lapide eſſe cruenta, cum lapis exiens anguloſus & aſper exiſtit: nam ita loca circumiacentia, ut ſanguinem excernant, offendit ereditq́;. Quintum in-*
dicium lapide laborantes monſtrans, ſtupor eius cruris quod è directo renem Stupor cruris.
affectum reſpicit, exiſtit. Si enim lapis in dextro rene fuerit, dextrum crus, ſin in ſiniſtro, ſiniſtrum ſtupor corripiet. Et hoc eſt quod eo loci Hippocra-
tes κατ' ἴξιν *nominat. Sæpiſsime nanq; hac uoce utitur pro eo quod eſt.* κατ' κατ' ἴξιν quid
εὐθυωρίαν, *id eſt, ſecundum rectitudinem, ſeu è directo. Cuius rei locuples* apud Hippocratem ſignificet.
teſtis eſt Galenus, qui lib. primo de ratione uictus acutorum morborũ, cõm. xxix. ita ſcribit: εἴσομεν δὲ ὅτι τὴν ἴξιν ὡς τὸ πολὺ μὲν εὐθυωρίαν λέγει. *hoc eſt: Non ignoramus quod Hippocrates* ἴξιν *ut plurimum quidem rectum tramitẽ dicat. Et in libro de curatione per uenæ ſectionem:* τὸ δὲ κατ' ἴξιν, ὅτι κατ' εὐθὺ λέγεται πᾶσιν ὡμολόγηται, σαφῶς αὐτοῦ κεχρημένου πολλά-

κις ἐπὶ τοῦδε σημαινομένου τῇ κατ' ἴξιν φωνῇ. quod eſt: Omnibus in con- C
feſſo eſt, quod κατ' ἴξιν id dicat quod è directo eſt, cum ſæpius in eo ſignificato
aperte hac uoce utatur. Et in lib. ſecundo artis curatiuæ ad Glauconem:
τὸ γὰρ κατ' ἴξιν ὑπὸ αὐτοῦ λεγόμενον, αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατ' ἰσότητα.
id eſt: Quod ab ipſo Hippocrate κατ' ἴξιν dicitur, hoc ipſum eſt ſecundum
rectum. Caluus Hippocratis phraſim non probe aſſecutus, obſcure admo-
Cur crus ſtupore afficiatur. dum, coxæ ea parte dolent, reddidit. Quare autem ſtupor in crure accidat,
ratio alia nulla eſt, niſi quia adiacentia ſpinæ cauæ uenæ & arteriæ ma-
gnæ uaſa, cum renibus & cruribus communitatẽ habent. Inſeruntur etiam,
Galeno lib. quinto de uſu partium corporis humani teſte, renibus maxima
arteriæ & uenæ uaſa, quorum utrunq; ſuper ſpinam incedens, autore Gale-
no lib. primo de facultatibus naturalibus, bifariã ſciſſum ad crura uſq; porri
gitur. Quo pacto autem communitas iam dicta ſtuporem cruribus inferat,
autor libri de affectus qui ſunt in renibus dignotione, iis uerbis docet: ἐκ
ναρκήσεως τοῦ κατ' ἴξιν μηροῦ δυνήσῃ μαθεῖν εἰ πάσχει ὁ νεφρός. ἐὰν γὰρ γίνηται τοῦ
δεξιοῦ μηροῦ νάρκη, ὁ δεξιὸς πάσχει νεφρός. εἰ δὲ ἀριστεροῦ, ὁ ἀριστερός. νάρκη
δ' ἐστὶ δυσαισθησία, καὶ δυσκινησία τοῦ μορίου. γίνεται δὲ, ὅτι ἡ φλὲψ ἡ φερο-
μένη ἐπὶ τὰ κάτω, τριχῇ τέμνεται. καὶ τὸ μὲν μετὰ τῶν ἀρτηριῶν ἔρχεται ἐπὶ τοὺς ὄρ-
χεις, καὶ εἰς τὰ σπερματικὰ ἀγγεῖα. τὸ δὲ ἄλλο ἐμβάλλει εἰς τοὺς νεφρούς, τὸ δὲ D
ἐπὶ τοὺς μηρούς. ὅταν οὖν γένηται λίθος ἐν νεφροῖς, ταύτῃ συνδιατίθεται καὶ ἡ
φερομένη εἰς τοὺς μηρούς, ἀπ' αὐτῆς γάρ εἰσι τῆς μιᾶς ἀποσχίδος ἀμφότεραι.
οὐκοῦν πληροῦται φερομένη εἰς μηρούς. αὐτὴ δὲ οὕτω πεπληρωμένη, ἔστιν ὅτε
θλίβει νεῦρον ἢ μυῦν. τὸ δὲ νεῦρον θλιβόμενον, οὐ πέμπει ψυχικὸν πνεῦμα ἐπὶ
τοὺς μηρούς, καὶ ἀναισθητεῖ καὶ γίνεται νάρκη. id eſt: Ex ſtupore eius cruris
quod è directo eſt, num ren aliquis affectus eſt diſces. Si quidem dextri cru-
Stupor quid. ris ſtupor fiat, dexter ren afficitur: ſin ſiniſtri, ſiniſter. Eſt uero ſtupor ſen-
tiendi & mouendi in particula aliqua difficultas. Fit autem, quia uena ad in
ferna delata trifariam ſecatur. Hæc quidem pars cum arterijs ad teſticulos
& uaſa ſeminaria uadit, altera uero in renes procumbit, tertia ad crura
pertingit. Cum itaq; in renibus lapis fit, una tum afficitur uena quæ ad re-
nes defertur: ambæ nanq; ab ipſa oriuntur uena caua. Igitur uena quæ ad cru
ra pertingit, impletur. Ipſa uero impleta, interdum neruum aut muſculum
comprimit. Neruus autem compreſſus, animalem ſpiritũ ad crura nõ tranſ-
mittit, ideoq; ſenſu priuantur, & ſtupor fit. Hæc pro prima aphoriſmi par-
te, quæ notas lapidis renum edocet, ſufficiant. Iam alteram attingemus, quæ
Curandi ratio eorum qui renũ lapide laborant. medendi rationẽ, haud minori quàm prior compendio præſcribit. In ea Hip-
pocrates curandi indicationes ordine quodam diſponit, primũq; eas quæ omni
ætati, & cuilibet corporis habitui communes, dein autem quæ iuuenibus tan
tum ac

A *tum ac robuſtis propriæ ſunt, percenſet. Inter eas quæ cuiuis corporis conſtitutioni & ætati conueniunt, exercitium primum locum obtinet. Hinc eſt quod Hippocrates dicat, quieſcere non confert, ſed exercitari. Exercitia nanq; ut quæ plenitudinem euacuant, pituitoſos humores concoquunt, craſſos extenuant, omnesq; totius corporis partes robuſtas efficiunt, plurimum iis quos lapis excruciat, conducunt. Tria autem potiſſimum commoda exercitatio ipſa, Paulo Aegineta libro primo cap. xvi. teſte, præſtat. Primo partes inſtrumentarias ualidas efficit, deinceps calorem innatum excitat, tertio ualidam ſpiritus motionem facit. Hæc uero multa alia conſequuntur commoda, quemadmodum autor libri paulò antè citati, iis uerbis monſtrat:* χρήσιμα δὲ περὶ τοῦ γυμνασίου τρία τὰ πρῶτα. ἐργάζεται μὲν γὰρ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, αὔξησίν τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος, καὶ βιαιοτέραν τὴν τοῦ πνεύματος κίνησιν. τούτοις δὲ ἕπεται τὰ ἄλλα σύμπαντα κατὰ μέρος ἀγαθὰ, τοῖς σώμασι δι' αὐτῶν ἐγγιγνόμενα. τῇ μὲν γὰρ σκληρότητι τῶν ὀργάνων, ἥτε δυσπάθεια αὐτῶν, καὶ ἡ πρὸς τὰς ἐνεργείας εὐτονία. τῇ δὲ αὐξήσει τῆς θερμότητος, ἡ τῶν ἀναδιδομένων ὁλκὴ ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἑτοιμοτέρα ἀλλοίωσις, καὶ ἡ βελτίων θρέψις, καὶ ἡ τῶν περιττωμάτων χύσις, ἐφ' ᾗ χύσει τὰ μὲν στερεὰ τῶν σωμάτων μαλάττε-

B σθαι συμβαίνει, τὰ δὲ ὑγρὰ λεπτύνεσθαι καὶ διαφορεῖσθαι, καὶ τοὺς πόρους εὐρεῖς γίνεσθαι. τῇ δὲ τοῦ πνεύματος ἰσχυρᾷ κινήσει ἐκκαθαίρεσθαί τε τοὺς πόρους ἀναγκαῖον ἔσται, καὶ κενοῦσθαι τὰ περιττώματα. *quod eſt: In exercitio hæc tria potiſſimum commoda. Inſtrumentorũ nanq; duritiam, dum inuicem atteruntur, & innati caloris incrementum, & ualidiorem ſpiritus motionem efficit. Hæc uero uniuerſa alia commoditates particulares, quæ per illa corporibus acciderunt, ſequuntur. Inſtrumentorũ ſiquidem duritiam, ipſorum ab affectibus immunitas, & ad actiones robur ſequitur. Augmentũ autem caloris, eorum quæ diſtribuuntur, ualida attractio, & promptior alteratio, & uberior nutritio, & excrementorum fuſio, per quam ſolida corporis membra molliora fiunt: humida uero extenuantur, & diſcutiuntur, meatusq; dilatantur. Ex ualida autem ſpiritus motione meatus expurgari, & excrementa uacuari neceſſe eſt. Hæc ille. Quum itaq; exercitium coctionem iuuet, meatusq; latiores reddat, & excrementa uacuet, nihil mirum ſi maximum lapide affectis præſidium adferat. Non eſt autem ut Hippocratẽ hic de uehementioribus exercitiis, qualia ſunt equitatio, in armis dimicatio, lucta, foſſio & ſimilia, locutum eſſe putemus, ſed de ea tantum motione quæ ætatis, habitus, & uirtutis proportione corpus fatigare poteſt: id quod maxime ex uerbo contrario, quo Hippocrates utitur,* ἐλιννύειν, *colligere licet. Cum enim hoc nihil aliud ſit niſi* ἡσυχίαν ἄγειν, *ut*

Exercitium.

Exercitationis triplex cõmodũ.

ἐλιννύειν.

in commentariis Galenus ait, hoc eſt, quietem agere, uel ut idem lib. ſecundo C
uict. acut. morbo. cōm. lvij. interpretatur, ἡσυχάζειν τῷ παντὶ σώματι, *id*
γυμνάζεσθαι. *eſt, ceſſare, & toto quieſcere corpore, ac planè torpeſcere: certe* γυμνάζεσθαι, *hoc eſt, exercitari, nō aliud ſignificabit, niſi non planè ocium aut quietē agere, ſed motione aliqua pro ætatis ac corporis habitus ratione uti. Alterū quod omni ætati ac corporis habitui conuenit, eſt, ut caueamus ciborum ſatietatē, id quod iis uerbis innuit Hippocrates, nō impleri confert. Quum enim ſatietas cruditatem pariat, quæ ad lapidis generationē haud parum momenti adfert, ſummopere ab ea hi quibus renes è lapide laborant, ſibi cauebunt. Hinc rectiſſime conſulit Aetius, qui libro xi. cap. ſexto ita diſſerit: Maximi ad lapidis generationem præcauendā momenti, moderatus cibus & bonæ concoctiones exiſtunt: ſatietates enim & cruditates nō ſolum exaſperant morbum, ſed etiam quum non ſit generant. Porrò abſolutis iis quæ omni ætati cōferunt, deinceps ea quæ iuuenibus tantum ac robuſtis cōueniunt enumerat. Hinc diſcant medicinæ ſtudioſi, non quæuis remedia cuiuis ætati adhibenda eſſe, ſed alia iuuenibus, alia etiam ſenioribus conuenire. Quapropter in*
1. aph. 2. *aphoriſmis etiam ætatis habendam eſſe rationem iis uerbis Hippocrates præcipit:* ἐπιβλέπειν δὴ δεῖ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην, καὶ νόσους ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ. *hoc eſt: Igitur inſpicere oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non. In primis uero Hippocra-* D
Veratro quando purgandum. *tes iuuenes ueratro purgandos eſſe docet, id quod maxime faciendum erit, ubi affectus ipſe diuturnus fuerit, & quando humores craſſos & pituitoſos ex corpore transferre oportet. Sed animaduertendū hoc loco Hippocratem & antiquiores alios elleboro, & aliis huic ſimilibus calidis & uehementibus, atq; corpora ualde exagitantibus medicamentis purgatoriis uſos eſſe: neque enim illis mitiora, quæ noſtris tēporibus in uſu habentur, & longo poſt illos tempore inuenta ſunt, cognita fuerūt. Tu itaq; per ueratrum, quodq; medicamentum, etiamſi nō tam ualidum fuerit quàm eſt elleborus, quod per inferna purgandi uim obtinet, intellige. Alterum quod iuuenibus robuſtisq; cōuenit*
Venæ poplitis ſectio. *auxiliū, eſt uenæ poplitis ſectio: quo ſanè uix aliud præſentius excogitari poteſt: neq; enim iis tantum qui calculo, uerumetiā reliquis omnibus qui renum affectibus corripiuntur, prodeſt. Id quod teſtatur Galenus in libro de curatione per uenæ ſectionem, ſic ſcribens:* ἐφ᾽ ὧν ἡ διάθεσίς ἐστιν ἣν ἰδίως καλοῦσι νεφρῖτιν, τὴν κατ᾽ ἰγνύαν ἐπὶ τούτου χρὴ τέμνειν, ἢ πάντως γε τὰς κατὰ σφυρὰ φλέβας. *hoc eſt: Quibus affectus, quem proprie nephritin uocant, ineſt, eam quæ in poplite eſt, in eodem latere, ſecare oportet, aut omnino quæ in malleolis ſunt uenas. Quibus utiq; uerbis Galenus non tantum quæ uena, ſed in quo etiam latere incidenda ſit docet, nimirum in eo quod renem*

affectum

A *affectum è directo reſpicit. Qua de re multa in apologia noſtra contra Brachelium, & in Paradoxis diximus. His autem præſertim uenæ ſectio commoda exiſtit, qui ſanguinis multitudinem congregarunt. Nam quum ſanguinis copia tenſionem quæ in affecta parte eſt adaugeat, dolorem quoq; auctiorem, qui fluxionem commoueat, faciat neceſſe eſt. Quanto enim maior tenſio, tanto etiam dolor acutior fit. Dolor uero quanto uehementior fuerit, tanto plus ad affectam partem humorum trahit. Dolorem autem fluxiones commouere, Galenus cap. xcv. artis medicinalis iis uerbis aſtruit:* ὀδύνη τε πᾶσα προξενεῖ τὰ ῥεύματα. *id eſt: Omnis dolor fluxiones irritat. Et rurſus lib. tertio ther. metho.* τότε γὰρ ὀδυνώμενον, ἐρεθίζει τι πλέον ἐπιῤῥεῖν. *hoc eſt: Quod nanq; dolet, plus ut affluat commouet. Hinc ſanguinis multitudine in corpore exiſtente, ne tenſionem procreet, atq; adeò dolorem auctiorem faciat, illam confeſtim extrahere conueniet, idq; non ex alia niſi poplitis uena, quæ coniunctiſſima eſt origini eius uenæ, quæ peculiariter partem affectam alit, & à qua trahere propoſitū eſt. Vacuato enim ſanguine, uenæ renibus propinquæ nonnihil cōſident, atq; adeò minus ſubinde renes cōprimunt, ita ut facilior poſtea, uaſis parū dilatatis, lapidi ad ueſicam tranſitus fiat. Proinde rectè admodū autor libri de affectuū qui in renibus ſunt*

B *curatione in hunc modū ſcribit:* ἀλλὰ μηδὲ αἷμα, ἢ ἕτερον χυμὸν πλέον τοῦ δέοντος ἐᾶν ἐν τῷ σώματι εἶναι, ἵνα μὴ τὰ πολλὰ ἀγγεῖα τῶν νεφρῶν τεινόμενα, ὀδυνήσωσι πλεῖον. τὸ γὰρ ὀδυνώμενον, καὶ θερμαινόμενον, καὶ τεινόμενον, προσκαλεῖται τὰς ὕλας, διὰ τὰς σφοδρὰς καὶ ὀξείας ὀδύνας. *quod eſt: Atqui neq; ſanguinē, aut alium humorem plus æquo in corpore eſſe permittendū eſt, ne inde multa quæ in renibus uaſa ſunt tenſa, plus doleant. Quod enim dolet, calefit, & tenditur, hoc ob uehementes & acutos dolores materias accerſit. Porrò animaduertendum hoc loco Hippocratem ſeiunctim de medicamento purgatorio, & uenæ ſectione loqui: neq; enim conuenit ut utrunque remediū cuiuis corpori adhibeamus, ſed hoc illi in quo ſanguis abundat, alterum ei quod uitioſo humore refertum exiſtit. Teſtis Aetius cap. quinto libri undecimi, ubi inter cætera ita ſcribit: Itaq; qui ſanguinis multitudinem congregarunt, eis uenæ ſectio commoda eſt: qui uero uitioſo humore abundant, eis purgatio apta eſt, quæ abundanti humori conueniens erit. Accidit tamen ut interdū idem homo utriſq; indigeat auxiliis, atq; tum à uenæ ſectione auſpicandum erit, quemadmodum etiam in commentariis Galenus iis monet uerbis:* εἰ δὲ ἀμφοῖν αὐτὸς ἄνθρωπος δέοιτο τῶν βοηθημάτων, δῆλόν ἐστιν ὡς ἀπὸ φλεβοτομίας. *id eſt: Quod ſi utriſq; homo ipſe opus habuerit remediis, manifeſtum eſt quod à uenæ ſectione auſpicandum erit. Et autor libri iam citati ſic ſcribens:* εἰ δὲ οἱ τέσσαρες χυμοὶ πλεονάζουσι,

Quibus uenæ ſectio accommoda

Dolor fluxiones concitat.

Venæ ſectio purgationem præcedat.

πρότερον φλέβα τέμνειν πρὸ τῆς καθάρσεως, ἢ καθαίρειν πρὸ τῆς φλε- C
βοτομίας. hoc eſt: Si quatuor humores abundauerint, potius uenam incide-
re ante purgationem, quàm purgare ante uenæ ſectionem oportet. Quare
non eſt quod Hippocratem hic ordinem tibi in prædictis remedijs præſcri-
pſiſſe putes, ſed promiſcue potius pro corporis habitu iam medicamento pur
gatorio, iam uero uenæ ſectione opus eſſe eundē docuiſſe ſcias. Quod autem
hic de renum lapide diximus, id in uniuerſum de omnibus alijs morbis dictum
Venæ ſectio ante purgationem ad hibenda. eſſe intelligas: nam & in iis quoq; ſi utriſq; opus erit auxilijs, uenæ ſectio me
dicamentum purgans præcedere debet: adeò ut uehementer errent noſtræ
ætatis medici, qui diuerſum & docent & faciunt, ueluti prolixius in noſtris
Paradoxis docuimus. Cæterum quod ſequitur in contextu, urinam mouenti-
bus deducere, tale eſt quod calculoſis omnibus ex æquo prodeſt. Medica-
Vrinam cientia. menta nanq; urinam cientia, quæ διουρητικὰ Græcis dicuntur, omnibus iis
qui calculo cōprehenſi ſunt, exhiberi poſſunt. Quæ autē ea facultate prædita
ſint, lib. v. de ſimpl. medica. facul. cap. xij. Galenus abunde monſtrat. Non au
καθαίρειν. tem ſimpliciter Hippoc. dixit urinā mouentibus uti oportet, ſed καθαίρειν
uerbum adiecit, quod Græcis purgare, detrahere, deijcere, deducere, depelle
re, & quod ſupra modū auctum eſt minuere, ſignificat, modum atq; cōmodum
quod ab iis fieri ſolet innuens: non ſolùm nanq; craſſa & uiſcida quæ renibus D
infarcta ſunt purgant atq; deducunt, uerumetiā ea quæ ſanguini in uenis præ
Quando urinam cientia admouenda. ter naturam cōmixta ſunt. Quando uero urinam cientibus utendum ſit, Ae
tius loco iam antea citato docet, poſtquam ſcilicet ſanguis per uenæ ſectionem
euacuatus, aut humor uitioſus expurgatus fuerit, medicamentaq; dolorē mi
tigantia, & laxantia, meatusq; dilatātia adhibita fuerint: id quod & autor
libri de renum affectuū curatione cōfirmat, qui urinam cientium nullum uſum
eſſe ait, niſi poſtquam per uenæ ſectionem, aluiq; ſubductionem corpus uacua
tum ſit, inſeſſionesq; & fomenta, balnea & iis ſimilia dolores mitigantia, ac
Attenuare. meatus laxantia medicamenta admota fuerint. Porrò attenuare uerbum,
tam ad uictum quàm ad humores referri poteſt. Nemo enim eſt qui neſciat
uictum attenuantem calculoſis apprime eſſe utilem, ut qui craſſorum ac uiſci-
dorum humorum, ex quibus lapis procreatur, generationem prohibeat. Hu-
mores quoq;, præſertim eos quos elleboro aut alio quodam medicamento pur-
gante uacuare oportet, tenues eſſe conuenit. Hinc eſt quod in aphoriſmis di-
1. aph. 22. cat Hippocrates: πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινέειν μὴ ὠμά. hoc eſt:
2. aph. 9. Concocta medicari, & mouere non cruda oportet. Et iterum: τὰ σώματα
χρὴ ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν. id eſt: Corpora quum
quiſpiam purgare uoluerit, oportet fluida facere. Fluida uero faciemus, teſte
in eius aphoriſmi explanatione Galeno, cum humorem in corpore craſſum
atq;

A *atq; tenacẽ extenuamus atq; incidimus, omnesq́; meatus per quos iſte tranſmittitur aperimus. Mollire autem uerbũ ad ſolidas corporis partes transferri debet, idemq́; ſignificat quod humectare. Perinde enim ut ſiccitas duritiei cauſa exiſtit, ita etiã humectatio mollitiei. Conuenit nanq;, eorum quibus elleborum propinaturi ſumus, ſolidas partes per quas humores purgandi tranſmittuntur, ante ſumptionem humectare, ne ad conuulſiones ob illarum ſiccitatem & duritiem ducatur æger, aut uas aliquod rumpatur. Hinc non temere in aphoriſmis dixit Hippocrates:* πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥᾳδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος ὑγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει. *quod eſt: Qui non facile per elleborum ſuprà purgantur, eorum corpora ante potionẽ plurimo alimento atq; quiete humectanda ſunt. Humectamus etiam balneo aquæ dulcis, id quod Hippocrates infra iis teſtatur uerbis:* ἐλλέβορον πίοντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν ἐθέλῃς, λούειν, ἢ φαγεῖν. *hoc eſt: Si uolueris eum qui ueratrum bibit celerius purgare, tum illum lauare, aut comedere oportet. Eo autem magis balneo utendum erit, quod non ſolum humectare, ſed etiam, Paulo lib. primo cap. li. autore, calfacere, mitigare, mollire, flatus diffundere, & ſomnum allicere poßit. Et hoc nomine Alexander Trallianus lib. tertio cap. xxxiiij. cæteris omnibus remediis balneum utilitate præſtare ſcribit. Non parum ad hoc inſtitutum conducunt unguenta laxantia & emollientia, quod nimirum calculo tranſitum per anguſta uaſa faciliorẽ faciant: quorum amplißimũ apud Aetium, Alexandrum, & autorem libri de renum affectuum curatione, habes catalogum. Quid multa? Non tantum humores tenues, ſed etiam renum corpora mollia eſſe conuenit: ita nanq; ad illorum exitum magis accõmoda erunt, neq; ſi quis utrunq; diligenter proſpexerit, lapis deinceps generationis principiũ habebit. Proinde accurata ſi quiſpiam opera hæc Hippocratis placita obſeruauerit, is nõ tantum à præſenti lapidis cruciatu liberabitur, ſed ne poſthac in ipſum incidat, cauebit.*

Mollire. — 4. aph. 13. — Balneum aquæ dulcis. — Part. 5. aph. 28.

B (marginal letter at: *bus remediis balneum utilitate præſtare ſcribit.*)

APHORISMVS VI.

Menſtrua humidis mulieribus diu durant, quando uero non citò profluxerint, tumeſcunt.

Nõnulla hoc loco ſymptomata quæ mulieribus natura humidis accidunt, recenſet. Humidas autem intellige eas, quæ humidiore ac frigidiore temperamento præditæ ſunt, quæq; natura tenuem & aquoſum ſanguinẽ obtinent. His ſanè γυναικεῖα, *hoc eſt, menſtruæ purgationes, ſeu muliebria (ad id enim tantum malum hoc loco ea uox referri debet, Galeno in cõmentariis teſte) diu durare ſolent: id quod bifariam accipias licebit. Primum de diebus in quibus eiuſmodi mulieres purgantur, deinceps de earundem ætate. Quod*

Humidæ mulieres. — ἐπὶ πολύ.

ſi de diebus intelligas, tum is ſenſus erit, illas præ alijs pluribus purgari diebus, ita ut ſi cæteræ ad quartum uſq; purgentur diem, hæ ad ſextũ, ſeptimũ, aut octauum uſq; purgabuntur. Si uero de ætate illarum potius intelligendum eſſe duxeris, id dixiſſe uidetur Hippocrates, humidas mulieres pluribus annis menſtrua purgatione affici quàm reliquas, ita ut ſi cæteris ad quinquageſimum uſq; profluxerint annum, ijs certe ad ſexageſimum aut ultra promanabunt. Nihil autem mirum, cum his tenuis & aquoſus ſanguis ſit, qui ut profluat aptiſſimus eſt, illas utroq; modo affici, ut ſcilicet aut pluribus diebus, aut annis purgentur. Proinde quum iam dictis mulieribus ultra conſuetum tempus menſtruæ purgationes ſuppreſſæ fuerint, neq; ut ſolent celeriter profluxerint, nihil mirum illas ſubinde intumeſcere. Quum enim ora uaſorum quæ pertingunt ad uterum, ob corporis totius habitũ plus æquo frigidiorem obſtruantur, & aquoſum ſanguinem expurgare non poſſint, neceſſe eſt ut proceſſu temporis caro totius corporis humidior atq; inflata euadat, fiatq; nõ tantum uteri tumor, uerumetiam ea aquæ inter cutem ſpecies, quam Græci ἀνασάρκην nominant: id quod Galenus etiam lib. ſecundo de facul. natural. ijs teſtatur uerbis: Ἐπὶ μὲν γε χρονίαις αἱμορροΐσιν ἐπισχεθείσαις, ἢ διὰ κένωσιν ἄμετρον εἰς ψύξιν ἐσχάτην ἀγούσαις τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη τεθεάμεθα συστάντες ὑδέρους. ὥσπερ γε καὶ γυναιξὶν ἥ τε τῆς ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ καθάρσεως ἀπώλεια παντελὴς, καὶ ἄμετρος κένωσις, ὅταν αἱμορραγήσωσι ποτὲ αἱ μῆτραι, σφοδρῶς ἐπεκαλέσαντο πολλάκις ὕδερον. quod eſt: Siquidem ex diuturnis hæmorrhoidibus retentis, aut immodica euacuatione, hominem ad extremam frigiditatem ducentibus, non ſemel aut bis, ſed ſæpe iam aquas inter cutem collectas uidimus. Quemadmodũ etiam mulieribus tum menſtruæ purgationis omnimoda ceſſatio, tum immodica uacuatio, quum ſcilicet uehementer ſanguinis profluuio laborauerint, hydropem accerſiuerunt. Quibus utiq; uerbis Galenus non tantum ex immodico menſtruorum profluuio, ſed etiam ex eorundem defectu, aquam inter cutem ſequi poſſe dilucide monſtrat.

C

Suppreſſa menſtrua quid ſequatur.

D

APHORISMVS VII.

In Cranone uetuſti dolores frigidi, noui uero calidi, plurimiq; horum à ſanguine: qui autem à coxa, frigidi.

Ex iſta Hippocratis ſententia dilucidum fit, hunc librum non in hoc ſcriptum eſſe ut ederetur, ſed ut memoriam tantum rerum antea obſeruatarum ſuggereret. Neq; enim quid per dolores ſignificare uelit, aut in qua corporis parte fuerint, aperte indicat, ſed loci tantum in quo eiuſmodi dolores facti ſunt meminit, Cranonis nimirum, oppidi, Plinio lib. quarto, cap. octauo & nono teſte, in Theſſalia ſiti, in quo nunquam plures duobus corui ſunt. Pro

Cranon.

inde ut

A *inde ut rectius Hippocratis mentem aſſequamur, animaduertendum ipſum dolores hoc loco nominare affectus ipſos in quibus dolemus. Cuius rei teſtis eſt grauiſſimus autor Galenus, lib. ſecundo aphoriſmorum cõm. ſexto, ſic ſcribens:* πόνους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐνίοτε τὰς διαθέσεις αὐτὰς ἐν αἷς ὀδυνώμεθα. κατὰ τοῦτο γοῦν ἔλεγεν ἐν ταῖς ἐπιδημίαις. ἐν Κρανῶνι αἱ μὲν παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραί, αἱ δὲ νεαραὶ θερμαί. οὐκ αὐτὰς δήπου τὰς ὀδύνας θερμὰς καὶ ψυχρὰς ὀνομάζων, ἀλλὰ τὰς διαθέσεις ἐφ᾽ αἷς γίνονται. *id eſt: Dolores nominare conſueuit nonnunquam affectus ipſos in quibus dolemus. In hunc ſenſum in Epidemijs dixit: In Cranone antiqui dolores frigidi, noui autem calidi. Haudquaquam dolores calidos & frigidos nominans, ſed affectus in quibus fiunt. Hoc itaq; in loco dolores ipſos affectus, quicunq; cum dolore fieri ſunt natura apti, quemadmodum eryſipelas, inflammatio, uulnus, ruptio, conuulſio, podagra, & huiuſmodi, nominat. Porrò antiquos dolores uocat iampridem factos, & diuturnos, aut diu durantes. Nouos uero, qui nunc conſiſtunt, aut eos qui mox deſinent. Frigidos, qui frigiditatis ſenſum inducunt, uel qui à calidis remedijs mitigantur. Calidos, qui caliditatis ſenſum obtinent, aut qui à frigidis leniuntur. Nihil uero mirum antiquos dolores, utpote à craſſis & frigidis humoribus factos, ſenſum frigiditatis induxiſſe, & non niſi calidis remedijs eſſe mitigatos. Nouos autem & non diu durantes, ut qui à calidis humoribus orti ſint, caliditatis ſenſum attuliſſe, & non niſi frigidis auxilijs lenitos eſſe. Cæterum quum duo in corpore humano calidi ſint humores, ſanguis ſcilicet & flaua bilis, plures tamẽ nouos dolores à ſanguine quàm flaua bile ortos ait, quod nimirum is tum maxime in corpore abundabat. Perinde autem ut plurimi calidi dolores à ſanguine procreati ſunt, ita quotquot in coxa fuerunt, à frigido humore, nempe pituita, facti ſunt. Hinc ait, qui autem à coxa, frigidi. Vbi attendendum* ψυχρὰ *in contextu, Galeno autore, referendum eſſe ad* πάθη, *aut* ἀλγήματα, *ut ſit ſenſus, affectus aut dolores in coxa frigidos, hoc eſt, à frigido humore, pituita nimirum, natos fuiſſe. Solet enim nonnunquam in coxæ iunctura humor pituitoſus, quem mucorem appellant, accruari, qui ſi illic ſiſtitur magnum dolorem infert: à quo interdũ articulationis ligamenta madefacta, laxiora redduntur, & à cauitate articulus coxæ excidit, quemadmodum alibi Hippocrates ijs uerbis monſtrauit:* ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται. *hoc eſt: Quibuſcunq; à coxendicum dolore diuturno infeſtatis coxa excidit, & rurſus incidit, his mucores ſuperueniunt.*

Doloris nomine quid intelligat Hippocrates.

Antiqui dolores qui. Noui. Frigidi. Calidi.

B

Coxæ dolor.

6. aph. 59.

APHORISMVS VIII. C

Qui in uehementes rigores progrediuntur morbi, non quicquam omnino mitigantur, niſi prope uigorem.

Ad præſagiendi ſcientiam, hæc Hippocratis ſententia mire conducit: febrium nanq; uigorem & inclinationem remiſsionémue, ex rigoris uehementia diiudicare docet. Rigor febris inclinationem monſtrat. *Si enim rigor febrium progreſſu temporis uehementior quotidie fit, euidentiſsimum eſt illas prius non ſolui finiriq́;, quàm rigor remittatur, id certe quod prope ſummum uigorem fieri ſolet. Cuius rei teſtis etiam eſt Paulus Aegineta, qui lib. ſecundo cap. octauo ſic ſcribit: His qui rigore uehementer febricitant, fieri nequit ut morbus antè finiatur, quàm rigor lenitus fuerit. Niſi enim ille quicquam remittat, haudquaquam morbus ad uigorē peruenerit, multoq́; minus inclinatio ipſius ſperanda eſt. Id autem in quartanis potiſsimū febribus ueritatem habet, in quibus ſi cum uehementi rigore acceſsiones inuaſerint, nihil penitus illo remittente, impoſsibile eſt iam uigorem attigiſſe febres: multoq́; minus remiſsionē prius ſperare oportet, quàm rigor lenitus fuerit. Augeri uero rigorem indics in quartana donec uigorem morbus pertingat, teſtantur ea quæ ſcribit Galenus lib. ſecundo de criſibus, cap. tertio, in hunc modum:* τεταρταῖος δὲ πυρετὸς οὐκ εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας εἰσβάλλει μετὰ ῥίγους σφοδροῦ, προϊόντι γὰρ αὐτῷ καὶ αὐξανομένῳ, συναύξεται καὶ τὸ ῥῖγος. *hoc eſt: Quartana febris nō primo ſtatim die cum uehementi inuadit rigore: progrediente nanq; ipſa atq; aucta, unà etiam rigor augetur. Ex iis ergo ſatis perſpicuum eſt, Hippocratem hic non de uigore acceſsionis, ſed totius morbi loqui. Ridiculum nanq; fuiſſet de illo nos admonuiſſe Hippocratem, cum nemo tam ſtupido ſit animo ut neſciat rigorem in acceſsionibus factum non deſinere, niſi poſtquam earundem uigor aduenerit. Proinde nihil opus erat Hippocrate magiſtro ad eam rem, quæ quotidie ante oculos uulgarium obuerſatur, cognoſcendam: adeò ut* Calui error. *inſigniter hoc loco hallucinatus ſit Caluus, dum præſcriptā Hippocratis ſententiam ita uertit: Horrores rigoresq́; ualidi in acceſsione nō leniuntur, ſed poſt. Nam cum hic nulla acceſsionis mentio fiat, non erat cur illam temerè in contextum insereret, atq; adeò totam ſententiam corrumperet. Neq; enim quod rigores non in principio acceſsionis, ſed poſt, hoc eſt, circa uigorem leniantur, docet Hippocrates, uerum, ut diximus, febrium remiſsionē ex nota aliqua quæ ex rigoris uehementia deſumitur, cognoſci poſſe ſtatuit. Atqui nihil mirum Caluum hic cæcutire, ut qui medicinæ prorſus ignarus ſit, Manardo etiam noſtro teſte, id quod & ipſe de homine facie ignoto nunquam non ſuſpicatus ſum.*

A APHORISMVS IX.

Ante rigorem urinæ retentio, ſi ab indicijs bonis proceſſerit. Conſiderandum itaq; num aluus deiecerit, & ſomni affuerint, ſimiliter & modus febris, & quæ ex laboribus oritur.

Hæc ſententia, haud aliter quàm præcedens, ad eam medicinæ partē quæ futurorū prædictionem cōtinet, ſpectat, eò quod mira quadam breuitate decretoriū, atq; adeò utilem; in morbis rigorem futurū præſcire perdoceat. Si enim in acuta febre, propè iam exiſtente iudicatione, urina ſuppreſſa fuerit, rigorem decretorium paulò poſt futurū ſperare oportet. Id quod multo certius erit, ſi nox præcedens grauis moleſtaq; fuerit: nam ut alibi inquit Hippocrates, ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. *quod eſt: Quibus iudicatio fit, his nox quæ acceſsionem præcedit difficilis eſt. Quod ſi etiam dies is qui urinæ retentionē ſequitur, iudicatorius exiſtit, tum omniū certiſsime futurum eſſe decretoriū rigorem prædicere poteris, maxime ſi alia quoq; indicia bona fuerint: id quod ijs uerbis,* ἢν ἐκ χρηστῶν ἴωσι, *id eſt, ſi à bonis proceſſerit, Hippocrates inſinuare uoluit: Quæ ut rectius aſſequeremur, nōnulla indicia ſubiunxit, quibus urinæ retentionem à bonis proceſsiſſe dijudicare poſſemus, dicens: Conſiderandum itaq;* Rigor decretorius, ut prædicendus. 2. aph. 13.

B *ubi urina ſuppreſſa ſit, nunquid etiam aluus deiecerit. Nam cum ſeroſæ humiditatis tria ſint euacuationis loca, aut enim per urinam, aut uentrem, aut ſudores uacuatur, nō temerè medicus num aluus quid deiecerit, urina retenta, cōtemplari debet. Si enim ambo, urina nimirū & aluus, retenta fuerint, tum nō niſi per ſudorem ſeroſa humiditas uacuari poteſt, neceſſariò igitur ſudor conſequitur multus. Quod ſi uero urina ſuppreſſa aluus multa excreuerit, tunc rigor minime expectādus erit: nam omnis ſeroſa humiditas quæ per urinam excerni debuiſſet, per aluum deiecta eſt, ita ut nihil mirū ſit per naturam, ſuperuacuis omnibus per aluum uacuatis, urinam retineri: ſolet enim aliàs urina multa profluente, minor eſſe ea quæ per aluum fit deiectio. Hinc eſt quod alibi dicat:* οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γινομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει. *id eſt: Mictio noctu copioſe facta, exiguam deiectionem ſignificat. Quod diximus, Galenus etiam lib. tertio de Criſibus, cap. undecimo, ubi præſentē Hippocratis ſententiā explicat, fuſius docet. Inter cætera uero ita ſcribit:* εἰ μὲν οὖν οὖρα ἐπισχεθῇ πρὸ κρίσεως ἐγγὺς οὔσης, ἐλπίζειν χρὴ ῥῖγος. μετὰ δὲ ταῦτα προσεπισκέπτεσθαι πότερον τὰ οὖρα μόνον, ἢ καὶ γαστρὸς ἐπισχεθείσης ὁρίζωσαν. εἰ μὲν γὰρ ἀμφοῖν, ὁ ἱδρὼς ἐξ ἀνάγκης ἔσται πολύς. εἰ δὲ τῶν οὔρων μόνων, ἐπισκέπτεσθαι χρὴ τὰ κατὰ τὴν γαστέρα πότερον πλείω τῶν πρόσθεν, ἢ ἐλάττω πρὸ τῆς κρίσεως ἐπῆλθεν. εἰ μὲν γὰρ πλείω, ἐπισημότερον πολλῷ τὴν ἐνταῦθα ῥοπὴν γνωρίζεις. *quod eſt: Si quidem urina* Cur alui deiectio à medico ueſtiganda. 4. aph. 83.

iam prope iudicatione exiſtente retinetur, rigorem ſperare oportet. Poſt hæc autem & illud conſiderandum, nunquid urinis tantum, uel etiã aluo ſuppreſſa riguerunt. Si enim ambobus, neceſſariò ſudor copioſus ſubſequitur. Si uero urinis ſolis, conſiderare oportet, nunquid alui excrementa plura uel pauciora prioribus ante iudicationem exierint. Si enim plura, multo manifeſtius naturæ motum ad hunc locum agnoſcere decet. Hæc ille. Quid multis? Si morbus prope iudicationem fuerit, & urina retenta, aluus planè nihil deiecerit, neceſſe eſt ægrotantem rigore concuti & ſudare. Quod ſequitur in contextu, & ſomni affuerint, duplicem habere poteſt ſenſum: uel enim refertur ad rigorem iam factum, & tunc ueluti exemplum exiſtit eius quod antea de bonis indicijs dictum eſt. Si enim poſt rigorem factum ſomnus bonus atq; facilis ſequitur, euidentiſsimum erit rigorem hunc fuiſſe decretoriũ. Quemadmodum enim nox præcedens iudicationem, grauis ut plurimum eſſe ſolet, ita ea quæ bonam comitatur, facilis: id quod & Hippocrates alibi ijs uerbis C

Somni conſideratio.

2.aph.13. *monſtrauit:* ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ, ἡ δ' ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *hoc eſt: Quibus iudicatio inſtat, ijs nox quæ ante acceſsionem difficilis eſt, ſubſequens uero magna ex parte leuior exiſtit. Vel refertur ad rigorem adhuc futurum: & tunc certe ſi nox cum bonis ſomnis facilis fuerit, ſomni eiuſmodi non futurũ rigorem, ſed potius excretionem iam per aluum, aut ſudorem factam monſtrabunt, ita ut nulla amplius futuri rigoris ſpes ſit. Conſiderandus inſuper modus febris in qua rigor fit, num ſcilicet ardens, bilioſa, aut aliqua alia ſpecies fuerit. Quicunq; enim in febribus acutis, ardentibus potiſsimum, rigores fiunt, omnes decretorios eſſe conſtat. Teſtis Hippocrates, qui in* D

Modus febris cõtemplandus.

4.aph.58. *aphoriſmis ſic ſcribit:* ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ῥίγεος ἐπιγενομένου, λύσις. *quod eſt: A febre ardente correpto rigore accidente, ſolutio. Et iterum:*

4.aph.63. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι ῥίγεα γίνεται καθ' ἡμέρην, οἱ πυρετοὶ λύονται. *hoc eſt: Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.*

Rigoris cauſa.

Flaua enim bilis per membra ſentientia ueloci motu delata, eadem percutit, pungit, ac ferit, atq; hinc ſenſum inæqualem, rigorem, cõcuſſumq; inuehit, poſt quem & alui ſoluuntur, & ſudores, uomitusq; bilioſi ſuperueniunt, ut nihil mirum ſit, bile ex qua febris ardens habuit ortum expurgata, ſolui febrem.

Modus febris.

Modum itaq; febris, nihil aliud niſi ſpeciem febris dixit, quam inſpiciendam eſſe etiam Galenus monuit, loco paulò ante citato ita ſcribens: καὶ πρῶτον μὲν εἰς τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν ἀποβλέπειν. εἰ γὰρ ἀκριβῶς εἴη περικαὴς, εὐθὺς ἂν καὶ ἡ τοῦ ῥίγους πρόγνωσις βεβαιοτέρα. *id eſt: Primum quidem ad morbi ſpeciem reſpiciendum eſt: ſi enim exquiſite ardens fuerit, confeſtim certior quoq; rigoris præcognitio. Præterea conſiderandæ etiam*

febres

A *febres quæ ex laboribus oriuntur, ſunt enim biliofiſsimæ: ideoq́; cum rigore ob nimiam bilis copiam non careant, ad prædictionem non parum momenti ad ferent. Quod uero de laboribus dictum eſt ab Hippocrate, id ueluti exemplum eſt omnium aliarum cauſarum extrinſecarum, quæ corpus noſtrum bilioſius efficere poſſunt. Tales autem ſunt uigiliæ, ſolicitudines, ira, furores, alimenti indigentia, bilioſorumq́; ciborum abundantia. Proinde ut febres ex laboribus procreatæ rigore nō carent, ita etiā illæ quæ ex uigilijs, ira, alijsq́; cauſis bilioſum corpus facientibus, ortæ ſunt, ideoq́; ad prædictionem futuri rigoris; haud aliter quàm quæ ex laboribus fiunt, cōferunt. Neq; certe negligenda eſt ea febrium quæ ab extrinſecis cauſis fit cognitio, quod non parum ad certiorem earum rerum quæ in corpore apparent, fidem conducant, ut ex libris Galeni de diff. feb. diſcere licebit. Caluus, ut obiter moneam, obſcure hoc loco reddidit, Pari modo & febris, & labores: neq; enim ſimpliciter laborum hic fit mentio, ſed febrium quæ ex laboribus progignuntur. Ita paſsim perperàm cōuertendis Hippocratis ſententijs, ſuam in rebus medicis inſcitiam prodit. Debuiſſet certe homo rerum quæ ad medicum ſpectant imperitus, à tam obſcuris ſententijs interpretandis abſtinuiſſe. At quid non audet humana temeritas?*

Febres ex laboribus.

Cauſæ extrinſecæ bilioſas febres excitantes.

Calui uerſio notatur.

B

APHORISMVS X.

Abſceſſus raro admodum accidunt quibus rigores ſunt.

Et hæc haud aliter quàm præcedens ſententia ad præſagiendi ſcientiam ſpectat: nam rariſsime admodū ijs qui cum rigore febricitant, abſceſſus fieri docet. Cuius hæc ſiquidem cauſa eſt, quia in ijs febribus quæ cum rigore inuadunt, qualis eſt tertiana & quartana, bilis per membra ſenſilia ueloci motu delata, in acceſsionis remiſsione expurgatur, atq; adeò non tantæ humoris moleſtantis in corpore reliquiæ remanent, ut natura ad earundem excretionē abſceſſu deinceps opus habeat. Et hæc ſanè etiam in ſingulis acceſsionibus expurgatio in cauſa eſt, cur ad infebricitationem, ut ſic dicam, febres eiuſmodi
4.aph.63 *terminentur. Hinc non temerè in aphoriſmis Hippocrates dixit:* ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται. *hoc eſt: Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur. Quare quum in quotidiana febre nullus ſit rigor, nec in acceſſionū declinationibus integre pituita, quod lentus ac tenax in cōſiſtentia humor ſit, expurgetur, fit ut ſingulis diebus accendatur, nec ullam ferè intermiſsionem habeat. Cuius rei locuples teſtis eſt Galenus, qui libro ſecundo de diff. feb. cap. quarto, in hunc modum ſcribit:* ὁ δ' ἐπὶ φλέγματι πυρετὸς μηδὲ καθαίρεσθαι τελέως ἐν ταῖς παρακμαῖς τῶν παροξυσμῶν, μήτ' ὀλίγον ὑπολείπειν τὸ οἷον ἀποτυφόμενον. ἐνταῦθα ἄρα τότε διάλειμμα πολὺ

Quare in febribus rigorem habentibus abſceſſus non fiant.

Cur ad infebricitationem terminentur febres nō nullæ.

Cur pituita ſingulis diebus accendatur.

φαυλότερον αὐτῷ, καὶ τοῦ λοιποῦ παροξυσμοῦ πρωϊαίτερον ἡ εἰσβολή. C
id eſt: Quæ in pituita febris accenditur, in acceßionum remißionibus non integrè expurgatur, neq; parum eius quod ueluti ſuccendi uidetur relinquit. Hinc igitur eius intermißio longe deterior in ea, ac ſecundæ acceßionis inuaſio uelocior. Porrò cum pituita in quotidiana febre in acceßionum inclinationibus non expurgetur integrè, nihil mirum ſi natura ut reliquias eius humoris in uniuerſum excernat, abſceſſu opus habeat.

APHORISMVS XI.

Crurum effœminationes uel ante morbum, uel à morbo ſtatim iter facienti accidunt, eò q̃d fortè quid ex laboribus in articulos decũbit.

Hac ſententia Hippocrates rationem reddit, cur interdum crurum im-
Ratio imbecillitatis crurum. *becillitates accidant: nec certe aliam affert niſi eam, quod is cui eiuſmodi imbecillitates eueniunt, uel ante morbum, uel ſtatim à morbo iter fecerit, ut me-*
Labor quid iuxta Hippoc. *ritò propter labores, hoc eſt, uehementiores motus, nam ea in ſignificatione paßim hac dictione utitur Hippocrates, aliquid de humoribus morboſis in articulos decubuerit. Laboribus nanq; ipſis, ut qui ex pluribus motibus fiunt, propria ac peculiaris eſt articulorum caliditas. Quare nihil mirum ſi in illis ad articulos decumbat morbus, ut qui unà cũ muſculis laborauerint, atq; ultra modum concaluerint. Id certe quod etiam euenire ſolet iis qui à morbo* D
ſtatim iter faciunt, quod ſcilicet humores morbum facientes, non ſatis adhuc expurgati ſint, ſed quædam ex iis reliquiæ remanſerint, quas in uehementioribus illis motibus caliditas ad crura, utpote iam ex multo itinere imbecilliora, prouehit, atq; in iis interdum abſceſſum procreat: id quod dilucide admo-
4. aph. 32. *modum iis uerbis alibi teſtatur Hippocrates:* ὁκόσοισιν ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων ἤν τι πονέσῃ, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται. ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος. *quod eſt: Quibuſcunq; emergentibus ex morbis ſi qua corporis pars laborauerit, hic abſceſſus fiunt. Sed & ſi ante morbum pars aliqua laborauerit, hic morbus*
Cur dixerit, à morbo ſtatim. *firmatur. Non autem temerè dictum eſt ab Hippocrate, à morbo ſtatim: ſi enim multo poſt morbum tempore conualeſcens à morbo laborauerit, non eſt cur morbi reliquias in articulos decumbere expectes, quod fortè iampridem expurgatæ ſint. Cæterũ ut clarius enarratam iam Hippocratis ſententiam intelligant ſtudioſi, animaduertendum erit, quod effœminationem diximus,*
ἐκθήλωσις quid. *id quod Hippocrates* ἐκθήλωσιν, *quæ ſanè dictio nihil aliud illi ſignificat, Galeno lib. quinto aph. cõm. xvi. teſte, niſi* ἀτονίαν. εἴρηται γὰρ ἐκ μεταφορᾶς, ἐπειδὴ τὸ θῆλυ πολὺ ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ ἄρρενος. *id eſt, imbecillitatem. Dicta nanq; per translationẽ eſt, quod fœmina omnis mare*
ἐκθηλύνω. *debilior ſit. Quum itaq;* ἐκθηλύνω *Græcis nihil aliud ſit quàm effœmino,*

debilem

A debilem & mollem facio, per effœminationem etiam græcum uocabulum ἐκθήλυνσιν interpretari placuit, ut nimirum græcam metaphorã latina etiam aliqua uoce exprimeremus. Id quod eo maiori audacia facere conati ſumus, quod antea Leonicenum uirum præter inſignem eruditionem, etiam de re medica optime meritũ, apud Hippocratẽ loco iam citato, σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, carnium effœminationem reddidiſſe ſciebamus. Ex quibus ſatis liquet, Caluum ἐκθηλύνσεις perperàm emaciationem uertiſſe: latius enim eius dictionis ſignificatio patet, quàm ut ad eam debilitatẽ quæ, ut Galeni uerbis utar, cum ἀτροφίᾳ ἢ ἰσχνότητι, hoc eſt, tabe aut macie coniuncta eſt, contrahi poſſit. Neque ut ad eam tantum referatur, hæc Hippocratis uerba, eo quod fortè quid ex laboribus in articulos decubuit, permittunt: quæ ſanè plenitudinem potius quàm extenuationem, ſeu, ut Calui uerbo utar, emaciationem, in cauſa eſſe cur crurum debilitas accidat, indicãt. Quod dicimus, Galenus in enarratione huius ſententiæ iis uerbis cõfirmat: τὰς ἰσχνότητας οὐκ ἄν τις εὐλόγως ἀκούσειεν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς τὰς ἀσθενείας, αἵ τινες δύνανται καὶ χωρὶς ἰσχνότητος, ἤτοι ἐκλύτους τὰς ἐνεργείας ἐργάζεσθαι τῶν σκελῶν, ἢ καὶ τὰς ἀποστάσεις ὑποδέχεσθαι. hoc eſt: Non utiq; quis probabiliter macies inaudiat, uerum ſimpliciter debilitates, quæ quidẽ & abſq; macie actiones crurum fractas ac imbecilles efficere, aut etiã abſceſſus ſuſcipere poſſunt. Summa itaq; totius ſententiæ hæc eſt: Qui crurum debilitate corripiuntur, ii uel ante morbum, uel ſtatim à morbo iter faciendo nimium laborauerunt, uehementioriq; motu uſi ſunt, unde factũ eſt ut aliquid in articulos decubuerit. Conſultò quod in fine ſententiæ in nonnullis exemplaribus additur, διὸ αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλύνσιες, in noſtra uerſione omiſimus, quod nihil fermè ad ſenſus perfectionẽ conducat, imò potius obſit, adeò ut uel ab alio adiectũ eſſe, uel Hippocratẽ, quo rem diligentius inculcaret, data opera repetiſſe putẽ.

Calui uerſio perſtringitur.

Summa ſententiæ.

APHORISMVS XII.

Tubercula extra tumentia, acuta, eminentia, æqualiter commaturantia, haud circunquaq; dura, deorſum ſpectantia, nec bicipita meliora: contraria uero mala, & quanto magis contraria, tanto peiora.

Comparat inter ſeſe hac ſententia bona & mala, imò peßima tubercula Hippocrates, à contrario ex bonorum notis, mala æſtimans, ut paulò poſt uidere licebit. Primum omnium uero animaduertendum tubercula eſſe Latinis quæ hoc loco Hippocrati, aliisq; Græcis φύματα dicuntur. Sic autem, ut Galenus in explicatione eius ſententiæ ait: ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων οἱ ἄνθρωποι κεκλήκασι τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους, ὅσοι τοὐπίπαν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται. μάλιστα οὖν ὀνομάζουσιν οὕτω τὰ πρὸς ἐκτὸς τόπον ἐπαιρόμενα. *id eſt: Homines ab iis quæ in terra naſcuntur præter*

Tubercula.

φύματα.

naturam tumores uocauerunt, qui omnino ſine aliqua extrinſeca cauſa fiunt. Potiſſimum uero ſic nominant, quæ in exteriorem aliquem locum impelluntur C

Quæ tubercula meliora. ἐξοιδοῦντα. *tubercula. Inter illa autem præ cæteris meliora eſſe Hippocrates ait* ἐξοιδοῦντα, *hoc eſt, extra tumentia, & quæ non intra corpus latent, ſed incrementum ſuum ad exteriores potius corporis partes, quàm interiores faciũt. Rationem reddit Galenus lib. primo præſag. cõm. xliiij. ijs ſiquidẽ uerbis:* σπεύδει μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐκκρίνειν τὸ πῦον ἀπωθουμένη τῶν πεπονθότων σωμάτων, καὶ τυγχάνει τούτου πολλάκις, ὅταν εὐτυχήσῃ πόρων ἐπιτηδείων εἰς ἔκκρισιν, οἷον ὀχετῶν τινων· οὐ μὴν ἀεί γε τούτων ἐπιτυγχάνουσα, συνωθεῖ τὸ πῦον εἰς τὰς περικειμένας χώρας, καὶ ὅταν μικραὶ τυγχάνωσιν οὖσαι, ὑποδέρει τὸ περιέχον αὐτὰς σκέπασμα, τὴν δ᾽ ὑπ᾽ αὐτὸ χώραν εὐρύνουσα. δῆλον οὖν ὅτι τῶν οὕτω διαπυησάντων ἐπιεικέστερα ἐστὶν τὰ τὴν ῥοπὴν ἔξω καὶ οὐκ ἔσω ποιησάμενα. *id eſt: Etenim natura ſtudet pus de affecto corpore excernere expellendo, & ſæpius hoc aſſequitũr, quoties nacta fuerit idoneos ad excretionem meatus, ue luti quoſdam aquæductus. Cum uero non ſemper eos aſſecuta fuerit, pus in adiacentes compellit partes, quæ ubi exiguæ fuerint, erodit ambiens ipſas tegumentum, ſub eo ſedem amplificando. Conſtat igitur ſic quod ex ſuppurationibus mitior ſit, quæ foras, & non intrò tendit. Meliora etiam ſunt tubercula acuta & eminentia, quod à calidioribus ac tenuioribus humoribus* D *procreata ſint, & ob id citius ſuppurent. Quæ enim à craſſis, tenacibusq́; ac frigidis humoribus fiunt tubercula, ea lata ſunt, & non niſi longo tempore ac difficulter coquuntur. Sunt & hoc nomine acuta, ſeu com formulam referentia, eminentiaq́; & in ſublime elata tubercula meliora, quod robur foras expellentis facultatis indicant, & quod magnum locum corporis, quem erodunt, haud corrumpunt.*

1. Præſag. 44. *Hinc eſt quod in præſagijs etiam ſcribat:* ὁκόσα μὲν ἔξω ῥέπει, ἄριστά ἐστιν μικρά τε καὶ ὡς μάλιστα ἐκκλίνοντα ἔξω, καὶ ἐς ὀξὺ ἀποκυρτούμενα. τὰ δὲ μεγάλα τε ἐόντα καὶ πλατέα, καὶ ἥκιστα ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, κάκιστα. *quod eſt: Quæcunq; in exteriorem partem erumpunt, optima ſunt parua, & quæ maxime extra tendunt, & in acutum faſtigiata. Quæ uero magna & lata, minimeq́; in acutum ſublata ſunt, peſſima. E quibus manifeſtum fit, impudenter admodum hallucinatum eſſe*

Calui erratum. κορυφῶδες. ἀποκορυφῶδες *Caluum, quod* κορυφώδεα *hoc loci contrario ſanè ſenſu, plana uerterit, quum* κορυφῶδες *Græcis non planum, ſed eminens, excelſum, ſublatum, tumensq́; ſignificet. Eiuſdem etiam ſignificationis eſt* ἀποκορυφῶδες, *quod itidem faſtigium habens, & in altum ſublatum, ac eminens dicitur. Sic Galenus cõm. xx. part. ſecunda libri ſexti Epidemiorũ:* φύματα τὰ μὲν ἀποκορυφοῦντα εἰς ὀξύ. *hoc eſt: Tubercula in acutum elata, ex calidioribus humoribus*

A moribus eſſe prognata ſcribit. Mirum autem Caluum in tam apertis uocibus lapſum eſſe, imò magis mirum cur ſuam uerſionem tot mendis ac erroribus refertam, platonicisq́; numeris obſcuriorem, Germaniæ noſtræ obtrudere auſus ſit, niſi fortè Germanos adhuc in ſordibus degere, ac beſtias aut planè ſaxeos eſſe, nec græca intelligere ſibi perſuaſerit. Sed ad Hippocratē redeamus, qui inter alia, tubercula quoq; æqualiter commaturantia laudat: nec temerè quidem: quæ enim talia non ſunt, ſed una tantum parte ad ſuppurationem tendunt, & in reliquis omni ſuppuratione carent, hæc nō tantum diuturniora ſunt, uerumetiam difficilius curantur, quod pars ea quæ ſuppurationi obnoxia eſt, alijs remedijs indigeat, & item alijs quæ planè inſuperabilis eſt. Porrò ab Hippocrate commendantur etiam non circunquaq; dura tubercula, quæ ipſe μὴ περίσκληρα appellat. Sunt autem περίσκληρα, ut in commentarijs teſtatur Galenus, τὰ τὸ μέσον ἑαυτῶν ἔχοντα μαλακὸν καὶ εὐεκπυΐσκον, ὅσον δὲ ἐν κύκλῳ τούτου σκληρὸν καὶ δυσεκπύητον, ἢ ὅλως ἀνεκπύητον. id eſt: Quæ in medio eorum mollia ſunt & ad ſuppurationem tendunt, in ambitu uero dura & difficile ſuppurabilia, aut omnino inſuppurabilia exiſtunt. Mala uero ſunt, quod humores ad affectū membrum confluentes, naturā non poſſe ex æquo concoquere ſignificent. Præ

Aequaliter commaturantia.

Circunquaq; dura.

B terea inter bona tubercula ab Hippocrate etiam cōnumerantur κατάῤῥοπα, hæc ſunt, teſte in commentarijs Galeno, ὅσα ἐπὶ τὴν κάτω χώραν, τὴν κορυφὴν ἑαυτῶν ἴσχει ἐκπυήσεως. id eſt, quæ cacumen ſeu uerticem ſuppurationis ſuæ, in inferna parte obtinent. Bona uero exiſtunt, quoniam adapertā facilem effluxum habent. Vbi iterum notandus nobis Caluus uenit, eò quod κατάῤῥοπα non ſine magno errore ſimul coacta interpretatus eſt. Laudat poſt hæc Hippocrates tubercula non bicipita, quandoquidem ea quæ bicipita ſunt, medium ſine ſenſu, durum & inſuppurabile habeant, quod uirtus ſibi nequaquam unita & coniuncta, ſed hinc inde diſperſa ſit. Porrò mala ſunt omnia tubercula, quæ contrario ab ijs quæ iam diximus modo affecta ſunt, & quantum ab ijſdem forma, tantum etiam uiribus ac moribus diſtant. Proinde cum latitudinem quandam inter ſe contraria ſufficientem habeant, neceſſe eſt ut etiam aliquod illorum medium, ad quod referantur, exiſtat, à quo hoc quidem magis, illud uero minus diſcedat. Verbi gratia, tuberculum extra mediocriter tumens, mediocriter bonum eſt: magis uero bonum, quod magis foras tendit, optimū quod omnium maxime extra eminet. Sic quod intra corpus latet, eo quod foras tendit peius eſt, & quanto plus internas corporis partes occupat, tanto peius eſt. Pari ratione mediocriter molle, mediocriter bonum eſt, mollius longe melius, optimum quod molliſſimū. E regione durum malum exiſtit, durius multo peius, omnium peſſimū quod duriſſimū.

κατάῤῥοπα.

Caluus hallucinatur.

Bicipita.

Mala tubercula quæ.

Poteris ipſe reliquas oppoſitiones inſtar illarum tuo marte colligere, & il- C
larum rationes ex iam dictis uenari.

APHORISMVS XIII.

In autumno ferinum, cordis dolores, horridæ febres,& ab atra bile morbi accidunt.

Hippocrates in præſentia morbos autumno ut plurimum euenientes per cenſet: quos ut rectius perſcrutemur, animaduertendum per ferinum, ſeu ut θηριώδης. *Hippocrates loquitur,* θηριώδες, *uel inteſtinorum animalia, lumbricos uidelicet, ſiue teretes, ſiue latos, ſiue aſcarides: uel morbos illos quibus à feris nomina impoſita ſunt, ut eſt elephantia, cancer, & eiuſmodi: uel quicquid malignum eſt quod in corpore humano oritur, intelligi poſſe: metaphora* ἀπὸ τῶν θηρίων, *id eſt, à ferocioribus feris ac beſtijs ſumpta, quod eius generis morbi haud aliter quàm feræ illæ in corpus noſtrum ſæuiant. Vel à* θηριοῦμαι. *uerbo* θηριοῦσθαι, *quod Latinis eſt ferocire, & aſperius crudeliúsue ſæuire. In autumno nanq; ob fructuum multitudinem, quibus nõnulli abundanter replentur, malorum ac putridorum humorum copiam, ex quibus lumbrici procreantur, generari nihil mirum. Fieri quoq; poteſt ut ob atræ bilis abundantiam hoc tempore elephantia, cancer, & ijs ſimiles morbi hominem inuadant. Ad quæ, temperaturæ quæ eſt in autumno inæqualitas, haud parum facere* D *uidetur, adeò ut hoc nomine non tantum nominati iam morbi, ſed & tabes, ac* καρδιαλγία. *alij quidam generentur. Porrò in autumno etiam fiunt* καρδιαλγίαι, *hoc eſt cordis dolores. Per hos autem intellige morſus qui in ore uentriculi accidunt,* καρδία. *quod priſci Græci* καρδίαν, *id eſt cor nominauerunt. Cuius rei teſtis eſt Galenus lib. quinto de aff. lo. cap. quinto, in hunc modum ſcribens:* τὸ στόμα τῆς κοιλίας οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἀφ' ὧν ἐπιφέρει συμπτωμάτων, ὥς φασιν, οὕτω προσαγορεύσαντες. *quod eſt: Veteres os uentriculi cor nominabant, à ſymptωmatibus quæ inducit, hanc, ut aiunt, deducentes appellationẽ. Et part. quarta aphoriſ. cõm. lxv. ſic ſcribens:* ὅτι μὲν γὰρ οὐ μόνον τὸ σφύζον ἐξ ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν σπλάγχνον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἕν τι τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι καρδιαλγίαν τὰ τούτου τοῦ μέρους ἀλγήματα προσαγορεύουσι. *id eſt: Quòd nõ ſolum id uiſcus quod ſua natura pulſat, ſed etiam os uentriculi cor nominarunt antiqui, unum aliquod ex confeſſis apud omnes eſt: ſicuti etiam quod cordis dolorẽ, huius partis dolores appellant. In libro quoq; ſecundo de placitis Hippocratis & Platonis, ubi cũ illos qui morſu cor ipſum affici reuera exiſtimauerunt, longe errare docuiſſet, tum inter cætera ſic inquit:* οὐ μὴν οὐδ' ἡ καρδιαλγία τοὔνομα τὴν ἐν τῷ θώρακι περιεχομένην καρδίαν ὀδυνᾶσθαι δηλοῖ, ἀλλ' ἔστιν ὁμωνυμία τις, οὐδ' ἕνα λανθάνουσα τῶν ὡμιληκό

των ἀρ-

A τῶν ἀρχαίων γράμμασι, ὥσπερ γὰρ τὸ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνον, οὕτω καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καρδίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί, καὶ πάμπολύ γε τοὔνομα ἐστὶ παρ' αὐτοῖς. *quod eſt: Quinetiam neq; nomen hoc cordis dolor, cordis illius quod in thorace continetur, dolorem ſignificat: ſed æquiuocatio quædam ſubeſt, nemini qui modo ueterum lectioni ſit aſſuetus ignota. Eodem nanq; uocabulo & thoracis uiſcus, & uentriculi os cor appellarunt ueteres, & frequenter apud ipſos hoc nomen reperitur. Probat hoc ipſum ibidem Galenus aliquot ex Nicandro, Thucydide, & Hippocrate exemplis, quæ apud illum uidere licebit. Dicitur hoc morbi genus quo os uentriculi afficitur, alio nomine apud Hippocratẽ* καρδιωγμὸς*: teſtis eſt Galenus, qui quarto aph. cõm. xvij. ſic ſcribit:* ὁ δὲ καρδιωγμὸς δῆξις ἐστὶ καρδίας, τουτέστι τοῦ στόματος τῆς γαστρός. *quod eſt: Cardiogmos eſt cordis, hoc eſt, oris uentriculi morſus. Quare autem is autumno potiſſimum accidat, nulla alia ratio eſt, niſi quod ob eius inæqualitatem malignorum humorum os uentriculi mordicantium immenſa copia gignatur. Hinc eſt quod in ſecundo quoq; Epidemiωn libro ita ſcribat Hippocrates:* φθινοπώρου μάλιστα θηριώδεες καὶ ἡ καρδιαλγίη. *id eſt: In autumno potiſſimum ferinum, & cordis dolor accidit. Deniq; in autumno fieri etiam horrores par eſt. Nam* — καρδιωγμός. — Horrores.

B *cum in autumnali conſtitutione, quæ planè inæqualis eſt, ut in ea modo frigus, modo calor ſit, nihil mirum ſi horrore concutiantur homines. Et cum rodentium etiam humorũ confertim acrorum citatior motus horroris cauſa ſit, neceſſe eſt ut in autumno, in quo bilis, Hippocrate in libro de natura humana teſte, imperiũ corporis obtinet, eiusq; magna aceruatur copia, horror fiat. Verum cum in Hippocrate ſit* τὸ φρικῶδες, *quod proprie de febribus effertur, in quibus magnam acceſſionis partem horrores occupant, cõſultius eſt ut de febribus horridis hoc loco Hippocratem loqui dicamus: quæ quales ſint, Galenus libro ſecundo de diff. feb. cap. octauo ijs uerbis explicat:* φρικώδεις οὐχ ἁπλῶς τοὺς μετὰ φρίκης εἰσβάλλοντας, ἀλλ' ὅσοις τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ παροξυσμοῦ κατειλήφασιν αἱ φρίκαι εἶπεν. *quod eſt: Horridas febres non ſimpliciter quæ cum horrore inuadunt, ſed in quibuſcunq; magnam acceſſionis partem horrores aſſumunt. Et in cõm. ſuper primum ſtatum ſeu ordinem, ubi ad eum modum ſcribit:* μέμνηται δὲ πρῶτον μὲν αὐτοῦ τοῦ, φρικώδεες φησίν, ἦσαν οἱ πυρετοί. σημαίνει δὲ τοῦτ' αὐτὸ, τὸ μέχρι πλείστου τῆς ἀναβάσεώς τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ τὰς φρίκας γίνεσθαι τοῖς νοσοῦσιν. οὐ γὰρ δὴ τούς γε κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας φικώδεις γινομένους οὕτως ὠνόμαζεν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἐστι πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τῆς φρίκης ἐκτέταται σύμπτωμα. *id eſt: Meminit primũ eius quod ait, horridæ erant febres. Significat uero hoc ipſum, quod* — φρικῶδες. — Febres horridæ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ægrotantibus uſq; ad acceſſionis uocatæ plurimum aſcenſum ac incrementũ, G
horrores fiant. Neq; enim eas ſanè quæ inter initia acceſſionis horridæ fiunt
ſic nominauit, ſed in quibus ſymptωma horroris ut plurimum per uniuerſam
acceſſionem extenditur. Par autem eſt, ut ob temperaturæ inæqualitatem in
autumno non ſolum eiuſmodi, ſed etiam erraticæ, & quartanæ febres, pro-
3.aph.22. *pter atræ bilis abundantiam, fiant. Hinc eſt quod alibi quoq; dixerit:* τοῦ
φθινοπώρου καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλανῆτες. *hoc eſt: Autumno*
Morbi ab atra bile. *febres quartanæ, & erraticæ. Præterea cum in autumno atræ bilis quàm*
plurimum in corpore humano generetur, nihil mirum uideri debet, ſi tum ple-
raq; morborũ ex atra bile procreatorũ genera eueniant. Atq; hinc eſt quod
loco iam citato Hippocrates ſcribat, τοῦ φθινοπώρου καὶ τὰ μελαγχολικά.
In autumno uero magis quàm reliquis temporibus abundare atram bilem, te-
ſtatur etiam Hippocrates libro de natura humana, ſic inquiens: τὸ δὲ αἷμα
τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρὸν γάρ ἐστι τὸ φθι-
νόπωρον, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ,
τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. *id eſt: In autumno ſan-*
guinis minima pars in homine eſt. Siccus nanq; autumnus eſt, & hominem
iam refrigerare incipit. Atra uero bilis tunc quamplurima eſt & poten-
tiſſima. Hactenus Hippocrates. Quod autem omnia iam dicta morborum D
genera accidant in autumno, exemplo uxoris Eumenis dilucidum fit, quod
quarto Epidemiωn Hippocrates iis uerbis refert: τοῦ φθινοπώρου ἤμεσε
χολὴν μέλαιναν ἡ Εὐμένεος, καὶ οἱ φρικώδεες πυρετοὶ, καὶ καρδιαλγίαι χο-
λώδεες, καὶ τὸ ἑλμίνθιον. *quod eſt: Eumenis uxor uel filia autumno atram*
uomuit bilem, febres horridæ, cordis dolores bilioſi, ac lumbrici fiebant.

APHORISMVS XIIII.

Circa initia acceſſiones contemplari oportet, idq; in omni morbo,
ueluti in anni occaſu exacerbari. Et ſi annus in occaſus naturam ten-
dit, tum aſcarides fiunt.

Videtur hac ſententia nihil aliud monere Hippocrates, niſi ut medicus
accurata diligentia tempus in quo morbus primum cœpit perſcrutetur, idq;
non tantum in febribus, ſed omnibus etiam aliis morbis. Multa ſiquidem &
Ex tẽpore inuaſionis morbi uaria cognoſcit medicus *uaria admodum ſunt, quæ ex ipſo tempore dum primum inuaſit morbus, me-*
dicus cõiectare poteſt. Primũ enim omnium ſi morbus eſt febris ardens, &
in æſtate cœpit, nõ multum periculi inde timendũ erit, quod is morbus æſtati
3.aph.21. *ſit peculiaris, ut teſtatur in aphoriſmis Hippocrates, dicens:* τοῦ θέρεος
πυρετοὶ ξυνεχέες καὶ καῦσοι. *id eſt: Aeſtate febres continuæ & ar-*
dentes fiunt. Quod ſi uero hyberno tempore cœpit, uehemens certe diſpoſitio
in cauſa fuit, ut febris ardens in hyeme fieret: neq; enim ab initio facta fuiſſet,

ni cauſa

A *in cauſa potentior, temporis contrarietatem ſuperaſſet. Citius itaq; tum pe-
riclitabitur æger. Neq; enim temerè alibi dixit Hippocrates,* ἐν τῇσι νού- 2.aph.34.
σοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦ-
σος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη. *quod eſt: In morbis minus periclitantur,
quorum naturæ & tempori morbus magis conuenit, quàm quibus non con-
uenit. Quod ſi autem in calidiori temporis cõſtitutione exoriatur ardens fe-
bris, & iam inſtiterit hyems, non parũ iuuari hanc ipſam ab ambientis quæ
in hyeme futura eſt frigiditate pronunciabit medicus. In febribus certe ideo
quo tempore acceſſiones cœperint, contemplari oportet: quia ſi tempus anni
quo cœperunt æſtiuum fuerit, tum tertianam fore eam febrem coniectandum
erit. Sin autumno ſuum initium fecerit, quartanam potius eſſe putandum. Si
uero hybernum ſit, quotidianam. Vt plurimum nanq; accidit ut ſuo quæuis
tempore febris homines inuadat. Hinc eſt quod Galenus libro primo de cu-
ratione ad Glauconem, ſemper inter febrium notas temporis mentionem fa-
ciat, æſtiuum tertianæ, autumnale quartanæ, hybernũ quotidianæ peculiare
eſſe dicens. Proinde haud temerè in aphoriſmis ſcribit Hippocrates:* τοὺς 2.aph.12
παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος. *id eſt:
Acceſſiones & conſtitutiones anni tempora indicabunt. Porrò proſpicere*
B *num hyeme, aut uere, uel æſtate, uel autumno febris initium ſuum fecerit, ad
id maxime conducit, ut cognoſcamus, id quod alibi nos etiam Hippocrates
docuit, quod* οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθι- 2.aph.25.
νοπωροὶ μακροί, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. *hoc eſt:
Aeſtiuæ quartanæ magna ex parte breues ſunt, autumnales longæ, potiſſi
mum quæ hyemem attingunt. Tertiana itaq; febris, quum alioquin citò termi-
netur, citius tamen æſtate quàm hyeme. Addit enim ſingulis alijs quoq; mor* Aeſtas omnibus
bis æſtas celeritatem, hyems autem tarditatem, quod ſcilicet æſtate & diſ- morbis celeritatẽ
cuti humores, & uires diſſolui contingat: hyeme uero humores intus rema- addit.
*neant, ueluti latibulis incubantes, & uires ſeruentur ualidæ. Neq; igitur
morbi ſoluuntur manentibus his qui eos efficiunt humoribus, neque ægroti
moriuntur, uiribus interim ſufficientibus. Quod autem de anni temporibus
locutus hoc loco Hippocrates ſit, exemplũ quo utitur abunde monſtrat, dum
ait, ueluti in occaſu exacerbari, ſeu irritari, aut acceſſionem fieri, id enim* πα-
ροξύνεσθαι *Hippocrati eſt. Per occaſum nanq; autumnũ intelligit, ſimilitu* Occaſus:
dine ac porportione quadã partiũ totius anni ad partes diei naturalis. Ma- Partium anni ad
tutino enim diei tempori uer, meridiei æſtas, occaſui autumnus, nocti hyems partes diei colla-
aſſimilatur. Senſus itaq; eſt: Oportet medicum contemplari nõ tantum in fe- tio.
*bribus, uerumetiam omnibus reliquis morbis, quo primum cœperunt affli-
gere tempore, ueluti ſi in occaſu, hoc eſt autumno, hominem primum inuaſe-*

runt: nam inde multa nobis prædicere, ut iam oſtendimus, licebit. Cæterum ſi C
ad acceſſiones tantum febrium quiſpiam referre ſententiam uoluerit, tum ex
Acceſſio quid. *uniuerſali fecerit particularem. Conſultius itaq; erit ut per acceſſionem deterius tempus, quod in unoquoq; morbo à primo inſultu uſq; ad conſiſtendi tempus eſt, accipiamus. Inſuper non tantũ quo anni tempore incœperit morbus, uerumetiam totius anni conſtitutio & natura diligenter à medico inueſtiganda erit, num ſcilicet ueris, æſtatis, autumni, uel hyemis naturam ſequatur: nam tum ut plurimum eius temporis morbi, cuius ad naturam uergit totius anni conſtitutio, fieri ſolent. Hippocrates hoc loco de autumno duntaxat, ut qui maxime morbifer ſit, mentionem fecit, exemplo huius de omnibus alijs anni temporibus pronuncians. Si igitur annus in occaſum uergit, hoc eſt, ad autumni naturam accedit, & inæqualis fuerit, tum etiam autumnales*

Totius anni conſtitutio contemplanda.

3.aph.4. *morbos expectare oportet: id quod alibi etiam docet Hippocrates, dum ad eum ſcribit modum:* ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή. *id eſt: Quando in temporibus eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet. Meminit uero in hac ſententia aſcaridum tantum, ut quæ autumno magna ex parte accidunt, teſte Hippocrate, qui libro ſecundo Epidemiωn ita ſcribit:* αἱ ἀσκαρίδες δείλης. *quod eſt:* D
Aſcarides. *Aſcarides in occaſu fiunt. Cauſam ſuperiori diximus ſententia. Aſcarides uero, Galeno cõment. xxvi. lib. tertio aph. Aetio ſermone nono cap. xli. & Paulo lib. quarto cap. lviij. teſtibus, ſunt tenues quidam lumbrici qui in parte maxime inferiore craſſi inteſtini gignuntur, & plurimum apparent in iumentis male cibum concoquentibus. Tũ per aſcarides, reliquos quoq; autumnales morbos, ab Hippocrate præcedenti ſententia & in aphoriſmis enumeratos, intellige. Quod ad Caluũ illum Hippocratis, ſi dijs placet, interpretẽ attinet, ſcias hunc præſentem Hippocratis ſententiã ita uertiſſe, ut nec quid dicat ipſe, nec alij utcunq; ingenioſi intelligere poſſint. Connectit eam temerè cum ſuperiore, nec à ſequenti diſiungit, cum tamen cum illis nihil cõmune habeat. Ita uides quàm periculoſum ſit cuius temerè fidẽ habere interpreti. Cõſultius certe nullos prorſus eſſe interpretes, quàm tales, qualis paſſim fuiſſe Caluus ille deprehenditur. Græca itaq; conſulo diſcant quicunq; medicinam cum laude & dignitate, hominũq; cõmodo tractare deſiderant: ita enim efficient, ſibiq; cauebunt ne per oſcitantes ac indoctos interpretes decipi queant.*

Græca medicis diſcenda.

APHORISMVS XV.

Tuſſicula infantium cum uentris perturbatione, & febre continua, ſignificat bimeſtri poſt iudicationem, ut plurimũ uiceſimo die œdemata in articulis eſſe futura. Et ſi quidem ea quę è ſupernis in articulos

inferio-

A inferiores decubuerunt, infra umbilicum conſiſtant, bonum. Si uero ſupra, haud ſimiliter morbũ illum ſoluunt, niſi ſuppurauerit. Si qua autẽ illis in humeris ſuppurauerunt, tum talibus iuſto minora tenuioraq́; brachia faciunt. Soluet uero morbum & ulcuſculorum in inferioribus eruptio, ſi non fuerint rotunda & profunda, pernicioſa eñ ſunt, præſertim pueris. Soluet quoq; morbũ ſanguis ex naribus profluens, id quod in adultioribus magis accidit.

Hippocrates hoc loci de tuſsicula, quæ interdum infantes recens natos & fari nondum potentes, cum alui perturbatione, & febre continua inuadit, agit: eamq́; trifariam ut plurimum ſolui docet, nimirum aut per abſceſſus & œdemata, aut ulcerum eruptionem, aut ſanguinis ex naribus profluuium. Quod ad primum attinet, certiſſimum eſt infantibus tuſſiculam quæ uentris perturbationem, & febrem continuam ſibi iunctam habet, poſt iudicationem interdum per œdemata & abſceſſus in articulis factos finiri. Nam id oculis hiſce meis fieri non ſemel, ſed uerum atq; iterum conſpexi. Per œdemata uero, hoc loco generatim accepto uocabulo, quoſcunq; tumores præter naturam intellige. Incertum autem eſt quid per διμηνιαίῳ *dictionẽ intelligendum ſit. Quidam enim infantem eo die quo iudicatur morbus, à generatione eius ſupputando, duorum menſium ſeu bimeſtrem eſſe dicunt. Viginti autem dierum, ab eo quo cœpit ægrotare die. Alij uero, poſtquam puer iam duorum ſit menſium, morbum qui incœpit poſt uiginti dies iudicari dixerunt: ita ut morbus is non iudicetur hoc dierum numero, niſi iam bimeſtre tempus infantes attigerint. Quare ſi infantes nondum bimeſtres prædictus corripuerit morbus, tunc non in uiginti diebus ab inuaſione ſua iudicabitur, nec etiam fortè per abſceſſus, quod natura ac uirtus eorundem imbecillior ſit, quàm ut abſceſſum efficere poſſit. Vbi uero illud attigerint, tum in uiceſimo die, à morbi initio ſupputãdo, haud aliter quàm in pleriſq; alijs febribus, ut paulò poſt dicemus, morbus iudicabitur, & in articulis abſceſſus & œdemata fient. Et horum ſententiam nos ſecuti ſumus, quod idipſum quod aſſerunt, Hippocratis quoq; uerba, ſi quis ea rectè expendat, planè docere uideantur. Senſus itaq; is erit: Si infans tuſsicula cum uentris perturbatione, & febre cõtinua laborauerit, tum ubi bimeſtris iam fuerit, morbus in uiceſimo die iudicabitur, & abſceſſus in articulis futuri ſunt. Hoc tamen ex illorum numero eſt quæ non ſemper, ſed rariſsime accidunt, quare de illo nõ multum nos ſolicitos eſſe oportet, cum ſatis ſit ſcire morbum hunc infantium per œdemata & abſceſſus finiri. Quod ubi factum fuerit, tum diligenter admodum conſiderandum erit, num œdemata infra uel ſupra umbilicum fuerint. Si enim quæ è ſupernis in inferiores articulos decubuerunt, infra umbilicum conſiſtant, bonum. Præſtat*

Infantes.

Tuſsicula infantium trifariã ſoluitur.

Primo per abſceſſus.

Oedemata.

Διμηνιαίῳ.

B

Senſus.

Conſiderandum num infra uel ſupra umbilicũ abſceſſus fuerit.

enim in ijs partibus, utpote minus nobilibus, eſſe abſceſſus, quàm in nobilioribus, quales ſunt ſuperiores. Neceſſe eſt autem cum crudi atq; craſſi humores in infantibus abundent, nec cõcoqui à natura, nec per excretiones pelli extra corpus poſſint, ut in partem quandam ignobiliorem detrudantur, & abſceſſus naſcantur. Neq; enim crudis & craſſis humoribus natura aliter, niſi aut per concoctionem, teſte Galeno lib. tertio præſagiorum cõm. xxv. aut per abſceſſũ medetur. Hinc eſt quod in febribus etiam longis, ob copiã, uel craſſitudinem, uel frigiditatẽ humorũ generatis, in articulos aliquando ſuperuacua decumbant: id quod alibi etiam docet Hippocrates, ita ſcribens: ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐγγίνονται. *quod eſt: Quibus febres longæ, ijs tubercula in articulis, uel labores fiunt. Et in præſagijs dum inquit:* ὅτῳ ἂν τῶν πυρετῶν μηκύνῃ, περιεστηκότως διακειμένου τοῦ ἀνθρώπου, μήτε ὀδύνης ἐχούσης διὰ φλεγμονήν τινα, μήτε διὰ πρόφασιν ἄλλην μηδεμίαν ἐμφανέα, τουτέῳ προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματός τε καὶ ὀδύνης εἴς τι τῶν ἄρθρων, καὶ οὐχ ἧσσον ἐκ τῶν κάτω. μᾶλλον δὲ γίνονται καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ αἱ τοιαῦται ἀποστάσιες τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων. ὑποσκέπτεσθαι δὲ χρὴ εὐθέως τὰ περὶ τῆς ἀποστάσιος, ἢν εἴκοσιν ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἔχων ὑπερβάλλῃ. *hoc eſt: Quæcunq; febris prorogatur, conſtanter tamen homine ſe habente, neq; ob inflammationem, neq; ob ullam aliam occaſionem manifeſtam dolore detinente, huic abſceſſus cum tumore ac dolore ad unum aliquem ex articulis, & præcipue ijs qui inferioribus locis ſunt, expectandus erit. Magis uero & in minori tempore iunioribus ac nondum trigeſimum annum attingentibus, eiuſmodi abſceſſus fiunt. Statim autem attendere oportet ad abſceſſum, ſi febris uigeſimum diem tranſcendat. Hæc Hippocrates. Ex ijs uero dilucidum fit, uiceſimum diem in febribus eſſe ueluti terminũ iudicationis morbi per abſceſſus, ita ut pulchre hæc quadrent cum ijs quæ antea de infantibus diximus, nimirũ illis ubi bimeſtre iam tempus attigerint, abſceſſus etiam poſt uiceſimũ diem in articulis fieri. Erit itaq; initium tempus bimeſtre, finis uero annus triceſimus, adeò ut qui uel natu minores quàm bimeſtres, uel natu maiores quàm qui trigeſimum annum agunt, ijs minime in articulis abſceſſus eueniant. Porrò ut ad ſententiæ præſcriptæ explicationem redeamus, ſi abſceſſus in ijs partibus quæ ſupra umbilicum ſunt conſiſtant, haud ſimiliter, hoc eſt ſtatim, morbum ſoluunt: nam niſi œdemata illa antea ſuppurauerint, fieri nõ poteſt ut à morbo prorſus liberent. Hinc eſt quod in lib. ſecundo Epidemiωn ſectione prima dicat:* βηχώδεες ἀποστάσιες αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης, οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται. *id eſt: Abſceſſus poſt tuſſim euenientes, qui quidem in ijs quæ ſupra uentrem ſunt partibus fiunt, haud ſimiliter ad amuſſim liberant.*

Natura crudis humoribus ut medeatur.

4. aph. 44.

5. Præſag. 25. & ſeq.

Viceſimus dies ueluti terminus morbi per abſceſſum iudicandi.

Oedemata ſupra umbilicũ.

A rant. Deniq; ſi œdemata aliqua in humeris ſuppurauerint, tum talibus in quibus ſuppurantur brachia iuſto minora, & ſupra modum tenuia fiunt. Qui uero hoc ſymptomatis genere afficiuntur, Hippocrati γαλιάγκωνες dicuntur. Hinc in libro de articulis ait: ἀτὰρ καὶ οἷσιν ἔτι νηπίοισιν ἐοῦσι, κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος βαθεῖαι καὶ ὑπόβρυχιοι ἐκπυήσιες γίνονται, καὶ οὗτοι πάντες γαλιάγκωνες γίνονται. quod eſt: Verum & ijs qui adhuc infantes ſunt, ſuppurationes profundæ & ſubmerſæ iuxta initium brachij fiunt, & illi quidem omnes galiancones exiſtunt. Qui autem γαλιάγκωνες ſint, in libro de explicatione antiquarum dictionum Hippocratis, ijs uerbis docet Galenus: γαλιάγκωνες οἱ σμικρὸν μὲν καὶ ἄτροφον ἔχοντες τὸν βραχίονα, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀγκωδέστερα, ὥσπερ καὶ αἱ γαλαῖ. hoc eſt: Galiancones ſunt qui exiguum & iam tabeſcens brachiũ habent, ea tamen quæ circa cubitum ſunt, perinde atq; muſtelæ, tumidiora obtinent. Sic & in commentario libri περὶ ἄρθρων, ὅτι μικροὺς δὴ ἀνάγκης ἔχουσιν οὗτοι τοὺς βραχίονας εἰδέναι δεῖ. id eſt: Scire oportet, quod neceſſe ſit illos minora habere brachia. Sic autem dictos eſſe ἀπὸ τῆς πρὸς τὰς γαλᾶς ὁμοιότητος, hoc eſt, à ſimilitudine quam ad muſtelas obtinent, uериſimile eſt. Altero modo per ulcerum in inferioribus partibus eruptionẽ, morbum infantium, de quo Hippocrati in præſentiarum mentio fit, ſolui contingit. Vbi iterum conſiderandum, nõ temerè adiectum eſſe, in inferioribus: nam ſi in ſuperioribus corporis partibus eruperint, tum minime morbum ſoluunt, niſi noxam ſimul partibus illis attulerint. Neq; quorumuis etiam in infernis corporis partibus ulcerum eruptio morbum ſoluit: quia ſi rotunda & profunda fuerint, tunc pernicioſa erunt, adeoq; à morbo non prorſus liberabunt. Rotunda nanq;, eo quod labra illorum multum diſsident, nec glutinari facile poſſunt: profunda uero, quia ualenter ſiccari poſtulant, præſertim in infantibus, qui humidiori temperamento præditi ſunt, mala eſſe conſtat. Quum uero in omni ætate pernicioſa ſint, maxime tamen moleſta ſunt infantibus, ut qui neq; dolores, neq; curationes, neq; reliqua quæ difficulter ſanantur ferre poſſunt. Committere nõ potui, quin Calui uerſionem hoc loco notarem, qui ἔκθυσιν debacchationẽ, ſatis improprio uocabulo interpretari uoluit, cum tamẽ ἔκθυσις longe aliud ſit. Galeno nanq; in eius ſententiæ explicatione teſte, id eſt quod alio nomine dicitur ἐξόρμησις, quæ dictio Græcis eruptionem ſignificat. Nam ἐξορμᾶν erumpere eſt, quod etiam illis ἐκθύειν dicitur. Verum non hanc duntaxat dictionẽ non aſſecutus eſt Caluus, ſed multas etiam alias, ut dum γαλιάγκωνας, ancos uertit, ut meritò deprauator potius quàm interpres Hippocratis dici meruerit. Tertio morbus infantium, de quo hic nobis ſermo eſt, per ſanguinis ex naribus eruptionẽ ſol-

Margin notes: γαλιάγκωνες. — Secundo per ulcera iudicatur morbus. — Rotunda ulcerã. — Profunda. — ἔκθυσις. — ἐκθύειν. — Morbi iudicatio ex narium profluuio.

luitur. Cuius rei etiam teſtis eſt lib. ſecundo Epid. ſect. prima Hippocrates, ſic ſcribens: βηχώδεες ἀποστάσιες αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται. αἱμοῤῥαγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν ῥύονται πολλά. quod eſt: Abſceſſus poſt tuſsim accidentes, qui in ijs quæ ſupra uentrem ſunt partibus fiunt, non ſimiliter perfecte liberant. Sanguinis uero ex naribus profluuia abunde facta, ut plurimum liberant. Raro autem ſanguis infantibus ex naribus erũpit: ideo adiecit, magis id adultioribus, hoc eſt, ijs qui paulò plus ætatis contraxerunt, accidere: ſicut ſunt potiſsimũ qui duodecimum, aut tertiumdecimum annum agunt pueri, & iam ad pubertatis tempus accedunt. Teſtis Hippocrates, qui in aphoriſmis puerorum morbos recenſens, in hunc modum ſcribit: τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες. id eſt: His qui paulò adultiores ſunt, & ad pubertatem accedunt, febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis profluuia accidunt. Sanguinis uero profluuia ex naribus fiunt in tali ætate conſtitutis, quoniã hic humor in ea abundare incipit: non quod plus de eo generetur quàm prius, ſed quia nunc minus abſumitur ex ipſo, propterea quod augmentum minus eſt hac ætate quàm priore, ut ad corporis proportionẽ. Porrò, ut & id obiter moneamus, quod hic in infantium ſeu puerorum tuſsicula cum alui perturbatione, & febre continua, accidere pronunciauit, hoc idem in uehementi capitis quæ in febribus fit dolore contingere, alibi quoq; aſſerit, ubi ſic inquit: κεφαλῆς ὀδύναι ἰσχυραί τε C *ξυνεχέες ξὺν πυρετῷ, ἢν μέν τι τῶν θανατωδέων σημείων προσγίγνηται, ὀλέθριον κάρτα. εἰ δὲ ἄτερ τῶν τοιούτων σημείων ἡ ὀδύνη ὑπερβάλλοι εἴκοσιν ἡμέρας, ὅ τε πυρετὸς ἔχοι, ὑποσκέπτεσθαι χρὴ αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἄλλην τινὰ ἀπόστασιν, ἐς τὰ κάτω χωρία. ἕως ἂν δὲ καὶ ἡ ὀδύνη ᾖ νεαρά, προσδέχεσθαι χρὴ ὡσαύτως αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν, ἢ ἐκπύησιν. quod eſt: Capitis uehementes & cõtinui cum febre dolores, ſi quæ letalium notarum acceſſerit, admodum pernicioſi ſunt. Si uero ſine talibus ſignis dolor diem uigeſimum exceſſerit, & febris detineat, ſanguinis è naribus eruptionem, aut alium ad inferiores partes abſceſſum, expectare oportet. Contingit etiã cum dolor adhuc recens fuerit, ut ſimiliter ſanguinis è naribus eruptio, aut ſuppuratio expectanda ſit.*

D

APHORISMVS XVI.

Lachrymæ in acutis morbis male habentibus, ſi ultro promanauerint, bonum: ſin autem inuitis, malum.

σημειωτική. *Hæc Hippocratis ſententia ad σημειωτικὴν, hoc eſt, ad eam medicinæ partem quæ ex quibuſdam ſignis ac notis bonum aut malũ ægrotantibus prædicit, ſpectat. Docet namq; lachrymas oculorum interdum bonum, nonnunquam*

A *quam uero malum portendere ægrotanti. Malum ſanè, quando inuitis pro-* Inuitis.
fluxerint, hoc eſt, citra aliquam cauſam manifeſtam, nam tum cōtentiuæ fa-
cultatis debilitatem indicant. Nihil autem mali oſtendunt dum uolentibus, Volentibus.
& ob euidentem aliquam cauſam promanarint, ut fit ubi oculi ob proprium
atq; præcipuum aliquem affectum, ueluti lippitudinem, uel in palpebris aſpe
ritatem, uel fluxionem aliquam de capite decumbentem, uel tale aliquid, illa-
chrymant. Hinc eſt quod alibi etiam dixerit Hippocrates : οἱ μὲν ἑκόντες 4.Epidem.
δακρύουσι, οὐ κακόν, οἷσι δὲ ἀκουσίως προσρέει, κακόν. *id eſt : Quiſpon*
te illachrymant, nō malum: quibus uero nō ſponte lachrymæ promanauerint,
malum. Et in aphoriſmis : ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν 4.aph.52.
ἀρρωστίῃσι, κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ
προαίρεσιν, ἀτοπώτερον. *hoc eſt : Quibuſcunq; in febribus, aut alijs mor-*
bis oculi uolentibus illachrymant, nihil periculi eſt : quibus uero inuitis,
periculoſum. Proinde non ab re in præſagijs, ubi notas quæ in oculis appa-
rent ex profeſſo tractat, admonet, ut medicus diligenter admodum animad-
uertat, ἢ δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, *id eſt, num nolentes illachryment oculi.*
Nam ſi idipſum in acutis morbis in quibus ægri male habent contigerit, tum
mortem portendet, eo quod ob facultatis cōtentricis, ut diximus, debilitatem
B *fiat. Quapropter non temerè adiectum eſt ab Hippocrate, male habenti-*
bus: nam ſi bene ſe habuerint in acutis morbis ægrotantes, & lachrymæ etiā
præter uoluntatem profluxerint, nihil periculi timendum erit, ſed ſanguinis
potius ex naribus profluuium expectandum. Id quod euidentiſſime probant
ea quæ in primo Epidemiων ſtatu tertio ſcribit Hippocrates in hunc modū:
οἷσι ἐν πυρετοῖσι ὀξέσι μᾶλλον καυσώδεσιν ἀκούσια δάκρυα ἀπορρέει,
τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγίην προσδέχεσθαι, ἢν καὶ τὰ ἄλλα μὴ ὀλε-
θρίως ἔχωσιν· τοῖσι γε φλαύρως ἔχουσιν, οὐχ αἱμορραγίην, ἀλλὰ θάνα-
τον σημαίνει. *quod eſt : Quibus in acutis febribus, præſertim ardentibus,*
præter uoluntatē lachrymæ promanarint, his ſanguinis ex naribus eruptio
nem expectare oportet, idq; ſi alia ſe pernicioſe nō habuerint. In quibus uero
male habent, ijs non ſanguinis profluuiū, ſed mortem potius portendit. Quod Oculi præter uoluntatē illacbrymantes quid portendant.
autem oculi præter uoluntatem illacbrymantes, interdum ſanguinis ex nari-
bus eruptionē ſignificent, Galenus etiam libro tertio cap. ultimo de criſibus
ijs uerbis docet : τὰ δὲ τῶν αἱμορραγιῶν ἴδια, μαρμαρυγὲς μὲν ὅτι ξανθὸς
ὁ χυμός, ἀμβλυωγμὰ δὲ, ὅτι πολὺς ἀθρόως ἀναφερόμενος ἐμφράττει τὰς
ὁδοὺς τοῦ πνεύματος. οὕτω δὲ καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι τῷ πλήθει τοῦ ῥεύμα-
τος, ὥσπερ καὶ ταῖς ὀφθαλμίαις. *id eſt: Porpria uero ſigna profluuij ſan*
guinis; ſplendores quidem, quia humor flauus eſt. Hebetudo uero uiſus, quo
niam multus cōfertim elatus, meatus ſpiritus obſtruit. Sic autē et oculi illa

chrymant ob fluxus multitudinem, quemadmodum in inflammationibus oculorum accidit. Hæc ad præſentis ſententiæ enarrationem ſufficiunt. C

APHORISMVS XVII.

Quibus intenduntur palpebræ, malum. Nec minus malum ſi inſtar ſpumæ aridæ fuerint. Oculi deniq; hebetes, ſqualidi, intus rugoſi, immobiles, uix uertibiles, intus agitati, & quæcunq; alia ijs adſunt, malũ.

Ad præſagiendi artem & hæc Hippocratis ſententia ſpectat, nam ex quibuſdam oculorum palpebrarumq; notis, futurum paulò poſt ægrotantis
Palpebræ intentæ. *interitum prædicere docet. Si enim palpebræ nimium intenduntur, malum. Fit enim is affectus ob aliquam cauſam cõſumentem & corrumpentem partes quæ ſunt circa oculum: quicquid enim præter modum exiccatur, hoc etiam intenditur & conuellitur: id quod in chordis, & corrigijs exiccatis liquidò apparet. Nihil igitur mirum ſi ob immodicam ſiccitatem unde intenduntur, palpebræ malum homini portendant. Multo uero maius periculum imminebit,*
Velut ſpuma aridæ. *ubi uelut ſpuma aridæ apparuerint: hæ nanq; extremam ſiccitatem indicabũt. Quod hic ab Hippocrate de palpebris dictum eſt, idipſum in præſagijs*
1. Præſag. 10. *de cute quæ circa frontem eſt protulit, dum ſcilicet inter exitioſa quæ in facie apparent indicia, etiam* δέρμα τὸ περὶ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον, καὶ καρφαλέον, *hoc eſt, cutem circa frontem duram, intentam & aridam, recenſet. Et certe quod hoc loco* βλέφαρον περιτεταμένον, *id eſt,* D
1. Præſag. 15. *palpebram intentam uocat, hoc in præſagijs* βλέφαρον καμπύλον *nominat, dum ad eum modum ſcribit:* ἢν δὲ καμπύλον γένηται, ἢ πελιόν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, μετά τινος τῶν ἄλλων σημείων, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. *quod eſt: Si palpebra peruertitur, aut liuida, aut pallida eſt, cum aliquo reliquorum ſignorum, ægrum morti proximum eſſe ſciendum eſt. Aridas uero*
Aridæ palpebræ inſtar ſpumæ quæ. *inſtar ſpumæ palpebras tum fieri putato, ubi modica humiditas oculis excidens, iuxta illos ob extremam ſiccitatem deinceps exiccatur. Hallucinatur autem hic inſigniter Caluus, qui* βλέφαρον, *quod Græcis nihil aliud eſt quàm pellis oculum claudens atq; tegens, ſupercilium interpretatur, quod à Græcis proprio uocabulo* ὀφρύς *dicitur. Debebat certe nominis etymolo-*
Βλέφαρον. *gia hominem erroris monuiſſe, quod* βλέφαρον *dictum ſit quaſi* τοῦ βλεπτοῦ φᾶρος, *id eſt, oculi exterior tunica, ſeu indumentũ. Et pudor eſt in ijs etiam lapſum eſſe Caluum, quæ pueris & ijs qui uel à limine tantum græcas ſalutauerunt literas, notiſſima ſunt. Non eſt itaq; dubium, quin græcarum literarum & rerum præſertim medicarum planè imperitus fuerit Caluus, & ob id meritò ab Hippocrate, quo haud difficilior autor hodie extat, cõuertendo ſibi cauere debuiſſet. Id ſi contigiſſet, certe nõ tam perdite multis & in Italia & in Germania bonis uiris ſua peruerſa interpretatione impoſuiſſet. Inſu-*

A *per ut ad inſtitutũ redeamus, malum eſſe etiam Hippocrates inquit ſi, oculi* Oculi hebetes.
hebetes, hoc eſt, obſcurè uidentes, obtuſi, caliginoſi, aut parum proſpicientes fuerint: imbecillitatẽ nanq; & mortificationẽ uiſoriæ facultatis ſignificant. Hinc alibi dixit: ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἤδη ἀσθενέος 4. aph. 49.
ἐόντος, ὅτι ἂν τουτέων γίνηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος. *quod eſt: In febre non intermittente, ſi oculus non uideat, iam debili exiſtente ægro, quicquid horum accidat, mors proxima eſt. Ita in præſagijs quoq; inter oculorũ notas malum* 1. Præſag. 13.
eſſe inquit, ἢν τὴν αὐγὴν φεύγωσιν, *hoc eſt, ſi lumen refugiant. Malum etiam portendunt oculi ſqualidi, nam ij extremam ſiccitatem ſignificant. Squa* Oculi ſqualidi.
lidos autem eos, qui citra ſpumam aridi ſunt intelligit. Sic in præſagijs ubi ſuprà malum eſſe ait, ſi ὄψιες αὐχμώδεαι, *id eſt, aſpectus ſqualidus fuerit. Non minus malum ſignificant oculi intus rugoſi: nam tales ob imbecillitatem* Oculi intus rugoſi.
& frigiditatem fiunt, quando membrana muſculis oculum mouentibus adnata, & ad uerticem uſq; protenſa, languida fit. Sic in ualde etiam ſenibus, quorum oculi intus rugantur, accidere uidemus. Malum portenduut etiam oculi πεπηγότες, *hoc eſt, ut Galenus interpretatur,* ἀκίνητοι, *id eſt, im-* Oculi immobiles.
mobiles, & uix uertibiles: neq; enim immodicam tantum ſiccitatem, uehementemq; refrigerationem, ſed motoriæ quæ in muſculis eſt facultatis, abſolu-
B *tam & perfectam mortificationem præ ſe ferunt. Quod alibi etiam ijs uerbis Hippocrates innuere uoluit:* ὄμμα ἀμαυρούμενον φλαυρόν. καὶ τὸ πε- lib. 1. Prænot.
πηγὸς, καὶ ἀχλυῶδες κακόν. *hoc eſt: Oculi hebetes, pernicioſum: immobiles & caliginoſi, malum portendunt. Porrò oculi intus agitati, quia deli-* Oculi intus agitati.
rium aut tremorem eorum qui oculum mouent muſculorum indicant, meritò etiam ab Hippocrate inter pernicioſa ſigna numerantur. Delirium nanq; ex indigentia, periculo maximo non uacat. Tremor quoq; ob ariditatem opificiorum, incurabilis eſt. Annotandum uero hoc loco erit, quod Hippocrates eos quos hic ἐνδεδινημένους, *hoc eſt, intus agitatos oculos uocat, in præ* 1. Præſag. 13.
ſagijs ἐναιωρουμένους, *id eſt, Galeno interprete,* ἀστηρίκτους καὶ κινουμένους διαπαντὸς, *hoc eſt, inſtabiles & frequenter ſubinde commotos, appellet: ita ut oculi intus agitati, ſint qui frequenter mouentur & uertuntur, & planè contrarij ijs quos paulò ante* πεπηγότας *nominauit. Quod in fine addit, & quæcunq; alia ijs adſunt, eum ſenſum habet: Quæcunq; alia indicia oculorum, quæ iam dictis adſunt, qualia ſunt ea quæ Hippocrates in præſa-* Ibid.
gijs recenſet, mala ſunt. Quæ uero ab eo numerantur, hæc ſunt: Si lumen refugiunt, aut nolentes illachrymant, aut peruertuntur, aut alter altero minor fit, aut alba rubea appareant, aut liuidæ aut nigræ quæ in ijs ſunt uenulæ fuerint, aut lippitudines circa oculos, aut frequenter moti apparuerint, aut tumidi, aut admodum caui fuerint &c.

APHORISMVS XVIII. C

Febrium hæ quidem manu ſunt mordaces, illæ uero mites. Quædam non mordaces ſunt, increſcentes tamen. Aliæ acutæ quidem, at ab ipſa manu deuictæ. Nonnullæ confeſtim exardentes, quædā ſemper debiles atq; ſiccæ. Aliæ ſalſæ, nonnullę inflatæ, aſpectu terribiles, aliquæ ad manum humidæ, aliæ admodum rubicundæ, quædam prępallidæ, aliæ liuidæ, & alia huiuſmodi.

Hippocrates hoc loco ſcita quadam breuitate febriū differentias tradit, eas præſertim quæ à medico per tactum & aſpectum euidenter deprehenduntur. Primum autem eas quæ ſecundum propriam eſſentiam febrium ſunt differentias deſcribit. Deinceps eas quæ ſecundum colorem ſunt tradit.

Subſtantia febrium. *Quantū ad eas attinet differentias quæ ab ipſius febris ſubſtantia ſumuntur, ſciendum primum, non tantum ſecundum Hippocratem, optimosq; alios medicos, ſed communem etiam omnium hominum intelligentiam, ſubſtantiam febrium eſſe præter naturam calorem in totum animal diffuſum. Proinde primæ & propriſſimæ febrium differentiæ erunt, quæ à calore ſumuntur.*

Differentiæ à calore ſumptæ. *Caloris autem differentias ab eo quod magis & minus, à modo motus caloris, & à materia in qua calor præter naturam accenditur, Hippocratis exemplo colligere licebit. Ab eo quod magis & minus colligimus, ubi tangentes febricitantiū corpora experimur, num calor maior, hoc eſt, acris & mordax, aut minor, id eſt, mediocris, ſeu mitior, mediocriterúe moleſtus fuerit.* D

Calor maior. Minor. *Nam ubi uehemens fuerit, tum manum admotam, nimio caloris ſenſu ueluti mordebit. Sin minor nec admodū uehemens fuerit, tum mitis, hoc eſt, minus moleſtus, & manum minime demordens apparebit. Et id eſt quod Hippocrates ijs uerbis protulit: Febriū hæ quidem manu mordaces, illæ uero mites.*

Mites febres quæ. *Mites uero febres non ita dici intelligas, quaſi ſuaue quid & naturæ iucundum habeant, ſed quod minus ijs quæ uehementes ſunt, moleſtæ ſint, & quod comparatione ad eas quæ uehementem moleſtiam adferunt, ferme nihil moleſtiæ habere uideantur. Sic ſæpius in alijs locis Hippocrates id quod ſemper malum eſt, bonum uocat, non quod per ſe bonum exiſtat, ſed quia collatione ad id quod malum eſt, melius ſit.*

Diefferentiæ à motu caloris. *Alteram differentiam à motu caloris præter naturam deſumptam, ita colligemus. Febriū quædam tales ſunt, ut ad primam manus iniectionem minime mordaces appareant, increſcit tamen earundem nonnihil mordacitas ſi manum diutius impoſitā continueris, hoc eſt, mordacem efficiunt in tactu ſenſationem. Et huiuſcemodi ſunt febres, quæ ex pituitæ putredine oriuntur. Teſtis eſt Galenus, qui lib. ſecundo de diffe. feb. cap. nono in hunc modum ſcribit:* ὅταν κατὰ μὲν τὴν πρώτην ἐπιβολὴν ἀτμῶδές τι μᾶλλον ἢ δριμὺ φαίνεται, χρονιζόντων δὲ κατὰ βραχὺ προσγίνεται τὸ δα-

A τὸ δακνῶδες αὐτῷ, καὶ μάλιστα ἀνώμαλον ὡς διὰ ἠθμοῦ τινος ἢ κοσκίνου διηθεῖσθαι δοκοῦντος, ἐκ φλέγματος σηπομένου τὸν τοιοῦτον πυρετὸν ἴσθι γινόμενον. id eſt: Quum ad primam manus admotionem uaporoſum quoddam potius quàm acre appareat, ſed poſt moram paulatim fit mordax, & maxime inæquale, ut per colatorium aut cribrum percolari uideatur, ex pituita putrefacta hanc febrem genitam cognoſcas. His planè cõtrariæ ſunt quæ primum admota manu acutæ eſſe ſentiuntur, at paulò poſt deficiunt, & à manu deuincuntur. Acutas autem intelligas hoc loco Hippocratem uocare eas quæ mox manui obuiantẽ calorem habent, uelocemq́; ac præcipitem ſuiipſius motionẽ demonſtrantẽ, atq; citò deinceps deficientem: ſimilitudine accepta ab alijs acutis morbis, quos ita nominamus, quod acres, celeresq́; ſint, & ſtatim ad finem perueniant. Tales ſunt tertianæ, teſte Paulo Aegineta, qui libro ſecundo cap. xviij. inter reliquas tertianæ notas ſic inquit: Et ſi manũ inijcis, primo quidem contactu calor copioſus & acris occurrit, ueluti cum uapore quodam erumpens, ſed paulò poſt à manu remanente uincitur. In hac etiam febrium differentiæ ſunt hæ quidem, quæ confeſtim admota manu exardentes exiſtunt, quod nimirum immodicum calorem, & non deficientem habeant. Quædam uero ſemper debiles atq; ſiccæ ſunt, quod in iis calor præter natu- Acutæ febres quæ.

B ram non admodum uehemens & ſiccus ſit, ueluti ſi lapidem calefactum quiſpiam contingeret. Sub hoc genere continentur etiam febres ſalſæ dictæ, quæ quidem nõ ad guſtum, ſed potius tactum referendæ ſunt, ut ſint uidelicet quæ tangentibus ueluti pruritum in manibus facere uidentur, perinde atq; à ſale, & alijs corporibus ſalſis, ſi contrectentur, fieri cernimus. Tertia differentia quæ à materia in qua calor præter naturã accenditur, ita colligitur. In febribus uel ſola aerea ſubſtantia ſpiritusúe, uel corpora etiam ſolida, uel humores præter naturam incaluerunt. Si ſpiritus tantum incaluerint, tum febres fiunt quæ hoc loco πεμφιγώδεις, hoc eſt, inflatæ, ab Hippocrate dicuntur. Id autem ſignificare hanc dictionẽ teſtatur Galenus in cõmentarijs, & in libro de expoſitione antiquarũ dictionum Hippocratis, ubi πνευματώδεις hanc uocem denotare ſcribit. Sic autem dictæ ſunt, quod manus in iis aliquem ad ipſas flatũ ſeu aereum defluxũ ſurſum ferri ſentiant. Si uero ſolida incaleſcunt corpora, tum certe febres hæ procreãtur quæ hecticæ nominantur. Quum autem in iis febribus calor non in ſpiritibus & humoribus ſolũ, ſed partibus etiam ſolidis conſiſtat, fit ut totius corporis conſumptio ſequatur, adeò ut tandem præter oſſa & cutem nihil reliquum ſit. Et correpti hoc genere febris, aſpectu terribiles euadũt: præterea caſu hac febre laborantes homines nobis obuiãtes, terribiles eſſe uiſu dicere ſolemus. Rectiſsime itaq; hoc loco per aſpectu terribiles, hecticas intelligemus febres, quicquid alij de Salſæ febres. A materia in qua calor accenditur differentia. Inflatæ cur dictæ. Aſpectu terribiles.

febribus in quibus puſtulæ & ulcera fiunt, nugati ſint. Quod ſi uero in humoribus calor accendatur, tum uariæ iuxta humoris diuerſitatē febres fieri ſolent, tertianæ nimirum, quartanæ, & huiuſmodi. Et has per hæc uerba, ad manum humidæ, intelligere uoluit Hippocrates. Nam in iis omnibus, humida ac uaporoſa quædam caliditas manu admota ſentitur, quæ certe iuxta humoris diuerſitatem iam mordax, & acris, iam uero mitis ac minus moleſta eſſe apparet. Quod confirmat etiam Galenus, qui lib. ſecundo cap. nono de diffe. feb. ita ſcribit: καὶ τοίνυν καὶ οἱ πυρετοὶ κατὰ τὰς τῶν χυμῶν ἰδέας εἰς οὓς μεταβάλλει τὸ αἷμα συνίστανται, μόνῳ τῷ κακοήθει καὶ ὁ κακοήθει διαλλάττοντες. ἁπλούστεροι μὲν οἱ ἐπὶ τῇ τοῦ αἵματος μεταβολῇ, τά τ' ἄλλα, καὶ τῷ πρᾴῳ τῆς θερμασίας. εἰ γὰρ ὅτι μάλιστα πάμπολλυ φαίνοιτο κατὰ τὴν ἐπιβολὴν τῆς χειρὸς, ἀλλὰ πραεῖά γε πάντως ἐστὶν, ὥσπερ ἡ μετὰ τὰ βαλανεῖα. τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἀεὶ τῆς πυρετώδους θερμασίας, ἐν τῷ πλήθει κεῖται τῆς ἀποῤῥοῆς. τὸ δὲ ἀνιαρὸν ὡς πρὸς τὴν ἐπιβαλλομένην ἔξωθεν χεῖρα, κατὰ τὴν τοῦ χυμοῦ δριμύτητα. καί σοι τοῦτ' ἔστω μέγιστον γνώρισμα τοῦ τὸν πυρετὸν ἐργαζομένου χυμοῦ, λέγω δὴ τὸ κατὰ τὴν ποιότητα τῆς θερμασίας. ἡ μὲν γὰρ ἀτμωδεστέρα τε καὶ ἀλυποτέρα τοῦ αἵματός ἐστιν. αἱ δ' ἀνιαραὶ καὶ διαβρωτικαὶ καὶ δακνώδεις, ἐπὶ ταῖς χολαῖς συνίστανται. *id eſt: Et ſanè pro uarietate humorum in quos tranſmutatur ſanguis, febres* D *conſiſtent, ſola malitia & bonitate differentes. Illæ enim quæ in ſanguinis tranſmutatione fiunt, tum in reliquis, tum in caloris mitiori qualitate ſimpliciores ſunt. Nam & ſi maximus manu admota apparuerit calor, omnino tamen mitis eſt, ſicut is qui balnea conſequitur. Semper enim febrilis caloris copia, in multitudine ſucci defluentis ſita eſt. Quod uero manui extrinſecus admotæ moleſtum eſt, ab acrimonia humoris prouenit. Et hoc tibi maximū humoris febrem efficientis indicium ſit, qualitas nimirū caloris. Quæ enim magis uaporoſa & minus moleſta, ex ſanguine exiſtit: quæ uero moleſtæ & erodentes atq; mordaces ſunt, in utraq; bile conſiſtunt. Hactenus Galenus. Triplex itaq; genus febrium ordine Hippocrates deſcribere uidetur, unum cuius ſpiritum, alterum cuius ſolidas corporis partes, & tertium cuius humores materiam eſſe ſtatuit. Verū abſolutis iam primis ac maxime propriis quæ à ſubſtantia febrium ſumuntur differentiis, deinceps ad eas quæ à colore accipiuntur ſe transfert, & inquit: Aliæ admodum rubicundæ, quædam præpallidæ, hæ uero liuidæ. Vbi ſanè conſiderandum, non temerè Hippocratem dixiſſe, ualde rubicundas, & ualde pallidas: & non ſimpliciter, rubicundas atq; pallidas, quemadmodum liuidas: eo enim ipſo innuere uoluit, liuidas ſemper malas eſſe, pallidas autem & rubicundas non item. Liuidæ nanque non ſolum ſanguinis, uerumetiā natiui caloris defectum ſignificant, ut hoc nomine*

Differentiæ febrium à colore.

Liuidæ febres.

C

A mine omnium pernicioſiſſimæ ſint habendæ. Proinde ut liuidus color ſemper malignus eſt & exitium portendit, ita rubicundus ac pallidus conſuetus familiarisq́; eſt, et minime nocens, niſi nimius exceſſus in eo fuerit. Hinc febres tantum ἐξερύθρους, id eſt, impenſe rubras, quod immodicum calorem, ſanguinemq́; copioſum indicant, damnat, haud aliter quàm ἐξώχρους, hoc eſt, impendiò pallidas, quod ſcilicet bilis flauæ multitudinem portendant. Quod in fine adiectum eſt, hunc ſenſum habet. Sunt adhuc plures, præter iam memoratas & à colore deſumptas, febrium accidentales differentiæ, utpote quod hæ ſunt continuæ, illæ intermittentes: & intermittentium hæc tertiana, illa quotidiana, alia autem quartana &c. Hippocrates tamen hoc loci magis proprias & ab ipſa ſubſtantia febrium acceptas differentias narrare uoluit. ἐξέρυθροι. ἐξώχροι.

APHORISMVS XIX.

Diſtentiones corporis, durities articulorum, æger ipſe reſolutus, & diſtorſiones articulorum, malum.

Paulò ante ab oculorum notis futura prædicere Hippocrates docuit, hic uero à totius corporis habitu, ægri exitiũ cognoſci poſſe tradit, idq́; quatuor modis. Primo per corporis totius diſtẽtiones, quas ξυντάσιας Hippocrates nominat. Hallucinatur itaq; hoc loco Caluus, qui eam dictionẽ contabeſcen- ξυντάσις.
B tias ſignificare putat, quum euidentiſſimũ ſit ξυντάσιας nõ tantum propter inanitionem, uerumetiã plenitudinem ſeu repletionẽ fieri. Et idipſum etiam cõuulſio abunde mõſtrat, quæ non ſolum ex inanitione, uerumetiã repletione oritur, ueluti teſtatur alibi ijs uerbis Hippocrates: Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ 6.aph.39.
πληρώσιος, ἢ κενώσιος. Secundo per duritiẽ articulorũ, quæ certe fit ubi ob Durities articulorum.
immodicã ſiccitatẽ ita afficiuntur articuli membrorũ, ut ueluti duri & haud facile flexiles eſſe uideantur. Proinde animaduertendũ illud diſtentum dici Diſtentum.
proprie quod relaxato contrariũ eſt: durum uero quod molli aduerſatur. Di Durum.
ſtentio quidem interdum per propriũ affectum accidit, interdum autem per alienum, cum ſcilicet quæ diſtendũtur ab alijs trahuntur. De priore hic loquitur Hippoc. ea ſanè fit ob uehementẽ frigiditatem aut ſiccitatem, haud aliter quàm durities. Vtraq; ergo malum portendit, extremã uidelicet frigiditatem & ſiccitatẽ. Quum uero diſtentũ & durum ſemper malũ ſignificent, neceſſum eſt ut ijs cõtraria, relaxatũ ſcilicet & molle, bonum indicent. Hinc rectiſſime in præſagijs ſcripſiſſe Hippocratem conſtat, ita dicentem: κεκλι 1.Præſag.16.
μένον δὲ χρὴ καταλαμβάνεσθαι τὸν νοσέοντα ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἐπὶ τὸ πλευρὸν τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον καὶ τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντα, καὶ τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον. οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ὑγιαινόντων κατακλίνονται. quod eſt: Cubantem deprehendi ægrum à medico oportet in dextrũ ſiniſtrumúe latus, ac manus,

ceruicem, & crura paulum reducta habentem, atq; uniuerſum corpus molli- C
1.Præſag.17. *ter affectum: ita enim pleriq; ſanorum cubant. Et paulò poſt:* ὕπτιον δὲ
κεῖσθαι, καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὸν τράχηλον, καὶ τὰ σκέλεα ἐκτεταμένα
ἔχοντα, ἧσσον ἀγαθόν. *id eſt: Supinum uero cubare, manibus, ceruice, &*
2.Præſag.5. *cruribus extentis, minus bonum. Et rurſum:* ἄριστον δὲ καὶ ἅπαν τὸ σῶμα
θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν. *quod eſt: Optimum eſt uniuerſum corpus*
eſſe calidum & molle. E quibus ſanè ſententijs pulcherrima iſta mollis cum
duro, & diſtenti cum relaxato collatio innoteſcit, in qua alterum laudatur,
Aeger reſolutus. *alterum uero tanquam exitioſum damnatur. Tertio, ægri exitum non pro-*
cul eſſe ſcimus, dum ipſum planè reſolutum eſſe conſpexerimus: nam quod ſic
afficiatur, non contingit niſi propter facultatis muſculos mouentis imbecilli-
tatem. Vbi autem facultas illa muſculos mouens debilis fuerit, fieri haud
Reſoluta *poteſt, quin ægrorũ corpora reſoluta atq; languida eſſe appareant. Reſolu-*
corpora *ta itaq; corpora ſunt ea in quibus membra iam languida ſunt, nec ſecundũ deli*
berationem moueri poſſunt. Aggredienti nanq; moueri ſecundũ deſiderium,
grauitas partium conſpicua redditur: crurum quidem, dum ſurgere & ambu
lare, aut etiã omnino transferre ea cubando æger tentat. Pari modo manuũ,
dum capere aliquid ac dimittere, necnon transferre conatur. Simili ratione
ceruicis ac ſpinæ, dum cõmutare corporis habitum experitur. Hinc eſt quod D
2.Præſag.6. *in præſagijs dicat:* στρέφεσθαι δὲ χρὴ ῥηϊδίως τὸν ἀλγέοντα, καὶ ἐν τοῖσι
μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. εἰ δὲ βαρὺς ἐὼν φαίνοιτο, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα
καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰς πόδας, ἐπικινδυνότερόν ἐστιν. *hoc eſt: Oportet*
ut is qui dolore uexatur facile conuertatur, & in ſurgendo leuis ſit. Si uero
grauis eſſe et in reliquo corpore, & in manibus ac pedibus appareat, maius
Articulorũ *periculum eſt. Quarto, ægrotantis interitũ ex articulorũ diſtorſione, quam*
diſtorſio. *Hippocrates* παλίνκλασιν *uocat, prædicere licebit. Sunt enim* παλινκλάσιες
cõtorſiones, ſeu peruerſiones membrorũ, cum ſcilicet non ſuo, ſed peruerſo or
dine conſiſtunt. Aut cum diſtorquentur, eoq; modo inuertuntur, ut ex rectis
flexuoſa fiant, quemadmodũ in cõuulſione accidere cernimus. Quum itaq; hæ
in acutis morbis magnã ſiccitatem ſequantur, neceſſariò malum portendunt.
1.Præſag.2. *Ideoq; alibi etiam dixit:* θανατῶδες τὰ σκέλεα ὕπτιον κειμένου ξυγκεκαμ-
μένα εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα. *quod eſt: Exitioſum eſt ubi ei qui*
ſupinus iacet crura uehementer reducta contortáue & complicata ſint.

APHORISMVS XX.

Oculi ferocitas delirium ſignificat: eiuſdem quoq; ſine ordine mo-
tus & peruerſio malum.

Iterum ad oculi motus redit Hippocrates, ut nimirum ex ijs medicum fu-
tura prædicere doceat. Tres autem in uniuerſum hac ſententia recenſet, qua-
rum pri-

A *rum prima eſt oculi ferocitas, quam delirium paulò poſt futurum ſignificare* Oculi ferocitas.
tradit. Et id uerum eſſe uulgi etiã teſtimonio probatur. Nam nemo eſt qui
non de futura inſania pronunciet, ubi horrendum oculorum aſpectum con-
templatus fuerit. Vſus eſt autem hoc loco non omnibus noto uocabulo, ὄμ-
ματος θράσος παρακρουστικὸν *dicens. Metaphoricῶς nanq; ad animum*
tranſtulit, quod de corpore tantum proprie dici ſolet. Cum enim παρακρούω
Græcis idem ſit quod ebrius uacillo, aberrare facio, in errorẽ impello, Hip
pocrates hic ad animum transferens, παρακρουστικὸν *dixit id quod mentis*
uacillationem & delirium portendit. Videmus enim eos qui delirio capiun-
tur, planè animo, haud aliter quàm ebrios corpore, uacillare. Hinc etiam
factum quod παράκρουστος *Græcis ſtultus dictus ſit. Secunda oculorum* Oculi ſine ordi-
nota ex qua malum præſagire poterit medicus, eſt frequens ac ſine ordine ne motus.
motus, quem ἔῤῥιψιν *Hippocrates nominat:* ῥίπτω *enim Græcis, temerè* ῥίπτω.
nulloq; ordine huc atq; illuc ſpargo ſeu proiicio eſt. Proinde ἔῤῥιψις, *id eſt,*
crebra & ſine ordine motio, planè contrarium ferocitati ſymptωma exiſtit.
Quemadmodũ enim in hac immoti ſubinde manent oculi, ita in illa breui huc
atq; illuc mouentur. Perniciosſus uero eſt is frequens oculorum motus, eo
quod muſculorum oculi, cerebri affectiones primum ſentientium, tremorem,
B *quem neceſſariò paulò poſt inſania ſequitur, ſignificẽt. Et id eſt quod in præ*
ſagiis his uerbis innuere uoluit: ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι 1. Præſag. 32.
τούτοις ἐλπίς. *id eſt: Si enim crebro oculi moueantur, expectanda inſania*
eſt. Tertia oculorum nota, ex qua malum prædicere ægro licebit, eſt oculi di- Oculorum
ſtorſio. Hæc autem fit Galeno in commentariis teſte, ὅταν διαστρέφηται diſtorſio.
τὰ βλέφαρα, *hoc eſt, quando palpebræ peruertuntur. Mala uero eſt, eo*
quod tenſionem quandam conuulſificam, aut reſolutionem in altero ex muſcu-
lis oculos claudentibus adeſſe indicet. Hinc eſt quod in primo prænotionum
libro dixerit Hippocrates: ὄμματος κατάκλασις ἐν ὀξείᾳ κακόν. *quod eſt:*
Oculi peruerſio in acuto morbo malum. Et in præſagiis: ἢν δὲ καμπύλον 1. Præſag. 15.
γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα
θανάτου. *Id eſt: Si peruertitur, aut liuida, aut pallida*
fit palpebra, mortem propè eſſe ſciendũ eſt.

PARTICVLAE PRIMAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA SECVNDA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

Dilatare, conſtringere oportet hæc quidem, illa uero non. Humores hos ſanè expellere, illos ſiccare, alios generare, huic equidem, illi uero non.

Duæ primarũ indicationum differentiæ.

Nemo eſt qui neſciat, duas eſſe in uniuerſa medicina primarum indicationum differentias: quod ſecundum naturam ſe habet, cuſtodiam ſui indicante, et propterea quæ ſimilia ſui ſint poſtulante: quod præter naturam eſt, ſublationem ſui, eóque contraria requirente. Perit enim quidq; in contrariũ, & à cõtrario. Quum itaq; quodlibet quod à naturali habitu receßit, per ea quæ contraria uiribus ſint, in ſymmetriã & naturalem habitum uindicandum ſit, nõ temerè hoc loco Hippocrates cõmunißimum illud medendi præceptum, Contraria contrarijs curantur, tam diligenter inculcare conatur, dum aliquot curationum modos contrarijs cõuenientes affectibus recenſet dicens: Dilatare oportet ea quæ conſtricta ſunt, conſtringere uero ea quæ plus æquo dilatata & aperta ſunt. Contingit nanq; ut nonnunquam præter eam quæ ſecundum naturam eſt cõmoderationem conſtringantur aut dilatentur uaſorum, aliarumq; partium ora ſenſui obiecta, & quæ in profundo corporis latent, atq; etiam in cute: proinde ut contrarijs quibus idipſum accidit ſuccurramus, neceſſe eſt. Id quod fit ubi ea quæ arctata ſunt, mediocriter calidis aperimus ac dilatamus: quæ uero nimium aperta ſunt, frigidis conſtringimus & obturamus. Verbi gratia, ſi immodicum ſudorem ob plus iuſto apertos cutis meatus erumpere conſpexeris, eoſdem frigidis ac conſtringentibus medicamentis, potißimum ubi hinc uirtùtem diſſolutũ iri timueris, recludas. E regione ſi uſqueadeo meatus eſſe obſtructos cognoueris, ut nullo pacto ſudor elici queat, dilatantia ac detergentia medicamenta admoueas. Illud autem tibi perpetuò obſeruandum erit, ut eouſq; contrarium adhibeas, quoad particulam ad ſymmetriã & naturalem habitum perducas. Hi uero potißimum meatus aperiendi erunt, ad quos naturæ motum in ſuis euacuationibus cõmodè fieri animaduerterimus. Commode autem fit, ubi per loca uacuationi à natura deputata, inteſtina ſcilicet, uentriculum, ueſicam, uterum, cutem, palatum, & nares, ſuperuacua expurgare conatur: id quod alibi etiam monuit Hippocrates dicens: ἃ δεῖ ἄγειν ταύτῃ ἄγειν ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων. quod eſt: Quæ educere oportet, eô duci debent quô maxime natura tendit,

Contraria cõtrarijs curantur.

Quouſq; contrarium adhibendũ.

Qui meatus potißimũ aperiendi

1.aph.21.

A ra tendit, per conferentia nimirum loca. Quod ſi uero motus humoris noxij ac uitioſi ad inutilia fit loca, ut ſunt quæ ſuapte natura principatum aliquem in corpore habent, tum certe motum hunc medicus prohibere, atq; ad alia loca humores transferre debet. Natura enim eo tempore ueluti furijs agitata, haud recte motum ſuum inſtituit: quare opus habet medico tanquam miniſtro qui manus porrigat, atq; eam ad excretorios meatus dirigat, quos certe obſtructos ſi uiderit, aperire ſtudebit. Et hoc eſt quod ijs uerbis, Hæc quidem, ſcilicet dilatanda ſunt, illa uero nō, imò conſtringenda, innuere uoluit Hippocrates. Dein ad aliud ſe transferens ait, Humores hos expellere, illos ſiccare, alios autem generare conuenit. Expellere uero oportet illos qui redundant, & ſupra modum aucti ſunt, idq; uel uenæ ſectione, uel medicamentis purgantibus, uel clyſteribus, aut per uomitū, aut per urinā, ſudores, hæmorrhoidas, uterum, ſcarificationes, aut alia ijs ſimilia auxilia, & loca. Cernisq; hic denuò, contraria contrariorū eſſe remedia: nimirum uacuationē curare repletionē: id quod alibi etiam ſic ſcribens inſinuauit: ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γίνηται κένωσις ἰῆται, καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. id eſt: Quicunq; morbi ex repletione fiunt euacuatione curantur, & cæterorū contrarietas. Cæterum conuenit interdum humorem aliquem euacuare, at minime per remedia iam nominata, ſed per ea quæ extrinſecus admota, diſcutiēdi facultate prædita ſunt: id quod hoc loco ſiccare dixit, quaſi diſijcere ſeu diſpergere. Teſtis eſt in cōmentarijs Galenus, qui ξηρᾶναι idem quod διαφορεῖν, quod Latinis eſt diſcutere & diſpergere, ſignificare tradit. Ita διαφόρησις genus euacuationis Græcis eſt, quæ Latinis inſenſilis euaporatio, aut latens perſpiratio dicitur. Inſuper generare, quod Hippocrates αὐξῆναι dixit, Galenus autem γεννῆσαι interpretatus eſt, humores oportet deficientes. Nam diffluit interdum ſubſtantia, ideoq; ſimilem generare neceſſe eſt, adeò ut uideas uerum eſſe quod alibi dixit: ὁκόσα ἂν νοσήματα ἀπὸ κενώσιος γίνηται, πλησμονὴ ἰῆται. hoc eſt: Quicunq; morbi ex euacuatione fiunt, repletione curantur. Ideoq; medicina nihil aliud eſt niſi adiectio & ablatio. Ablatio ſuperantis, adiectio uero deficientis. Inducimus autem & generamus humores per ea quæ comedūtur & bibuntur, quorum omniū qualitates & quantitates atq; uires, ex Galeni de alimentis, & de cibis boni & mali ſucci libris diſcendæ ſunt. Et ut diligentius maioriq; ſtudio ea quæ iam dicta ſunt medicus expendat, quibusq; addendū aut detrahendū ſit perſcrutetur, in fine hæc uerba adiecit Hippocrates, Huic ſanè, illi uero nō. Quaſi diceret, cum morbus omnis aut ex plenitudine, aut defectu ſuccorum cōtingat, curabis diligenter, ut huic cui ex repletione totum corpus, aut particula aliqua ægrotat, humores expellas aut ſicces ſeu diſcutias: illi uero qui ex defectu potius

Quando cōſtringendum.

Qui humores expellendi.

2. aph. 22.

Quando ſiccandus humor.

B

διαφορεῖν.

διαφόρησις.

Humores quando generandi.

Humores quomodo inducantur.

male habet, minime: imò illi potius per alimenti inductionem humores generabis, qui in illorum qui defluxerunt locum ſuccedant. Perperã itaq; Caluus hoc loco, hac pro huic reddidit, nimirum ita totam ſubuertens ſententiã. Deniq; qualiter & quibus remedijs ſingula ab Hippocrate dicta fiant, non eſt præſentis inſtituti referre, quod capita tantum rerum hic attingat. Quod ſi tamen quiſpiam hæc ſcire deſiderat, is certe Galeni libros quos de curandi ratione conſcripſit adeat, & horum omnium copiam offendet.

APHORISMUS II.

Attenuare, impinguare oportet corpus, cutem, carnes, & alia, hæc quidem, illa uero non. Lenire, aſperum facere, obdurare, mollire, hæc equidẽ, illa autẽ minime. Exuſcitare, ſtupefacere, & alia quęcũq; talia.

Pergit Hippocrates in hac ſententia per alios quoſdã curationis modos demonſtrare, quod contraria contrariorum ſint remedia, ut ſcilicet uulgatum hoc, & in medicina tritum admodum theorema, animis medentium prorſus inculcet. Primum autem omnium corpus ſupra modum impinguatum attenuandum eſſe inquit. Quum enim uaſa ſupra modum tum ſint repleta, periculũ eſt ne rumpantur, aut calor natiuus ſuffocetur, aut extinguatur. Nam conſtat plures ob immodicam iſtam repletionem, & corporis obeſitatem, ſubita interijſſe morte. Oportet itaq; eiuſmodi corpora extenuare celeribus exercitationibus, & tenuante uictu, & id genus medicamentis, alijsq; modis, quos libro xiiij. thera. methodi, & libro ſexto de tuenda ualetudine Galenus percenſet. Eius rei exemplum etiam habes apud Hippocratem in aphoriſmis, ubi de bono athletarum habitu ſic ſcribit: ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραί, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀτρεμέουσιν οὐκ ἔτι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. *quod eſt: Habitus athletarum qui ad ſummum bonitatis deueniunt periculoſi, ubi in extremo conſtiterint. Neq; enim in eodem permanere, neq; quieſcere poſſunt. Quum uero nõ quieſcunt, neq; etiã in melius proficere poſſunt, reliquum eſt ut in deterius labantur. Horum igitur gratia bonum habitũ ſine mora ſoluere expedit, ut denuò refici corpus incipiat. Et aliud quoddam in quinto aphoriſmorum, de craßis mulieribus, quæ hoc nomine concipere nõ poſſunt, ubi in hunc modum ſcribit:* ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν ἐν τῇ γαστρί, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι οὐ κύουσιν. *id eſt: Quæcunq; præter naturam craſſæ non concipiunt utero, his uteri os omentum comprimit, & priuſquam extenuentur nõ concipiunt. Cæterum errauit hoc*

Impinguata attenuanda.

1.aph.3.

Aph.46.

D

A rauit hoc loco Caluus, quod τεῦχος dictionem uas interpretatus eſt. Nam τεῦχος.
etſi in ea ſignificatione interdum ab autoribus uſurpetur, tamen in hoc loco Hippocratis, corpus ſignificat, id quod Galenus etiam ijs uerbis in cōmentarijs abunde probat: τεῦχος μὲν ἀκουστέον νῦν ὅλον τὸ σῶμα. Porrò ut antea corpus plus iuſto impinguatum & obeſum extenuandū eſſe dixit, ita nunc quoq; id quod ſupra modum extenuatum eſt, impinguandum eſſe docet Extenuata impinguanda.
per cibum qui ſuccum efficiat craſſum, uinum pingue, frictionem mediocrem, & id genus alia remedia, quæ Galenus lib. ſexto de tuenda ualetudine, & lib. xiiij. ther. metho. tradit. Quod autem de uniuerſo corpore dictum eſt, id etiam de cute, carne, & alijs membris inaudiendū eſſe Hippocrates monet. Nam accidit ut interdum uel ſola caro, uel cutis intumeſcat, aut plus iuſto craßior fiat, atque tum remedijs ad hoc idoneis extenuanda erit. Præterea Leuitas quibus inducenda.
partibus ijs quæ ob id quod exaſperatæ ſunt naturalem amiſerunt habitum, leuitas naturalis inducenda erit. Veluti cum fauces, aut aſpera arteria ob acres cibos, aut ob ſcabiem cutis, aut ob biliosas excretiones aluus, exſperantur, tum medicamentis lenientibus, & quæ nulla mordacitate prædita ſunt, Aſperitas quibus inducenda.
curanda erunt. At quibus leuitas præter naturam ineſt, ijs aſperitas medicamentis quæ ſufficienter abſtergunt, & parū adſtringunt, Galeno cap.
B xcv. artis medicæ teſte, inducetur. Verbi gratia, ſi in mento aut capite leuitas exiſtat, & capilli decidant, medicamentis quæ capillos producunt obuiandū erit. Ita ſi in uētriculo uel inteſtinis lubrici ac pituitoſi humoris copia fuerit, abſtergentia & exaſperantia medicamenta propinemus, & per inferna injiciemus. Et hoc eſt quod ait, Lenire, aſperum facere oportet. De qua re plura leges in therapeuticis libris Galeni & aliorum. Deniq; cōtingit ut interdum aliqua plus æquo mollia exiſtant, aliqua autem ſupra modum indurata, quare hæc mollire oportet, illa uero indurare, id quod nonnunquā in toto corpore, nonnunquam uero in una tantum parte fieri ſolet. Sic quibus totius corporis habitus præter naturam mollis, tumidus, & aquoſus exiſtit, Mollia indurãda.
his certe dura frictione, exercitatione multa, medicamentisq; ſiccantibus, indurandus uenit. Id quod etiam faciendum erit, ubi una tantum corporis pars plus iuſto mollis fuerit, ueluti cum tibias mollities aliqua, aut tumor mollis occupauerit. E regione ſi qua nimium indurata ſunt, ea ſubinde mollire oportet. Sic lienem induratū per medicamenta mollientia, quæ μαλακτικὰ Græcis dicuntur, curare oportet. Sic interdum cicatrices iuſto plus duriores magis mollimus, perinde atq; alias corporis partes in quibus ſcirrhos, hoc eſt tumor durus innaſcitur. De qua re plura apud Galenū lib. xiiij. the. metho. leges. Quod ſequitur, Hæc quidē, illa uero minime, eundem cū priori ſenſum habet, nimirum quod hæc obdurare oporteat, illa uero non, & rurſus hæc Indurata mollire conuenit. Scirrhos.

mollire, illa uero non: nã quodlibet per ſuum contrariũ amouendũ erit. Inſuper C

Exuſcitare ſenſũ & motũ oportet *conuenit etiam ut interdum ſenſum & motum amiſſos exuſcitet medicus, id quod per calida medicamenta efficiet. Hinc eſt quod alibi ſcriptũ reliquerit:* ὁκόσα ὑπὸ ψύχεος θνήσκει, τουτέοισι τὸ θερμὸν φίλον. *id eſt: Quæcunque à frigore moriuntur, his calidum amicum. Hoc modo reſoluta membra, & lethargo correptos exuſcitare ſolemus. Quod ſi uero uehemens dolor ægrum*

Stupefaciendum quando. *moleſtauerit, tum ſtupefacientia medicamenta adhibere medicum conuenit, idque faciendum, Galeno lib. xij. thera. metho. teſte, ſi humores dolorem excitantes tenuis conſiſtentiæ, & calidi fuerint. Vbi uero craſſi glutinoſique humores erunt, alieniſſima ſunt quæ torporem inducunt, cauendusque magnopere in eiuſmodi affectibus eorum uſus eſt. Modum etiam in iis adhibendis ſeruemus oportet, ne ſi hunc exceſſerimus, corpus planè refrigeremus ac interi*

5. aph. 25. *mamus. Et hoc eſt quod in aphoriſmis dixit:* νάρκη δὲ μετρίη ὀδύνης λυτική. *quod eſt: Stupor mediocris dolorem ſoluit. Sequitur in contextu, Et alia quæcunque talia: quæ ſanè uerba hunc ſenſum habent. Inſtar iam dictorũ & alia curantur, nempe per contraria. Sic calida frigidis, frigida calidis, humida ſiccis, ſicca humidis, obſtructa aperientibus, quemadmodum in therapeutica methodo per ſingulas ſpecies edocuit Galenus.*

APHORISMVS III. D

Deriuare, obſecũdantia confeſtim reuellere, reſiſtentia uincere conuenit. Alium humorem nõ exeuntem educere, exeuntem uero coeffundere, & ſimile operari. Diſſimilia ſi ſurſum elata repunt, deorſum ſoluere expedit: & è regione, ueluti capitis diſſimilia purgatio, uenæque ſectio ſoluunt, quando haud temerè deducunt.

In hac ſententia modos curationum in humoribus Hippocrates præſcribit, primumque quo pacto humores qui ad loca non conferentia confluunt, auertendi ſint edocet. Deinceps qui humores uacuandi, & per quem locum monſtrat.

Bifariam humores auerti. *Quod ad primum attinet, animaduertendũ erit bifariam ſanguinem aliosque humores auerti, & ad alia loca deduci poſſe. Primum cum ad uicina transferuntur, quod Græcis* προχετεύειν, *Latinis autem deriuare dicitur. Altero modo quum ad contraria conuertuntur, quod Græci quidem* ἀντισπᾶν, *Latini uero reuellere uocant. Eſt itaque auerſio ueluti genus quoddam ad* προχέτευσις καὶ ἀντίσπασις, *hoc eſt, deriuationem & reuulſionem, id quod Galenus lib. quinto ther. metho. iis uerbis etiã teſtatur:* ἀποφέρεται δὲ καὶ ἀποστρέφεται τὸ αἷμα πρὸς ἕτερα μόρια προχετευόντων τε καὶ ἀντισπώντων. καὶ γὰρ καὶ ταῦθ' Ἱπποκράτους εὑρήματα, κοινὰ πάσης ἀμέτρου κενώσεως. προχετεύεται μὲν οὖν εἰς τοὺς πλησίον τόπους, ἀντισπᾶται δὲ εἰς τοὺς ἀντικειμένους, οἷον τῶν δι' ὑπερῴας κενουμένων,

διὰ ῥινῶν

A διὰ ῥινῶν μὲν ἡ παροχέτευσις, κάτω δὲ ἡ ἀντίσπασις. quod eſt: *Auertitur autē, atq; ad alia membra cōuertitur, tum deriuatione, tum reuulſione. Nam hæc quoq; Hippocratis inuenta ſunt, omnis ſcilicet immodicæ uacuationis cōmunia remedia. Deriuatur ſanè ad uicina loca, reuellitur autē ad contraria. Verbi gratia, Deriuatio eſt, quum id quod per palatū uacuatur, per nares* Deriuatio. *transfertur. Reuulſio uero, quum ad inferna. Ex quibus ſanè dilucidū fit deriuationem Hippocrati nihil aliud eſſe, niſi quando humor quiſpiā ut euacuetur indigens, nō ad eum locum ad quem tendere debet dirigitur: attamen non procul admodū à conueniente, neq; in eum qui maxime contrarius eſt: ueluti ſi ea quæ in ueſica ſunt, nō per urinā, ſed uentrem uacuantur: uel ſi quæ in inteſtinis male affectis ſunt, nō per uentrem, ſed urinam, aut uterum expelluntur, & è regione quæ in utero per uentrem. Reuulſionē uero, quando humo-* Reuulſio. *ris motus ad contraria trahitur auertiturúe: ueluti quum ſanguis ab utero profluens per cucurbitas magnas in mãmis defixas ſurſum reuellitur. Deriuare itaq; interdū oportet, ubi ſcilicet ad uicina loca humoris motum dirigere* Deriuatiōe quando utendum. *expedit. Ita in uteri affectibus ad ſedem ipſam humores moleſtantes deriuamus. Reuulſionis autem uſus erit, quum ad longinqua humorem transferri* Reuulſionis uſus *utile eſt: id quod tum fieri debet, ubi humores perperā ad aliquam corporis*

B *particulā tendunt. Verbi gratia, ſi in ea parte ad quam humores tendunt initium inflāmationis fuerit, tum maxime reuulſione utendū erit, quo humoris motum à natura perperàm inſtitutū ad contraria dirigamus. Atq; hinc eſt quod Galenus lib. xiij. the. metho. in hanc ſententiam ſcribat:* οὔκουν οὐδ' ὅταν ἤτοι κατὰ τὴν ἕδραν, ἢ τι τῶν πλησίον μορίων ἀρχὴ φλεγμονῆς γίνεται, γαστέρα λαπάξεις, ὥσπερ οὐδ' εἰ κατὰ κύστιν ἢ αἰδοῖον ἢ νεφροὺς οὐρητικὰ φάρμακα καταπίνειν κελεύσεις. οὐδὲ εἰ γυναικὶ κατὰ μήτραν ἢ αἰδοῖον, ἔμμηνα κινήσεις, ἀλλ' εἰς τὰ πορρωτάτω τὴν ἀντίσπασιν ἀεὶ ποιήσεις. *hoc eſt: Neq; igitur cum uel circa ſedem, uel aliquam huic uicinam partem initium inflammationis fit, aluum deijcies: quemadmodum neq; cum in ueſica, uel genitali, uel renibus eſt cœpta, medicamenta quæ urinā prouocent bibenda dabis. Nec ſi mulieri in utero uel pudendo inſedit, menſes huic mouebis, ſed ad partes quæ maxime longinquæ ſunt auerſionem ſemper facies. Confe-* Cur confeſtim reuellendum. *ſtim uero reuellendum erit, ut hoc loco Hippoc. monet, ſi obſecundantes fuerint humores, ne ſi moram traxerint, parti affectæ noxam haud exiguam inferant. Permanentes nanq; in ea bifariā illi incommodabunt, partim quod ſua copia extendent, partim etiam quod qualitatibus ſuis moleſtabunt: mox igitur ab eadem auertendi ſunt. Quod ſi uero humores medico reſtiterint,* Reſiſtentibus humoribus quid faciendum. *ut à parte affecta auelli non queant, id quod fit ubi in membro affecto figuntur, tum hoc unum conetur ut eoſdem ratione quadam uincat, commodisq; au-*

xilijs naturam adiuuet. Adiuuabit autem ſi uel ad proxima humoris impetũ C
direxerit, uel ab ipſa particula quæ affligitur uacuauerit. Teſtis eſt Galenus, qui lib. quarto ther. metho. ita ſcriptum reliquit: ὥστε καὶ νῦν εἰ μὲν ἔτι φέροιτο σφοδρῶς τὸ ῥεῦμα, διὰ τῶν ἐναντίων ἀντισπάσομεν, ἄνω μὲν γινομένης τῆς ἕλκους, κάτω καθαίροντες. εἰ δ' ἐν τοῖσι κάτω μέρεσι συσταίη, τὴν ἄνω κοιλίαν κενοῦντες, ἤδη δὲ καὶ πεπαυμένου καὶ κατὰ τὸ μόριον ἐστηριγμένου, παροχετεύειν ἄμεινον. ἐγγυτέρω γὰρ ἡ μετάληψις, καὶ ἡ ὁρμὴ, καὶ ἡ ὁλκὴ τῷ καθαίροντι φαρμάκῳ ῥᾷον ἐκ τοῦ πλησίον. *quod eſt: Quapropter nunc quoq; ſi etiamnum fluxio ualenter irruat, ad cõtraria reuellemus, utiq; ſi in ſuperioribus ulcus conſiſtat, per inferna purgantes: ſin in inferioribus ſit, ſuperiorem uentrem uacuantes. At ſi iam fluxio ſedata eſt, & in membro fixa eſt, deriuare magis expedit, in propinquiora enim translatio fit, & purganti medicamento promptior tum acceſſus tum attractio è uicino datur. Et paulò poſt ſubdit:* ἀλλ' εἴπερ ἐκεῖνο καθόλου παρ' αὐτοῦ μεμαθήκαμεν, ὡς ἀρχομένων μὲν τῶν ῥευμάτων ἀντισπᾶν προσῆκον, ἐστηριγμένων δὲ ἐν τῷ πεπονθότι μορίῳ, τὴν κένωσιν ἢ ἀπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι τοῦ πεπονθότος, ἢ ὅτι μάλιστα πλησιέστατα. *hoc eſt: Atqui ſanè in uniuerſum illud ab eo didicimus, quod incipientes fluxiones reuellere oporteat: fixas uero in laborante particula, aut ab ea quæ affligitur parte, uel à* D
maxime uicina uacuandas eſſe. Proinde rectè iam ab Hippocrate dicitur, alium humorem non euntem educendum eſſe, nempe reſiſtentem atq; in affecta iam parte fixum, nec ſua ſponte prodeuntem. Cæterum contingit nonnunquam ut natura ſua induſtria, citra medici operam, humorem infeſtantem euacuet. Id quod ſi accidit, tum tria medicus conſideret. Primum, num uacuatio ea bona & utilis ſit: id quod duobus potiſſimum ſignis deprehendet, nempe ſi cõtulerit, et ægrotantes hanc leuiter ferunt. Hinc in aphoriſmis inquit: ἐν ταραχῇσι τῆς κοιλίης καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρονται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἷα δεῖ γίγνεσθαι γίγνοιτο, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. *hoc eſt: In perturbationibus uentris & uomitibus ſpontaneis ſi quidem talia purgentur qualia purgari oportet, confert & leuiter ferunt: ſin minus, contrà. Sic & uaſorum inanitio ſi talis fiat qualis fieri debet, confert, & facile ferunt: ſin minus contrà. Proinde ubi medicus ægrotantes ſpontaneam illam naturæ uacuationem facile tolerare, & nonnihil etiam iis conferre uidet, non eſt cur illam cohibeat aut conſtringat. Si uero contrarium acciderit, id quod fit ubi ea quæ utilia ſunt excernũtur, tum certe cohibendæ erunt, quemadmodum alibi etiam in medicamentorũ purgantium uſu faciendũ eſſe medico*

ſuadet

In ſpontaneis uacuationibus tria conſideranda.

Num bona ſit.

1. aph. 2.

Quando cohibendæ ſpõtaneæ uacuationes.

A ſuadet Hippocrates, ita ſcribens: ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα, χρήσιμα, τὰ δὲ ἐναντίως ἰόντα, παύειν. id eſt: In medicationibus talia ducere ex corpore, qualia uel ſponte prodeunt, utile: quæ uero contrario exeunt modo, cohibere oportet. Alterum quod in ſpontaneis euacuationibus medico expendendũ erit, eſt ut conſideret num moderata ſit & perfecta. Nam ſi natura integre, perfecte, ac ſufficienter humorem moleſtantem eduxerit, nihil medici auxilio opus erit, ſed totum naturæ permittendum. Hinc eſt quod in aphoriſmis ſcribat: τὰ κρινόμενα καὶ 1.aph.20.
τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινεῖν μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσι χρῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐᾶν. quod eſt: Quæ iudicantur, aut iudicata ſunt integre, nõ mouere neq; nouare, uel medicamentis, uel alijs incitamentis, ſed ſinere oportet. Quod ſi uero immoderata ſit, cohibere multitudinẽ oportet, quando Hippoc. etiã autore, πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέ- 2.aph.51.
μιον, id eſt, nimiũ omne naturæ inimicum ſit. Tertiũ quod in ſpontaneis euacuationibus medico conſiderandũ uenit, eſt ut animum attendat an deficientes Num deficiens.
ſint: nam ubi tales eſſe contigerit, tum medicus naturam adiuuet: id quod fit quando deficientem uacuationẽ per medicamenta purgantia aliaq; irritamenta promouerit: id quod hoc loci Hippoc. dixit συνεκχυμοῦν, id eſt coef- συνεκχυμοῦν
B fundere. ἐκχύμωσις nanq; illi nihil aliud eſt, niſi ſanguinis ex uaſis effuſio & uacuatio. Vt autem Hippocrates medicum, quo naturam in ijs quæ recte ab illa fiunt, in artis operibus imitaretur, admoneret, mox hæc uerba adijcere uoluit, Simile operari oportet. In quibus ſanè explicandis, mirum in modum ueteres Hippoc. interpretes ſudarunt, at ualde temerè, cum ijs uerbis nihil aliud innuat, niſi ut in adiuuanda natura medicus ſtudeat, quo humori probè à natura uacuato ſimilem cõmiſceat, hoc eſt, caueat ne alium quàm natura ſua ſponte excreuit humorem ipſe per medicamenta aliaq; incitamenta educat. Verbi gratia, ſi uiderit à natura uacuari flauam bilem, conetur & ipſe eandem illam medicamento aliquo quod bilis eductiuum ſit, expellere. Sin pituitam, & hanc omnino euacuet. Quod ſi uero atra bilis corpus infeſtauerit, & hoc nomine à natura excernatur, à pituita abſtineat medicus, & bilem infeſtantem potius educat. Neq; medicus naturã in eo tantum imitetur quod humorem ſimilẽ quem illa excernit ipſe quoq; euacuet, ſed per loca etiam conferentia, & ad quæ hæc ipſa maxime tendit, illũ educat. Veluti ſi ad inteſtina noxium humorem protrudat natura, per eadem etiam ipſe illum euacuet. Sin ad cutem, & hinc per ea quæ ſudorem promouent educat. Proinde quocunq; genere uacuationis natura commode uſa fuerit, atq; ad quæcunq; loca uacuationis conferentia humores moleſtantes protruſerit, eodem etiam medicus uti, & per eadem loca uacuare ſtudeat. Præterea quod in græco contextu

Medicus naturã in ijs quæ recte ab ea fiunt, imitetur.

Dolor dolorem non ſedat. ſequitur, οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει, hoc eſt, ueluti dolorem dolor ſedat, C planè expungendum erit: exemplum nanq; adulterinum & mendax eſt eius quod præcedit, nimirum ſimile operari oportet, ab aliquo indocto & Hippocratis dictionem non intelligente enarrationi adſcriptum, & confeſtim, ut Galenus etiam in commentarijs teſtatur, à tranſcriptore in contextum perperàm, & præter Hippocratis mentem translatum. Hinc eſt quod tam in græcis, quàm in latina noſtra uerſione, hæc uerba penitus omiſerim, ne ſcilicet improuido cuidam lectori, tanquam ex ſententia Hippocratis dicta eſſent, imponerent. Quicunq; autem illa inferre uoluit, certum eſt hunc in ea
Curatio non fit per ſimilia, ſed contraria. fuiſſe ſententia, ut crederet curationem interdum fieri poſſe per ſimilia: id quod quàm abſurdum ſit dicere, nemo non nouit. Communiſsimum nanq; hoc axioma, Contraria contrarijs curantur, inuerteretur: quod nõ ſolum Hippocrates, ut ex præcedentibus abunde conſtat, ſed etiam Galenus, & omnes quotquot rationalem medicinã profeſsi ſunt, tanquam infallibile & omnium certiſsimum principium inculcarunt. Quod ad Hippocratem attinet, habes euidentiſsimum apud eundem exemplum, quo ille errorem eorum qui curationem à ſimilibus fieri poſſe exiſtimarunt, explodere conatus eſt, dum in apho
5.aph.21. riſmis ſic inquit: ἔστι δὲ ὅκου ἐν τετάνῳ ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. hoc eſt: Eſt autem ubi in diſtentione ſine ulcere, D iuuene bene carnoſo, media æſtate, frigidæ aquæ larga perfuſio calorem reuocat. Calor autem mala hæc tollit. Quibus uerbis eos redarguit, qui diſtentionem morbum per ſe frigidum, à frigido atq; adeò ſimili auxilio, curari poſſe putabant. Nõ enim aqua frigida corpori large infuſa, ui ſua morbum hunc curat, ſed calor, cuius reuocationem aquæ frigidæ occurſus facit. Quapropter ubi illius reuocationem non fecerit, quemadmodum contingit ubi calor natiuus debilis admodum fuerit, tum certe ſummè incommodabit. Perinde autem ut hoc quod frigidum eſſe remediũ putatur, interdum quia calefacit frigido affectui prodeſt: ſic quoq; calefacientia nonnunquam ex accidente, eo quod igneum calorem diſcutiunt, infrigidare poſſunt. Omnis tamen curatio primum & per ſe, per contraria fit. Atq; hinc eſt etiam quod tam diligens paſsim in ſuis therapeuticis libris in perdocendo hoc uulgatiſsimo theoremate fuerit Galenus: probe enim ſibi conſtabat, nõ deeſſe quoſdam, qui à ſimili etiam curationem fieri poſſe exiſtimarent. Proinde cum unus tantum ſit in uniuerſum curationis modus, qui ſcilicet per contraria affectum morbũ facientẽ extirpet, meritò illa uerba, Veluti dolorem dolor mitigat, tanquam
Obiectio diluitur adulterina & Hippocrate indigna, expunximus. Nec eſt cur aliquem moueat quod hoc loci quidam obijcere ſolent, dicentes, ſi in iſchiadicis quis coxã uſſerit,

A *uſſerit, tum dolor dolorē ſanabit. Neq; enim dolor qua dolor eſt, dolorē ſedat, ſed quia contrariū affectui morbum facienti affert. Sic in coxæ dolore cum ægri uruntur, nō ſanè ob id curantur quod dolorē dolor mitiget, ſed ideo potius quod uſtio, cui dolor caſu accidit, frigidos ac craſſos humores coxæ dolorē generantes diſcutiat. Nam ſi dolor qua dolor eſt coxendicē curaret, certe fracto penitus membro morbus deſineret: atqui utcunq; membrū frangens dolorem excites, nō eſt tamen cur ob id coxæ dolorem auferas. Pari ratione ſi in dentium uehementi dolore dentem exemeris, ceſſabit quidem dolor, at non per dolorem extracti dentis factum, ſed per extractionē potius eiuſdem, cui dolor acceſſit. Nā ſi abſq; dolore extrahi potuiſſet, nihilominus dolore æger liberatus fuiſſet. Et quid multis moror, utcunq; dolore dentem moleſtantem afficias, frangas, contundas, cōmoueasq;, nunquam tamen niſi eundem eximas, indolentē facies. His accedit quod uidemus multas corporis partes per ea curari remedia quæ dolorem ſedant, ἀνώδυνα Græci uocant, quod fieri non poſſet, ſi dolor nō niſi per dolorem ſibi ſimilem amoueretur. Liquet itaq; unum duntaxat eſſe quod morbū profligat, id nimirū quod affectum morbum facientem quomodolibet, uel ſine dolore, uel cum dolore, extirpat. Iterum inſtabunt, uomitū uomitu multoties, & clyſteri acri excrementa mordicantia,* Obiectio altera.
B *atq; adeò ſimile per ſimile poſſe curari aſſerentes. Quibus ita reſpōſum ſit.* Vomitum nō curari à uomitu.
Curatio nequaquā per ſimilia fit, ſed per affectus potius qui nauſeam concitat, aut mordicationē in inteſtinis procreat, amolitionē. Amouebitur autem ubi humores nauſeam & inteſtinorū morſum efficientes uacuantur, aut ubi concocti in bonam qualitatem mutantur, aut temperantur. Vacuare uero humorem alienū & præter naturam, contrariū eſt eius retentioni: & mutatio prioris qualitatis per contrariā etiam qualitatem fiat neceſſe eſt. Non itaq; ſimpliciter uomitus uomitū curat, neq; inteſtinorū morſum clyſteres acres, ſed quia noxij humores nauſeam & morſum excitantes euacuant, atq; adeò affectum contrarium, & morbum facientem tollunt. Poteſt & nauſea ſine uomitu curari, ſi ad alterū locum, puta ad inteſtina humor noxius transferatur. Morſum etiā in inteſtinis ab acribus humoribus factū, ut iam diximus, ſine clyſteribus acribus curare licebit, ubi qualitates illorum prauæ in meliores transmutatæ fuerint. Sed ad Hippocratis explanationem reuertamur, qui nunc quo pacto humores partibus in uniuerſum diſſimiles, in alias transferēdi ſint, edocet, ſic dicens: Diſſimilia ſi ſurſum elata repunt, deorſum ſoluere expedit: & è regione. Diſſimilia quidem quæ præter naturā in mem- Diſſimilia quæ.
bris generantur uocat, id quod in commentarijs etiam teſtatur Galenus ijs uerbis: νοοῦντων ἡμῶν ἀνόμοια λελέχθαι τὰ τοῖς τόποις οὐκ οἰκεῖα. id eſt: Scire nos oportet diſſimilia dicta eſſe quæ locis non ſunt familiaria ac pro-

pria. Sunt uero ea quæ membris nõ ſunt propria, ad contraria reuellenda loca: nimirũ ſi ſurſum elata, id eſt, in ſublime tracta repunt, deorſum: & è regione ſi deorſum tendunt, ſurſum. Loquitur autem hoc loci de prima affectus generatione, dum præcipit confeſtim humores hunc efficientes ad contraria C

ἐρθέντα. *loca reuellendos eſſe, id quod uerbũ hoc ἀρθέντα ſatis monſtrat, quod ueluti iam tendentia ac impetum in alienum locum facientia ſignificat: ut ſit ſenſus, Quæ in ſuperioribus corporis locis præter naturam generationem habent, ea ad inferiora reuellenda ſunt: quæ uero in infernis, ad ſuperiora ducenda. Verbi gratia, ſi in pedes aut crura fluxum decumbere cognouerimus, ex uenis quæ in cubito ſunt ſanguinẽ auferendo, aut uomitum ciendo, reuulſio ad ſuperna fiat. Sic in nimio quoq; menſium profluuio, cucurbitulas mammis adhibentes ſurſum reuellemus: quemadmodum in aphoriſmis ita ſcribens teſtatur*

5. aph. *Hippocrates:* γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλε. *quod eſt: Mulieri ſi menſtrua ſiſtere uelis, cucurbitulã maximam ad mammas appone. De eo quod ab infernis ad ſuperiora repit, habes exemplum in textu, quod monſtrat quibus idipſum auxilijs ad inferiora reuellendum ſit. Ait enim, ueluti capitis diſsimilia purgatio, uenæq; ſectio ſoluunt. In græco eſt,* οἷον κεφαλῆς, κάθαρσις, φλεβοτομίαι. *Sunt autem aliqua hic quæ ad perfectam ſententiam faciunt omiſſa, id quod nulli mirum uideri debet, quando hunc librum in memoriæ tantum ſubſidium ſibi ipſi Hippocrates ſcripſerit, ideoq; factum ut hic pleraq; ænigmaticῶs & laconicè dicta ſint. Id autem uoluiſſe dicere Hippocratem ex præcedentibus ſatis liquet,* οἷον κεφαλῆς ἀνόμοια, κάθαρσις καὶ φλεβοτομία λύει. *Purgationem autem ad inferiora reuellere quæ in ſuperioribus ſunt, notius eſt quàm ut demonſtrari debeat. Manifeſtiſsimum uero eius rei exemplum habes in ſurditate, quam aluus ſoluta ceſſare facit, ut in aphoriſmis etiam te-* D

4. aph. 28 *ſtatur Hippocrates, ubi ita ſcriptum reliquit:* ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος γινομένης, παύεται. καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων γινομένων, παύεται. *id eſt: Quibus bilioſæ deiectiones ſunt, his ſuperueniente ſurditate ceſſant. Et quibus ſurditas eſt, his bilioſis deiectionibus ſuperuenientibus deſinit. Et rurſus in eodem libro:*

4. aph. 60. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα. *hoc eſt: Quibus in febribus aures obſurduerunt, his ſanguis ex naribus fluens, aut aluus perturbata, morbũ ſoluit. Nõ autẽ cuiuſq; uenæ ſectio humores diſſimiles ex capite ad inferna reuellit, ſed eius tantum quæ in cubito è directo ſito eſt exterior, & humeralis dicitur. Teſtis eſt Galenus, qui in libro de curatione per uenæ ſectionẽ in hunc ſcribit modũ:* τρεῖς φόποι τῆς κατ' ἀγκῶνα φλεβοτομίας εἰσὶν, ὁ ἔνδον, καὶ ὁ ἐκτὸς, καὶ ὁ μέσος.

A ὁ μέσος. ὁ μὲν οὖν ἔνδον, ἐπὶ τῶν τὰ κάτω τοῦ τραχήλου πεπονθότων ὠφέλιμος. ὁ δὲ ἐκτὸς, ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τούτων, ἢ προσώπου, ἢ κεφαλῆς. *id eſt: Tres ſunt rationes uenæ ſectionis in cubito, interior ſcilicet, exterior, & media. Interior igitur in iјs quibus inferiores colli partes afficiuntur, utilis eſt. Exterior uero in iјs quæ illis ſuperiores ſunt, faciei uidelicet aut capitis. Tum autem purgatio & uenæ ſectio, humores noxios ex capite deorſum trahunt, quando nō temerè, hoc eſt, intempeſtiue & inconſultò deducunt. Haud uero intempeſtiue deducunt, ubi inter initia, antequam humores membro impingantur, admouentur. Quod ſi uero adhibueris illa poſtquā infixi fuerint, tū certe reſiſtent, & minime ab affecta particula, ſicuti paulò ante diximus, auellentur. Inconſultò certe deducent, quando uenæ ſectio adhibetur, ubi purgationem adhibere conſultius eſſet: & contrà. Inconſultò quoq; deducent, ubi plus quàm oporteat euacuabunt. Incōſultò deducet purgatio, quando pituitā educens medicamentum exhibetur huic, cui bilis flaua ſurſum tendit: & è regione. Per hæc itaq; uerba* τὸ εἰκῇ, *hoc eſt, nō temerè, Hippocrates tria reſpicienda monet, tempus, qualitatem & quantitatem euacuationis, ut ſcilicet humores tempeſtiue, & tales quales conuenit, & quantum oportet euacuentur. Quod ſi factum fuerit, tum certe cōmode ex capite quicquid noxium*
B *eſt deducent. Perperàm itaq; Aſulanum Hippocratis exemplar* ἥκει *habet, cum inuerſis potius literis* εἰκῇ, *ſuffragantibus nobis nō ſolum Galenianis exemplaribus, uerumetiā ratione ipſa, legendum ſit. Quod ad Calui uerſionem attinet, nō eſt cur membratim illam hic examinemus: uix enim uerbū eſt quod reprehenſionem ſubterfugere poſſit. Diligens autem lector illam cum noſtra conferat, & ſole clarius perſpiciet Caluum in uniuerſa illa Hippocratis ſententia ne uerbum quidem intellexiſſe. Proinde ſi Calui te interpretationem legere contigerit, mera te ſomnia legere putato: nam planè nihil habet quod Hippocratis genuinam mentem referat.* Aſulanum exemplar emendatur.

APHORISMVS IIII.

Abſceſſus, ueluti bubones, ſignificant membra à quibus progerminant. Sed & cum aliorum membrorum mali ſint, maxime tamen maligni ſunt qui circa uiſcera apparent.

Etſi in hanc ſententiam Galeni commentarios maxime deſiderarim, cum tamen prorſus interciderint, aut ſaltem apud nos non extent, & nonnihil obſcuritatis Hippocratis uerba præ ſe ferant, illam ut potuimus interpretati ſumus, non inuiſuri gloriam huic qui interpretationem noſtra meliorem attulerit. Nihil uero aliud hoc loci Hippocrates innuere uidetur, niſi quod abſceſſus, quicunq; illi ſint, dum extra in corpore apparent, ſigna ſint eorum membrorum à quibus erumpunt. Id quod de ipſis maxime bubonibus dici po-

eſt, qui orti in corpore, euidenter membrum unde humores noxij qui partim C
adhuc intus latent, partim extra progrediuntur, oſtendunt. Quæ ut rectius
ἀπόστασις. *intelligantur, animaduertendum Græcis* ἀπόστασις καὶ ἀπόστημα *eſſe id*
Abſceſſus. *quod Latini abſceſſum nominant. Eſt autem abſceſſus, dum humor aut ſpiritus uaporoſus, teſte Galeno lib. ſecundo ad Glauconē, in aliquod ſpatium abſcedit. Proinde nomen hoc generale eſt, & multos ſub ſe tumores præter naturam complectitur. Perperàm igitur faciunt medici noſtræ ætatis barbari, quod nomen apoſtematis cum phlegmone, quæ dictio Græcis inflammationem ſignificat, confundunt: multo enim generalius eſt, quàm ut cum phlegmone coincidere poſsit. Quum uero abſceſſuum nonnulli ſint interiores, nōnulli uero exteriores, de ijs tantum quæ extrinſecus apparent, & bubonibus præſertim, in prima huius ſententiæ parte loqui uidetur, dum illos membra*
Βουβῶνες. *à quibus humores noxij protruduntur, ſignificare ſcribit. Sunt autē* βουβῶνες *qui aut offenſa propinqua parte, aut ulceribus alijs, aut doloribus in glandulis naſcuntur tumores. Et hi ſanè periculo uacant. Quandocūq; uero emerſerint, membrum aliquod propinquum aut offenſum eſſe, aut ulcere, aut dolore affici ſignificabunt. Sic in peſtilenti febre præſenti periculo bubones in femoribus, alis, & collo ingruere ſolent, qui iterum membra à quibus noxij & uenenati humores expelluntur, monſtrare ſolent. In collo nanq; ſi apparuerint,* D *cerebrum, ſub alis uero cor, in femore autem & inguinibus iecur à ſe protrudere noxia indicabunt. Nihil uero mirum erit uiſcerum abſceſſus, qui ut in libro de inæquali intemperie teſtatur Galenus, in uenas & arterias, quas in ſe continent, erumpunt, per glandulas iam intumentes ſignificari, ſi cauſam modo emergentium bubonum quiſpiam perſpectam habuerit, quam Galenus lib. xiij. ther. metho. ijs uerbis refert:* μεμνῆσθαι δ' οἶμαί σε καὶ τούτου τοῦ δεδειγμένου πολλάκις, ὡς ἐκ τῶν ἰσχυροτέρων μορίων ὠθούμενα τὰ περιττὰ κατὰ πλῆθος ἢ ποιότητα τοῖς ἀσθενεστέροις ἐγκατασκήπτει, καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ οἱ ἀδένες ἑτοίμως δέχονται τὸ ῥεῦμα, καὶ μάλισθ' ὅσοι μανώτεροι φύσει. σφοδρότερος μὲν γὰρ ὁ τῶν ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν καὶ νεύρων καὶ μυῶν ἐστι τόνος, ἀσθενέστερος δὲ καὶ ἴσος οὐδ' ὅλως ὁ τῶν ἀδενωδῶν σωμάτων. οὕτως οὖν καὶ διὰ ἕλκος ἐν δακτύλῳ γινόμενον ἤτοι ποδὸς ἢ χειρὸς οἱ κατὰ τὸν βουβῶνα καὶ τὴν μασχάλην ἐξαίρονταί τε καὶ φλεγμαίνουσι, τοῦ καταῤῥέοντος ἐπ' ἄκρον τὸ κῶλον αἵματος ἀπολαβόντος πρῶτοι, καὶ κατὰ τράχηλον δὲ καὶ παρ' ὦτα πολλάκις ἐξήρθησαν ἀδένες ἑλκῶν γινομένων, ἤτοι κατὰ τὴν κεφαλὴν, ἢ τὸν τράχηλον, ἢ τι τῶν πλησίων μορίων. ὀνομάζουσι δὲ τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας βουβῶνας. *quod eſt: Tibi uero arbitror non excidit id quod à nobis ſæpe monſtratum eſt, quod ſuperuacanea ob redundantiam uel extraneam qualitatem à ualentiori*

bus par-

A *bus partibus expulſa, in imbecilliores procumbunt, atq; hinc accidit ut glandulæ facile fluxionẽ recipiant, & maxime quæ rariores natura ſunt: quippe ualentius eſt arteriarum, & uenarum, & neruorum & muſculorum robur, imbecillius autem & fortè nullum omnino corporum quæ glandularum ſunt natura. Sic igitur propter ulcus quod in manus aut pedis digito fit, glandulæ in inguinibus & alis intumeſcunt ac inflammantur, quum defluentem ad ultimos artus ſanguinem priores exceperint. Quinetiam in collo & ſecus aures glandulæ ſæpenumero iis quibus in capite, collo, aut aliqua uicina parte ulcus eſt natum, intumeſcunt. Nominant uero glandulas quæ ſic intumuerunt, bubones. Hactenus Galenus. Ex quibus ſanè uerbis, nō tantum quid bubones ſint, ſed etiam ratio cur fiant in corpore manifeſtatur, nimirũ quod glandulæ facile fluxiones recipiant. Quum autem glandulæ redundantias à ualentioribus membris pulſas ſuſcipiant, et ob id intumeſcant, quid miri eſſe poteſt ſi membra unde eiuſmodi redundantiæ erumpunt, ſignificent? Recte itaq; Hippocrates dixit, bubones eſſe σημεῖον τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων μορίων. Quum uero βλαστήματα proprie Græcis ſint germina quæ in ar-* βλαστήματα.
boribus ac plantis exiſtunt, hic certe metaphoricῶς ſic uocauit ſuperuacanea ac noxia, quæ à uiſcerib. iam ad glandulas procũbunt ac ueluti progerminant.

B *Quemadmodũ enim plantarum arborúmue germina cum dehiſcunt, iam partim intus latent, partim extra prorumpunt: ſic etiam uiſcerum redundantiæ bubones excitantes, partim adhuc in corpore latent, partim uero extra iam erumpunt. Sic in bubonibus peſtiferis uidemus nonnunquam enatos bubones mox euaneſcere, quod nimirum natura imbecillis iam, ac à ueneno deuicta, id quod adhuc in corpore latet, non potis ſit expellere. Membra itaq; haben-* Membra habentia βλαστήματα
tia βλαστήματα, hoc eſt, progerminationes, ſunt quæ noxias iam redundantias quas in ſe continuere, ad alia, glandulas ſcilicet, protrudunt: nam ab iis ueluti germina ex arbore prodeunt. Porrò cum omnium membrorum bubones mali ſint, nam aut dolorem, aut ulcus, aut aliam redundantiam portendunt, omnium certe peſſimi ſunt, qui, ut ait Hippocrates, ἀπὸ σπλάγχνων, σπλάγχνων.
id eſt, à uiſceribus & membris principatum aliquem in corpore gerentibus, ut eſt cerebrum, cor & iecur, emergunt. Ea nanq; cum cæteris omnibus præſtent, & corpori maxime neceſſaria ſint, ſi in illis redundantia præter naturam fuerit, quod illorum officium intercidat, præſens ægro exitium imminere neceſſe eſt: id quod in peſtiferis potiſſimum bubonibus apparet. Caluus hoc loci, ut aliàs ſæpe, infantiliter lapſus eſt, eo quod σπλάγχνα inteſtina conuertit, quum potius uiſcera, hoc eſt, principalia & nobiliora corporis membra, ut iam diximus, ſignificet.

APHORISMVS V. C

Spiritus parui, crebri, magni, rari: parui rari, crebri magni, intus parui, extra magni, intus magni, foris parui: hic quidē tardus, ille uero celer. Duplex intrò reuocatio ueluti inſpirantibus. Calidus, frigidus.

Hippocrates mira quadam breuitate ſpirationis differentias hac ſenten- Spiritus quid. *tia complexus eſt. Spiritum enim hoc in loco uniuerſam ſpirationem uocat,* 1.Præſag.27. *id quod in pleriſq; etiam alijs locis facit, ut in præſagijs dum inquit:* πνεῦμα δὲ πυκνὸν μὲν ἐὸν, πόνον σημαίνει ἢ φλεγμονὴν ἐν τοῖσιν ὑπὲρ τῶν φρενῶν χωρίοισι. *id eſt: Spiritus uero frequens, dolorem, aut inflammationem in partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus ſignificat. Cuius rei teſtis grauiſſimus in commentarijs Galenus eſt, qui ita ſcribit:* πνεῦμα μὲν ὀνομάζει ἐπὶ τόνδε τὸν λόγον ὁ Ἱπποκράτης ὅλην τὴν ἀναπνοήν. *quod eſt: Spiritum in hoc ſermone uniuerſam ſpirationem Hippocrates uocat. Sic etiam lib.1. de uict. ratio. in morbis acutis, aphoriſmo xxxij. ſpiritum pro uniuerſa ſpiratione accepit, ut in eius explanatione teſtatur Galenus, ſic ſcribens:* κέκληκε δὲ τὴν ὅλην ἀναπνοὴν πνεῦμα καὶ τῷ προγνωστικῷ συγγράμματι, καὶ τοῖς ἐπιδημίοις. *hoc eſt: Nominauit autem totam ſpirationem ſpiritum, & in præſagio, & in libris populariter uagantium morborum.*

Spirationis partes. *Sunt autem duæ primæ & principaliſſimæ totius ſpirationis, ut in lib. primo de ſpirandi difficultate Galenus teſtatur, partes: una qua ſpiritus ad interna fertur, Græcis* εἰσπνοὴ, *Latinis inſpiratio dicta: altera qua ad externa fertur, Græcis* ἐκπνοὴ, *Latinis uero expiratio nominata. Inſpiratione itaq; aerem ad refrigerandum cordis calorem feruoremúe inducimus: expiratione autem fumos noxios exhalamus. Porrò ſpirationum quædam* Spirationis ſimplicis differētiæ. *ſimplex, quædam uero compoſita. Simplicis ſanè quatuor in primis differentias hoc loco recenſet Hippocrates, crebram, raram, magnam & paruam. Harum duæ primæ à quantitate interuallorū, (ita enim tempus quod inter ſenſibilem ſpirationem intercedit, uocant) aliæ uero duæ à quantitate dilata-* Crebra. *tionis inſtrumentorum reſpirationi deſeruientium, ſumuntur. Crebra itaq;* Rara. *ſpiratio ſeu frequens eſt, quæ modico interpoſito interuallo fit. Rara autem* Magna. *quæ longo. Magna, in qua inſtrumentorum ſpirationi deſeruientium magna* Parua. *fit dilatatio. Parua cōtrà, ubi eorundē modicā fit dilatatio. Sunt uero præter quatuor iam dictás differentias adhuc aliæ duæ ſpirationis ſimplicis differentiæ, uelox ſcilicet & tarda, quarum paulò poſt mentionem facit Hippocrates, dum inquit: Spiritus hic quidem tardus, ille uero celer. Sic enim interpretandæ ſunt dictiones* ἐκτεῖνον καὶ κατεπεῖγον, *ut teſtatur Galenus lib. tertio de ſpirandi difficultate, ubi in hunc modum ſcribit:* ἐκτεῖνον μὲν γὰρ πνεῦμα τὸ βραδὺ, κατεπεῖγον δὲ τὸ ταχὺ λέγει. *id eſt,* ἐκτεῖνον

tardam

A tardam, κατεπείγους uero celerem ſpirationem dicit. Sumuntur autem hæ differentiæ à tempore dilatationis, ut uelox ſpiratio nihil aliud ſit, niſi cum paruo tempore inſtrumenta reſpiratoria dilatantur. Tarda uero, quando longo tempore diſtenduntur. Suntq́ in uniuerſum ſex ſimplices ſpirationis differentiæ. Cæterum poſt ſimplices ſpirationis differentias, compoſitas etiam enumerat Hippocrates, & itidem quatuor eſſe ait, paruam uidelicet & raram, crebram & magnam, paruam & crebram, magnam & raram. Quid autem quæuis illarum portendat, ex libris Galeni de ſpirandi difficultate diſcere poteris. In præſentiarum id dixiſſe ſat ſit, paruam & raram fieri, ubi calor natiuus iam fermè extinctus eſt, & interiora corporis refrigerata ſunt. Crebra & magna, ut paulò ante ex Hippoc. ſententia dictum eſt, cum immodicus dolor, aut inflammatio circa cor aut pulmonem exiſtit. Parua & crebra, dum uiſcera inflammatione aliqua moleſtantur. Magna uero & rara, delirium portendere ſolet, Hippocrate teſte, qui in præſagijs ſic inquit: πνεῦμα μέγα ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, παραφροσύνην δηλοῖ. quod eſt: Magnus ſpiritus multoq́ interpoſito tempore factus, delirium indicat. Poſt hæc Hippocrates inæqualis ſpirationis differentias recenſet, dicens: Quædam intus parua, extra magna: & è regione,

Velox ſpiratio. *Tarda.* *Compoſitæ ſpirationis differentiæ* *1. præſag. 27.* *Inæqualis ſpirationis differentiæ*

B aliqua extra parua, intus uero magna. Neq́ enim raro contingit ut inſpiratio ſit parua, expiratio autem magna, & contrà: cuius rei cauſam Galenus lib. primo de diffícul. ſpirandi tradit. Exemplaria quæ ex Aſulani officina prodierunt, hoc loco deprauata ſunt, eo quod alteram inæqualis ſpirationis coniugationē, ἔξω μεγάλα, prorſus omittunt, quam tamen emendata Hippocratis exemplaria habent. Etſi uero hoc ipſum ex Galeni commentarijs in hanc ſententiā conſcriptis colligere nō liceat, quod temporis iniuria interciderint, ſatis tamen ex libro tertio de ſpirandi difficultate, ubi hanc ſententiā explicat, partem illam, ἔξω μεγάλα, minime eſſe negligendam liquet. Pergit deinceps in connumerandis inæqualis ſpirationis differentijs Hippoc. dicens: Duplex nonnunquam intrò reuocatio ueluti inſpirantibus, id quod fit ubi inter ſpirandum ſpiritus ſubſiſtit & quaſi offenditur, adeò ut conduplicatus intrò, tanquam iam iterata inſpiratione reuocetur: id quod infantibus plorantibus non raro accidere uidemus, ut in commentarijs in Hippocratis aphoriſmos teſtatur Galenus, in eum modum ſcribens: τὰ παιδία πολλάκις ὁρᾶται κατὰ τὸν τοῦ κλαίειν καιρὸν εἰσπνέοντα, διακεκομμένην πνοὴν ἰσχομένου μεταξὺ τοῦ θώρακος, εἶτ' αὖθις τὸ λεῖπον προστιθέντος ὅπερ αὐτὸς ἐν ἐπιδημίαις ὧδέ πως εἶπε, διπλῆ εἴσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπεισπνέουσι. hoc eſt: Pueruli ſæpe uidentur quo plorant tempore inſpiratione interrupta, ſtante interim thorace, deinde rurſus id quod deficit ad-

Duplex intrò reuocatio. *6. aph. 54.*

iiciente, inſpirare. Quod ipſe in Epidemijs ita dixit: Duplex intrò reuoca- C
tio, ueluti inſpirantibus. Sunt autem multæ aliæ cauſæ, ob quas eiuſmodi inæ-
qualis ſpiratio fieri poteſt. Accidit enim interdũ, ut ibidem docet Galenus,
ex potentia fatigata ſupra modum, interdum ex duritie inſtrumentorum, nõ-
nunquam etiam ambabus cauſis ſimul conuenientibus, ſed & aliquando pro-
pter aliquam muſculorum pectoris ſimilem conuulſioni diſpoſitionem. Nam
& uis imbecillis quando ſemel nequiuerit eatenus attollere thoracem, quate-
nus animali eſt neceſſarium, in media ſtat operatione, primum quieſcens, de-
inde ſic iterum cum impetu ſe effert. Durum uero inſtrumentũ cum nõ prom-
pte ſequatur potentiam attollentem, ab ipſa uibratum uiolenter attollitur.
Quando autem frigus muſculos thoracis apprehenderit, uel etiam neruos,
durities quædam inſtrumentis adueniet, & motus ſimilis conuulſioni. Hacte-
nus Galenus. Et quæ hucuſq; ab Hippoc. dicta eſt inæqualis ſpirationis
Calidus, frigidus *differentia, ad ipſam inſpirationem ſpectat. Quæ uero iam ſequitur, ad alte-*
ram ſpirationis partem, nempe expirationem pertinet, quæ interdum frigi-
da, interdum uero calida exiſtit. Sic autem eſſe intelligendum hoc loci Hip-
pocratem ubi ait, Calidus, frigidus, abunde mõſtrat lib. tertio de diffi. ſpi-
randi Galenus, in eam ſententiam ſcribens: ἐφεξῆς δὲ πρόσκειταί τις ἀντί-
θεσις ἄλλη δυσπνοιῶν ἐπὶ τελευτῇ τοῦ λόγου παντός, ὧδέ πως γεγραμ- D
μένη, θερμὸν, ψυχρὸν, ἵνα δηλονότι κἀνταῦθα προσυπακούωμεν τὸ πνεῦ-
μα. καθάπερ γὰρ μέγα καὶ μικρὸν, καὶ πυκνὸν καὶ ἀραιὸν, οὕτω καὶ
θερμὸν τε καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖται τὸ πνεῦμα. *id eſt: Deinceps uero in fine*
totius ſermonis alia quædam difficilium ſpirationum oppoſitio adiacet, ad-
hunc modum ſcripta, calidus, frigidus, ut uidelicet ibidem ſpiritus ſubaudia-
mus. Perinde enim ut magnus & paruus, frequens ac rarus, ita etiam ca-
lidus & frigidus exhalatur ſpiritus. Spiritum uero aliquando exhalari
1. Præſag. 27. *frigidum, in præſagijs ſic ſcribens teſtatur Hippocrates:* πνεῦμα ψυχρὸν
ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται.
quod eſt: Spiritus frigidus ex naribus & ore exhalatus admodum letalis
eſt. Pleniorem ſi quis huius ſententiæ explicationẽ deſiderat, Galeni libros
de ſpirandi difficultate inſcriptos adeat, & exactiſſimã omnium eorum quæ
hoc loco tractat Hippocrates, enarationem offendet. Calui ineptias in ſe-
quentis ſententiæ expoſitione attingemus.

APHORISMVS VI.

Medicatoria continuarum oſcitationum prolixa ſpiratio. Breuis uero eorum qui nihil aut uix bibunt.

Non me latet quod in Hippocrate ſit μακρόπνους, *ubi nos prolixam*
ſpirationem uertimus: quæ dictio propriè Galeno libro de expoſitione anti-

quarum

A quarum dictionum Hippocratis teſte, idem quod μακρὸν ἀναπνέων, ἢ διὰ
μακροῦ, id eſt, prolixe & per longa interualla reſpirans ſignificat. Verum
cum non tantum de homine qui prolixe ſpirat, ſed etiã de ipſa ſpiratione uox
illa dicatur, idemq́ ualeat ac μακρόπνοια interdum, hoc præſertim loco,
prolixam ſpiratione͂ potius quàm prolixe ſpirantem interpretari uoluimus,
quod ea etiam interpretatio Galeno probetur, ut paulò poſt uidere licebit.
Quod autem de μακρόπνους dictum eſt, idem de βραχύπνους quoq; uoca- Βραχύπνους.
bulo inaudiendum erit: quod ſanè non ſolum breui, & per modica interualla
ſpirantem, uerumetiam ipſam breuem ſpirationem apud Hippocratem ſigni
ficat. Non eſt autem prolixa ſpiratio alia, niſi ea quam in præcedente hanc Prolixa ſpiratio.
ſententia raram dixit, quæ ſcilicet longo interpoſito interuallo fit. Breuis Breuis ſpiritus.
uero, quam antea crebram ſeu frequentem nominauit, quæ per modica fit in-
terualla: id quod ex uerbis Galeni, quæ ſcribit lib. tertio de ſpirandi difficul-
tate, euidentiſſimũ fit. Quæ etſi multa admodũ ſint, quia tamen planè Hip-
pocratis ſententiam enarrant, ideo ordine ſingula ſubijciemus. Verba itaq;
eius hæc ſunt: ἐνταῦθ' εἴτε τὸν ἄνθρωπον μακρόπνουν, εἴτε τὴν δύσ-
πνοιαν αὐτὴν οὕτως ὠνόμαζεν. ὅτι τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, του-
τέστι τὸ ἀραιὸν πνεῦμα, καὶ προσέτι τὸ μέγα, δηλοῦται διὰ τῆς προση-
B γορίας ταύτης, ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ, καθάπερ γε καὶ ὡς τὸ
δι' ὀλίγου, τουτέστι τὸ πυκνὸν, καὶ προσέτι τὸ μικρὸν ἐκ τοῦ βραχύπνους.
ἰντήελονς ἤτοι σημεῖον ἢ αἴτιον, ἑκάτερον γάρ ἐστι δείξασθαι, τῶν συνε-
χῶν χασμῶν τὸ μέγα καὶ ἀραιὸν γίγνεσθαι τὸ πνεῦμα. σημεῖον μὲν
ὡς εἰς τἀναντία τῆς διαθέσεως μεθισταμένης, αἴτιον δὲ, ὅτι ἐναντίων ἐναν-
τία τὰ ἰάματα. χασμῶνται γὰρ καὶ σκορδινῶνται, ἀτμώδους τινὸς καὶ πα-
χέος πνεύματος ἐν τῷ μυώδει γένει κατειλημμένου, καθότι δέδεικται
δι' ἑτέρων. εὐθὺς δὲ οἷς τοῦτο συμβέβηκε καὶ συνεχῶς ἐκπνέουσιν, ὡς ἂν ἐκ-
καθαιρομένου τε καὶ κενουμένου τοῦ τοιούτου πνεύματος ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς.
εἰ δέ τις μηκέτι συνεχῶς, ἀλλ' ἤδη διὰ μακροῦ χρόνου τὰς ἐκπνοὰς ποιεῖ-
ται, δῆλον ὡς αἱ προϋπάρχουσαι διαθέσεις αὐτῷ πέπαυνται, καὶ σημεῖον
οὕτως ἰντήελονς ἡ μακρόπνοια περὶ χάσμης ἔσται. καὶ μὴν δὴ καὶ ὡς αἰτίαν
ἰωμένην τὴν μακρόπνοιαν τὰς χάσμας τὰς συνεχεῖς ἀκούειν ἐγχωρεῖ,
δοκεῖ μοι δὲ καὶ αὐτὸ μηκέτι δεῖσθαι μακροῦ λόγου. τὸ γὰρ ἕως πλείστου
τὴν ἀναπνοὴν ἐπισχεῖν, ὅπερ ὀνομάζεται κατάληψις πνεύματος, ᾧ
λόγῳ τοὺς λυγμοὺς ἰᾶται, τούτῳ καὶ τὰς χάσμας ἰάσεται. καὶ γὰρ οὖν καὶ
ποιοῦσιν ἤδη τοῖς γυμνασίοις αὐτὸ σύμπαντες οἱ ἀθληταί, διώσασθαι
τῇ βίᾳ προσδιδόντες ἅπαν, ὅσον ἐν τοῖς κατὰ δέρμα λεπτοῖς πόροις, ἢ
ὑγρῶν ἢ ἀτμῶν ἴσχεται. διὰ ταῦτα μὲν οὖν ἡ μακρόπνοια τῶν συνεχῶν
χασμῶν σημεῖον ἐστὶν ἢ αἴτιον ἰατρικόν. quod eſt: In præſentia uel hominem

prolixe ſpirantem, uel difficilem ſpirationem ipſam ſic nominauit. Quod uero per longa interualla factam, hoc eſt, raram ſpirationem, & præterea magnam etiam per hoc nomen, quemadmodum utiq; per eam quæ per modica fit interualla, hoc eſt, crebram, & præterea etiam paruam per βραχύπνους *ſignificet, in ſecundo libro demonſtratum eſt. Medicatoria igitur nota uel cauſa, utrunq; enim demonſtrari poteſt, continuarum oſcitationum magna & rara ſpiratio exiſtit. Signum quidem, tanquam ad contraria iam affectu mutato, Cauſa uero, quoniam cõtrariorum contraria ſunt remedia. Oſcitant enim & pandiculantur continuò, ubi uaporoſus quiſpiam ac craſſus in muſculoſo genere detinetur ſpiritus, ueluti in alijs oſtenſum eſt. Cõfeſtim autem & continuò illi quibus hoc accidit expirant, perinde ac ſi in eiuſmodi expirationibus talis ſpiritus expurgetur ac uacuetur. Proinde ſi quis nõ continuò, ſed longo temporis interuallo exhalet, manifeſtum eſt, quod iam præcedentes affectus ceſſarunt, & ſignum quidem hoc modo medicatoriũ oſcitationis prolixa ſpiratio erit. Cæterum licebit etiam ut cauſam ſanantem continuas oſcitationes, prolixã ſpirationẽ inaudire. Videtur autem mihi hoc ipſum longa oratione minime indigere. Nam qua ratione multo tempore cohibere reſpirationẽ, id quod ſpiritus detentio nominatur, ſingultus ſanat, eadem etiã oſcitationes ſanabit. Faciunt igitur idem in exercitationibus omnes athletæ, quum uiolentia quadam uniuerſum hoc humorum aut uaporum, quod in tenuibus cutis meatibus detinetur, expellere conantur. Hoc itaq; nomine prolixa inſpiratio continuarum oſcitationum aut nota, aut cauſa medicatoria exiſtit.*

C

Oſcitationis continuæ cauſa.

Spiritus detentio ſingultus ſanat.

D

Hactenus Galeni uerba primam huius ſententiæ partem explicantia recenſuimus. Cum uero non aperte dicat quo pacto ſpiritus detentio oſcitationes ſanet, ſed tantum ad ſingultum collationem faciat, perinde oſcitationem ut illum ſanare aſſerens, ſciendum detentionem ſpiritus ideo ſanare oſcitationes, quod ob cohibitam nimirum reſpirationem calor auctus in omnes anguſtos corporis meatus penetret, atq; adeò craſſum ac uaporoſum ſpiritum in muſculis detentũ extenuet ac diſſoluat. Porrò quod ad alteram huius ſententiæ partem attinet, nihil aliud innuere uult Hippocrates, niſi quod breuis ſpiratio ſit eorum, qui nihil aut uix bibunt medicatoria. Quum uero non omnino certum ſit, quid per eos qui nõ aut uix bibunt intellexerit, fit ut duplicem quoque interpretationem pars illa accipiat. Sunt enim qui non bibentes ab Hippocrate dici phreniticos putent, quod illi exiguo admodũ potu utantur: ſuæq; ſententiæ teſtes habent in primis Hippocratẽ, qui lib. primo prænotionum in eum ſcribit modum: οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται. *id eſt: Phrenitici potu modico utuntur. Dein etiam Galenum, qui libro quinto cap. tertio de affe. locis ſic de phreniticis ait:* ἀλλὰ καὶ βραχυπόται πάντες εἰσὶν οὗτοι, ϗ μέγα ϗ

Cur ſpiritus detentio ſanet oſcitationem.

Altera huius ſententiæ pars.

Non bibẽtes qui.

A μέγα καὶ ἀραιὸν ἀναπνέουσι. quod eſt: Atqui omnes illi exiguo potu utuntur, ſpiratio quoq; his magna & rara. Si itaq; per non bibentes phreniticos intelligamus, tum certe ſenſus uerborum Hippocratis is erit, breuem ſpirationem notam eſſe medicatoriam eorum qui nihil aut parum bibunt. Si enim rara ſpiratio phrenitidem præſentem aut futurã paulò poſt portendit, manifeſtiſsimum erit breuem, hoc eſt, crebram & frequentem eiuſdem notam eſſe medicatoriã, quia affectum iam ad contrarium mutatum eſſe ſignificat. Mirum uero uidebitur nonnullis cur phrenitici dicti ſint βραχυπόται, hoc eſt, exiguo potu utentes, cum tamen conſtet illos ob calidum & ſiccum affectum, quem etiam lingua præ multa ſiccitate arida abunde monſtrat, ſitibundos admodum eſſe. Exiguo ſanè potu utuntur phrenitici, nõ quod non ſitiant, ſed quod bibere, quod illis mens ægrotet, obliuiſcantur, atq; adeò ſitim, quæ etſi maxima ſit, nõ ſentiant. Hinc lib. ſecundo aph. ſexto in hunc modum ſcriptum reliquit: ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων μὴ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσεῖ. id eſt: Quicunq; parte aliqua dolentes, dolorem ipſum magna ex parte non ſentiunt, his mens ægrotat. Non deſunt qui per eos qui nõ bibunt accipi uelint illos, quibus ea quæ circa cor & pulmonem exiſtunt, refrigerata ſunt. Nam & hos ipſos modico potu uti euidentiſsimum eſt. Et ita ſanè breuis ſpiratio non ſolum nota, ſed etiam cauſa
B medicatoria erit: id quod plenius explicat Galenus libro tertio περὶ δυσπνοίας, in hunc modum ſcribens: ἐν δ' αὖ τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις πίνουσιν ἡ βραχύπνοια, τοῦτο δ' οὐκέτι σαφῶς, ἀλλ' ἤδη συμβολικωτέροις εἴρηται. πότερον γὰρ τοὺς φρενιτικοὺς ἡγητέον ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι νῦν, ὅτι καὶ δι' ἄλλων εἶπεν, οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καταπλησσόμενοι τρομώδεες, μᾶλλον ἢ οἷς κατέψυκται τὰ περὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν καρδίαν, ὡς ἀναπνεῖν τε ἅμα διὰ μακροῦ, καὶ ψυχρὸν ἐκπνεῖν. εἰσαγομένη γὰρ ἐξ ἀμφοῖν ἡ βραχύπνοια σημεῖον ἰατρικόν. ἐπὶ δὲ τῶν κατεψυγμένων οὐ σημεῖον μόνον, ἀλλὰ καὶ αἴτιον. ὡς γὰρ ἡ κατάληψις τοῦ πνεύματος ἐκκενοῦν ἠδύνατο τὰ περιττά, καὶ διὰ τοῦτο ταύτην ἐπὶ τῶν ληξόντων τε καὶ χασμωμένων πολλά, καὶ σκορδινωμένων, καὶ συντόνως γεγυμνασμένων παραλαμβανομένην, οὕτως ἡ συνεχὴς ἀναπνοὴ ῥιπίσαι τε ἅμα καὶ ἐκθερμᾶναι τὰ κατεψυγμένα δυνήσεται. hoc eſt: Illud uero, in non bibentibus & uix bibentibus breuis ſpiratio, minime aperte, ſed coniecturaliter dictum eſt, num ſcilicet phreniticos ab ipſo nunc ſignificari putandum ſit, eo quod alibi dixerit, phrenitici modico utuntur potu, ſtrepitum tremebundi trepidant: aut eos potius quibus quæ circa cor & pulmonem refrigerata ſunt, quod ſimul per multa interualla reſpirent, frigidumq; exhalent. Breuis enim introducta ſpiratio utriſq; nota eſt medicatoria. In refrigeratis uero nõ ſo-

A rès fiunt: ea uero quæ à ſuperioribus deorſum decumbunt, non item. Attamen anginæ rubores, & laterum dolores fiunt ſecundũ rectum. Contemplandum quoque num ea quæ infra iecur ex ſuperioribus diſtributa ſunt, ueluti in teſtes & uarices, ſecundum rectitudinem fiant. Speculanda hæc, quô, unde, & quamobrem abſcedant.

Quod naturæ in expellendis redundantijs motus, num ſcilicet in rectum aut contrà fiat, diligenter à medico conſiderandus ſit, hac ſententia Hippocrates monet. In rectum uero dici intellige, quod Hippocrates κατ' ἴξιν nominat, de cuius ſignificatione plura parte prima diximus. Non autem temerè rectitudinem in expulſione ſuperuacuorum conſiderandam eſſe hortatur: nam quandocunque in rectum natura redundantias corporis expellit, tum is motus naturæ fortitudinẽ, quæ uniuerſa ſuperuacua in locum è directo poſitum repoſuerit, miramque redundantiarum paucitatem portendit, ideoque hoc nomine optimus exiſtit. Qui uero ex aduerſo fit, malus propterea eſt, quod facultatem debilem, nec ritè ſe à ſuperuacuis expurgantem, illorumque magnã copiam ſignificat. Quum uero nunquam nõ natura in rectum ſuperuacua ſua expellere conetur, debet certe medicus hanc, utpote cuius miniſter eſt, in ſuis euacuationibus imitari. Neque enim euacuationi locus alius cõmodior eſt,
B *quàm qui uicinus exiſtit, & ſecundum rectum procedit: id quod in euacuatione quæ per uenæ ſectionem fit, euidentiſſimum eſt, quemadmodum Galenus in libro de conſtitutione artis medicæ ijs confirmat uerbis:* ἡ γὰρ τῶν ἐγγυτάτων τε καὶ κοινῶν τῷ πεπονθότι μορίῳ φλεβῶν κένωσις ἀείστη τε καὶ ῥάστη. *quod eſt: Optima nanque & facillima eſt euacuatio, quæ per proximas, & affectæ parti communes uenas fieri ſolet. Non eſt uero quod in iudicationibus duntaxat morborum, hunc naturæ motum qui fit in rectum conſideremus, ſed etiam in ipſis morbis, num ſcilicet ob redundantias quæ à membris quæ è directo partem affectã reſpiciũt decubuerunt, procreati ſint. Hinc eſt quod de utriſque hic mentionẽ faciat Hippocrates. Primo enim aliqua morborũ genera quæ in directum fiunt recenſet, dein etiam de motu naturæ, quem in iudicando morbo natura efficit, exemplum refert. Inter morbos itaque qui in rectum fiunt, hoc eſt, qui generantur propter redundantias quæ ex partibus in rectum ſitis procumbunt, laterũ dolorem enumerat Hippocrates. Vnde certe colligere licebit eius curationẽ nullam eſſe cõmodiorem, quàm eam quæ fit per eius uenæ ſectionem quæ in rectum eſt. Si enim natura, ex partibus quæ è directo poſitæ ſunt, in affectum latus redundantias detrudit, debet certe ex eodem latere quod redundat educi, quod ita illorum uacuatio commodiſſime fiat. Hinc eſt quod alibi moneat Hippocrates:* ἃ δεῖ ἄγειν, ταύτῃ ἄγειν ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις διὰ τῶν ξυμφερόντων.

In rectum.

Aph. 5.

Rectitudo cur conſideranda.

Morbi qui in rectum fiunt.

1. aph. 21.

hoc eſt: Quæ uacuanda ſunt, eô duci debent, quô maxime natura commode C
tendit, per loca congrua. De qua re plura in lib. ſecundo cap. quarto noſtrorum paradoxorum offendes. Inter morbos etiam qui in rectum fiunt, ſunt diſtentiones præcordiorum, & lienis tumores. Quod iterum bifariam intelligere poteris, ut ſcilicet ex alijs partibus è directo poſitis male affectis, in præcordia & lienem noxia ac ſuperuacua protrudãtur: aut ut illa potius ex ſeipſis in alias quaſdã partes in rectũ ſitas, ſuas reponant redundantias: nam utrunq; fieri poteſt. Talia quoq; ſunt quæ in aures & oculos decumbunt: haud enim aliter quàm prædictæ partes uel ab alijs ſuſcipiunt, uel in alias protrudunt ſuperuacua. Quod uero motus naturæ in rectum factus ſit bonus, Hippocrates exemplo eruptionis ſanguinis ex naribus monſtrat. Ea enim ſemper in morborum iudicationibus optima exiſtit, ubi in rectum fit. Cuius rei locupletiſſimus teſtis eſt Galenus, lib. tertio de iudicationibus, cap. ultimo, ubi præcordiorũ diſtentiones proprium ſignum ſanguinis fluxus ex naribus eſſe docens, inter cætera ſic inquit: εἰ δὲ τὸ μὲν ἀνάπαλιν αἱμοῤῥαγεῖν οὐκ ἀγαθόν ἐστιν, τὸ δὲ κατ' ἴξιν ἀγαθὸν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει, καὶ ἡ πεῖρα διδάσκει. ῥᾷστον ἤδη σοι τὸν αἱμοῤῥαγήσοντα προειπεῖν μυκτῆρα, ἀφορμὴν τῆς αἱμοῤῥαγίας εὑρόντα. δεξιὸν μὲν γὰρ ὑποχόνδριον, ἐκ δεξιοῦ μυκτῆρος ἀγαθὴν ἐπιφέρει τὴν κρίσιν, ἀριστερὸν δὲ D ἐξ ἀριστεροῦ. *id eſt: Quod ſi ex contrario ſanguinem erumpere minime bonum exiſtit, è directo uero bonum, quemadmodum Hippocrates ait, & experientia docet, facillimum tibi & narem unde profluxurus eſt ſanguis, prædicere, ubi cauſam eruptionis ſanguinis inueneris. Dextrum enim præcordium ex dextra nare bonam iudicationem affert, ſiniſtrum uero ex ſiniſtra. Ex quibus ſanè uerbis ſatis liquet, præcordia diſtenta ſe à ſuis redundantijs ſecundũ rectitudinẽ exonerare, dum illas ad alias partes protrudunt. Quod uero idem contingat in lienis tumoribus, teſtatur etiam Galenus lib. eodem cap. tertio, in hunc modum ſcribens:* λύουσι δ' ἱκανῶς καὶ τὰς τοῦ ἥπατος καὶ τὰς τοῦ σπληνὸς φλεγμονὰς αἱμοῤῥαγίαι διὰ ῥινῶν, ἐπειδὰν ἅμα πυρετοῖς ὀξέσι φλεγμαίνῃ τὰ σπλάγχνα. καὶ πάσας δὲ τὰς καθ' ὑποχόνδρια φλεγμονὰς τὰς θερμὰς καὶ ὀξείας, ἡ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγία κρίνει. χρὴ δὲ καὶ κατ' εὐθυωρίαν αἱμοῤῥαγεῖν, ἐκ δεξιοῦ μὲν μυκτῆρος ἐφ' ἥπατί τε, καὶ τοῖς κατὰ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον. ἐξ ἀριστεροῦ δὲ ἐπί τε σπληνὶ καὶ τοῖς ταύτῃ μορίοις. *quod eſt: Soluunt uero abunde iecinoris & lienis inflammationes ſanguinis ex naribus profluuia, ubi hæc uiſcera unà cum acutis febribus inflammatione laborauerint. Omnes præterea quæ iuxta præcordia fiunt calidas & acutas inflammationes, fluxus ſanguinis narium iudicat. Oportet uero in rectum erumpere ſanguinem, ex dextra quidem nare, iecore &*

Motus naturæ in rectum factus, bonus.

A *core & locis quæ iuxta dextrum præcordiũ ſunt affectis. Ex ſiniſtro autem, ſi in liene & quæ ibidem ſunt partibus inflammatio fuerit. Porrò cum non parum referat ſcire in morborum tranſmutationibus, num naturæ motus in* Morborũ tranſmutationes conſiderandæ. *rectum fiat aut contrà, non ab re hic admonet medicum Hippocrates, quo cõſideret, an omnes ab uno ad aliud membrum morborum tranſmutationes per directũ fiant, an illæ tantum quæ ab inferioribus ſurſum fiunt, ueluti ad oculos, aures & maxillas: aliæ autẽ quæ à ſuperioribus deorſum fiunt, nõ item. Quibus utiq; uerbis inſinuare uidetur Hippocrates, morborum tranſmutationes quæ ſurſum fiunt, plerunq; ſecundum rectitudinem contingere: eas autem quæ à ſupernis deorſum, potius in contrarium. De tranſmutatione ab inferioribus ad ſuperiora, exemplum habes præcordiorum diſtentorum, & lienis tumidi: utrarunq; enim partium morbos ſanguinis ex naribus per directum factum profluuium finit. Non autem ſemper tranſmutationem à ſuperioribus ad inferiora in directum fieri, exemplo exiſtit anginæ in pleuri* Pleuritis in rectum fit. *tidem tranſmutatio: hæc enim etſi à ſupernis deorſum fiat, in directum tamen nunquam non fieri ſolet. Ideoq; pulchre quæ iam dicuntur, cum iis quæ antea dicta ſunt quadrant, nimirum in rectum dolorem laterum fieri. Quod ſi itaq; in dextra colli parte angina fuerit, in morbi tranſmutatione dextrum latus*

B *pleuritis corripiet: & è regione. Et ut obiter id etiam dicamus, anginam non ſimpliciter proprio ſuo nomine* συνάγχην, *ſed* συναγχικὰ ἐρυθήματα, συναγχικὰ ἐρυθήματα. *id eſt, anginæ rubores, à colore nimirum uocauit. Angina enim ruborem in faucibus excitat, ut in præſagiis etiam teſtatur Hippocrates, ubi ita ſcriptum reliquit:* ὁκόσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, 3.Præſag.19. ἐπαίρονται δὲ καὶ ἐν τῇ φάρυγγι ἐρυθήματα ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα. *hoc eſt: Quæcunq; uero in reliquis quidem ſimilem dolorem affert, attollitur autem, ruboremq; in faucibus efficit, admodum exitioſa eſt. Hactenus itaq; Hippocrates de morborũ tranſmutatione & naturæ motu, qui ab hepate ad caput uſq; ſurſum, et è regione à capite ad hepar uſq; deorſum fit, uerba fecit. Nunc de iis quæ infra iecur ſunt ſermonẽ habiturus, ſic inquit: Cõtemplandũ num ea quæ ex ſuperioribus in partes quæ infra iecur ſunt diſtribuuntur, uerbi gratia, in teſtes, uarices, & pedes, ſemper in rectũ fiant. Statuit itaq;* Quæ hoc in loco partes corporis ſuperiores. *Hippocrates iecur omnium ſuperiorum & inferiorum corporis partium terminum, adeò ut illud ſit in medio omnium illarum collocatum. Quæcunq; ergo corporis partes ſupra iecur ſunt, ſuperiores hac ratione dicuntur: quæ uero infra, inferiores. Sunt uero inuicem collatæ hæ magis ſuperiores aut inferiores, illæ uero minus. Proinde interdum fit ut id quod iecoris reſpectu ſuperius eſt, ad aliud quod illo magis ſuperius eſt conferentes, inferius nominemus: & contrà, quod collatum ad iecur inferius eſt, ad id quod illi magis in-*

ſerius eſt comparantes, ſuperius appellemus. Hoc autem loco, ut diximus, C

Rectitudo non in omnibus agnoſci poteſt.

ſuperiora accipe eſſe ea quæ ſupra iecur ſunt. Quamuis autem difficile ſit in omnibus agnoſcere rectitudinem, ueluti cum uarices inſaniam ſanant, non facile num in dextris cerebri partibus affectus fuerit, aut in ſiniſtris, diſcernere licebit: haud aliter quàm ſi diutina tuſsi laborantibus, abſceſſus in teſtibus fiat, non facile utra pulmonis pars affecta fuerit ſciri poteſt, attamen nihilominus ea in re perdiſcenda diligentē eſſe medicum uult Hippocrates, ut ſcilicet ſcire poſſit meliores eſſe ſemper abſceſſus qui in rectum fiunt. Duplici autem ratione hic uaricum & teſtium exemplo utitur. Vna, ut indicet hæc duo membra magnā cum ſuperioribus habere cōmunitatem, quam Hippocrates quoq; in libro ſecundo Epidemiωn ſect. prima iis uerbis innuit: βῆχες χρόνιαι ὀρχιος οἰδήσαντος παύονται, ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων, ὑπόμνημα κοινωνίης, στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς. *quod eſt: Teſtibus tumentibus diuturnæ tuſſes ſedantur, teſteſq; tumentes à tuſsi mitigantur, id quod memoriam ſuggerit ac commonet cōmunitatis, pectoris, mammarum, genitalium ac uocis. Et in finè quarti Epidemiωn ſic dicens:* ὡς βὴξ ἡ ξηρὰ ἐς τοὺς ὄρχιας, καὶ ἐκ τῶν βηχέων ἐς ὄρχιν λύεται. *id eſt: Præterea tuſsis ſicca in teſtes abſcedit, & quæ ad teſtes abſceſſerunt ex tuſſe ſoluuntur. Quod uero & uarices cōmunitatem quandam cum capite obtineant, in aphoriſmis* D

Cur uaricum & teſtiū meminerit

6. aph. 21. *etiam Hippocrates ſic ſcribens inſinuat:* τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις. *hoc eſt: Si uarices inſanientibus ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit. Altera uero ratio cur exemplo utatur teſtium & uaricum, eſt, ut innuat meliores eſſe abſceſſus, qui in partibus his quæ infra iecur exiſtunt, fieri ſolent. Vt plurimum enim abſceſſus partium ſuperiorū atrociores ſunt iis qui in inferioribus fiunt, quod ſuperioribus partes inferiores ignobiliores ſint. Proinde ſiue cerebrū, ſiue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor inflammatione laborauerit, letalis fit morbus. Quod ſi uero ea quæ infra iecur ſunt inflammatione tentari contingat, tum pauci admodum, maxime ſi probè curati fuerint, intereunt. Hinc eſt quod in Epidemiis ſcriptum reliquerit:*

2. Epid. ſect. 1. χρησταὶ δὲ ἀποστάσιες αἱ κάτω τῆς νόσου, οἷον κιρσοί. ἄρισται δὲ μάλιστα αἱ κάτω, καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης, καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νούσου. *quod eſt: Abſceſſus illi boni qui infra morbum fiunt, ueluti uarices. Optimi uero potiſsimū hi ſunt, qui infra & infimè uentrem, & quamlongiſsime à morbo accidunt. Cæterum in fine huius ſententiæ, quo medicum attentum reddat Hippocrates, uti in expellendis ſuperuacuis diligenter naturæ motum iu rectūm ne fiat aut cōtrà, obſeruet, ita inquit: Speculandum quò, hoc eſt, ad quem locum abſcedant: nam conſultius eſt à ſupernis ad inferna decumbere ſuperuacua, quàm contrà. Obſeruandum etiam unde, id eſt,*

Quo.

Vnde.

A *id eſt, ex quo loco abſcedant: à nobiliore enim membro ad ignobilius procumbere redundantias præſtat, quàm ab ignobili ad aliquod quod principatum in corpore obtinet. Expendere denique oportet, ob quam cauſam abſcedant. Melius enim eſt ut natura ipſa poſt morbi concoctionẽ, quàm ut moleſtans quiſpiam ac incoctus, & de una parte in aliam confluens humor, abſceſſum faciat. Hæc itaq; omnia ſi medicus accurata opera perſcrutatus fuerit, facile naturæ motum, abſceſſusq; bonitatem & malitiam ſcire poterit. Caluus elegantem hanc, & neceſſariam Hippocratis ſententiam, ſua illa monſtroſiſſima uerſione ita obſcurauit, ut nemo utcunq; oculatus fuerit, illam aſſequi poſſit: & ſcio Caluũ ipſum neſcire quid dixerit. Tanta tamen hominis illius impudentia fuit, ut quicquid potius quod in buccam ueniſſet dicere, quàm ab inſtituto recedere maluerit. Proinde factum eſt ut monſtroſum & innumeris uulneribus confoſſum, ac planè modis omnibus mutilum, nobis pro genuino & integro exhibuerit Hippocratem.* Quamobrem.

APHORISMVS VIII.

Quum uenæ temporum non quieſcunt, neq; color ſplendidus eſt, & ſpiritus deficit, tuſſis quoq; ſicca, & non ferina, tunc in articulis ut firmetur morbus expectare oportet, idque in rectum ut plurimum diſtentionum quæ ſecundum uentrem ſunt. Plurimi uero horum ha-
B bent faciem rubicundiorem, præſertim qui natura candidiores ſunt, & quibus ſanguis ex naribus non profluxit, aut parum profluxit. Si enim quid eorum quæ profluunt intus relinquitur, tum ad abſceſſum morbus promptus eſt. Eam itaq; ob cauſam ſitis deſiderium, oris ſiccitas, ac inſuauitas, cibique faſtidium remanet. Febres quoq; non acutæ eiuſmodi ſunt, recidiuas enim minantur.

Hippoc. hoc loco notas quibus abſceſſum in articulis futurũ deprehendere licebit percenſet, & primum omnium eas affert, quæ non tantũ abſceſſus in articulos, ſed alias quoq; iudicationes paulò poſt futuras ſignificare poſſunt. Prima autẽ eſt, ſi uenæ quæ ſunt in temporibus nõ quieſcunt, ſed continuò pulſant. Sic Galenus lib. primo artis curatiuæ ad Glauconẽ, inter futuræ iudicationis ſigna uenas temporũ pulſantes cõnumerat, dum inquit: εἰ γὰρ σφύζοιεν αἱ ἐν τοῖς κροτάφοις φλέβες, τὴν κρίσιν μᾶλλον ἐλπίζειν. *quod eſt: Nam ſi uenæ quæ in temporibus ſunt pulſant, magis etiam iudicationẽ expectabis. Ita Paulus quoq; Aegineta lib. ſecundo, cap. nono, uenas in temporibus pulſantes, inter notas futuræ iudicationis percenſet. Altera nota qua futuram iudicationẽ deprehendere licet, eſt ubi color nõ eſt ſplendidus, hoc eſt, plurimũ mutatus ab eo qui ſecundũ naturã fuit. Neq; enim* χλώρασμα οὐ λαμπρὸν *hoc loco aliud niſi colorem non elegantem, aut pulchre ſplendentem ſignificat, qualis certe eſt is qui minime naturalis eſt. Quemadmodum enim color fa-*

Signa indicationis futuræ.

Venæ temporum pulſantes.

Color non ſplendidus. χλώρασμα.

ciei, præſertim dum recte ualemus, ſplendidus eſſe ſolet: ita cum ægrotamus, C
& potiſsimum ubi iudicatiò inſtat, minime elegans, ſed pallidus potius aut liuidus exiſtit. Proinde χλώρασμα *uox, teſte etiam Galeno, idem quod* χρῶμα *aut* χροία, *quorum utrunq; Latinis color eſt, in præſentia denotat: adeò ut Caluus uehementer errauerit, quod dictionem prædictam luteum interpretatus ſit. Quod uero prædictæ notæ ante abſceſſus etiam appareant, teſtatur in quarto Epidemiωn lib. Hippocrates, ſic ſcribens:* αἱ ἀποστάσιες οἷσιν ὑπόστροφαι, φλέβες κροτάφων, καὶ συμπλώσιες, καὶ χροιῶν μεταβολαὶ πρὸ τῶν κρισίων. *In quibus ſanè uerbis, etſi aliquid deeſſe uideatur, is tamen ſine controuerſia illorum ſenſus erit: Quibus per abſceſſus recidiuæ fiunt, iis ante iudicationem uenæ temporum pulſant* (σφύζουσιν *deeſſe arbitror) & collabuntur, coloresq; permutantur. Tertia nota eſt, ſi ſpiritus deficit & intus concluditur, id quod in ſpirandi difficultate contingere uidemus. Sic Galenus loco paulò ante citato ſpirandi quoq; difficultatem inter ea ſigna quæ futurã iudicationem portendunt, connumerat: id quod etiam facit lib. tertio, cap. xi. de criſibus. Ideo autem tria hæc quæ ordine à nobis memorata ſunt, futuræ iudicationis ſigna exiſtunt, quod natiui caloris ad interiora motum, atq; adeò pugnam naturæ contra morbum ſignificent. In qua nimirũ pugna nihil mirum ſalire ac uehementer pulſare tempora, colorẽ* D
etiã immutari, & difficilem fieri ſpirationem, cum itidem etiam inter initia acceſsionũ quæ in febribus accidunt, fieri uideamus. Tum autem prædicta iam ſigna morbũ per abſceſſum potiſsimũ iudicari portendunt, quando unà tuſsis ſicca, & nõ ferina aderit. Tuſſem uero ſiccam conſueto more ab eo dici intelligas, in qua nihil expuitur. Hanc autem ubi in morbis remanſerit, futuros in articulis abſceſſus ſignificare alibi quoq; monſtrauit, ſic ſcribens: ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι βῆχες ξηραὶ γίνονται, αἱ δὲ ἄρθρα στηρίζουσιν ξὺν πυρετῷ ἢν ἐγκαταλίπωνται. *quod eſt: In febribus laſsitudinem habentibus tuſſes ſiccæ fiunt, quæ ſi cum febre remanſerunt, in articulos firmantur. Cur autem tuſsis ſicca per abſceſſum morbũ iudicari ſignificet, nulla alia ratio eſt niſi quod ex craſsiore frigidioreq; materia quæ excreari nõ poteſt, morbus iſte cõſiſtat. Cum enim nihil excreatur, uerum uniuerſa materia cruda in iis quæ ſunt circa thoracem et pulmonẽ partibus permanet, neceſſariò abſceſſus circa articulos, ut quorũ amplitudo decumbentes fluxiones facile recipere poſſit, eorundem etiã motione cõtinua nõnihil adhoc promouente, expectabũtur. Eueniunt itaq; abſceſſus ubi tuſsis ſicca fuerit, quoniã crudos & minime coctos humores præ ſe fert. Si quid uero expuitur, tum minime abſceſſus expectandi erunt, potiſsimũ ubi quod expuitur craſſum fuerit. Porrò tuſsis ſicca tũ maxime futuros nunciabit abſceſſus, quãdo μὴ θηριώδης, hoc eſt, ut Gal. inte-*

Spirandi difficultas.

Tuſsis ſicca.

7. part. 6. Epid. 13

Quare tuſsis ſicca abſceſſus ſignificet.

Tuſsis nõ ferina.

A *interpretatur, μὴ καλοήθως, id eſt, nõ maligna fuerit. Maligna ſiquidẽ nullum generabit abſceſſum, ſed ægrum antequã abſceſſus in articulis firmetur, interimet. Præterea cum abſceſſus in articulis futuros ſperamus, tum diſtentiones quæ ſecundum uentrem ſunt conſiderare oportet. Nam ex illis, num in dextra aut ſiniſtra corporis parte abſceſſus futuri ſint, deprehendere poterimus. Diſtentiones enim ipſæ in rectũ illarũ partiũ in quibus ſunt, futuros eſſe abſceſſus nunciabunt. Quapropter ſi in dextra parte uentris diſtentiones fuerint, in eadem etiã parte futuros abſceſſus pronunciabimus. Pergit deinceps Hippoc. in enumerandis futuræ iudicationis per abſceſſus notis, et ait: Plurimi uero eorum in quibus iam memorata ſigna apparent, faciem habent admodũ rubeam, id quod maxime contingit ubi futurũ eſt ut poſt aures materia decumbat. Sciendum tamen apud Hippoc. ἐξέρυθρα tantũ dictionem legi: nos uero, ut magis dilucida fieret ſententia, faciẽ adiecimus, ita etiã monente Galeno, qui πρόσωπα hoc loco ſubaudiendũ eſſe dicit. πρόσωπον autem, Iulio polluce teſte, ſignificat quicquid fronti ſubeſt: quapropter oculos, naſum, genas, os, ac mentum ea dictio complectitur. Caluus hic non ſine magno errore ad uniuerſum corpus tranſtulit, quod de una tantum eius parte ab Hippoc. dictum eſt. Atqui more ſuo facit, hoc eſt, nihil non peruertit. Fa*

Diſtentiones uentris cõſideradæ

πρόσωπον.

B *ciem uero rubidiorẽ futuræ iudicationis notam eſſe, Galenus etiã lib. primo de curatione ad Glauconem, iis inſinuat uerbis:* ἐπιβλέπειν χρὴ τὸ πρόσωπον τοῦ νοσοῦντος. εἰ γὰρ καὶ πάλλοιτό τι τῶν ἑαυτοῦ μορίων, ἢ σφύζοιεν αἱ ἐν τοῖς κροτάφοις φλέβες, ἢ μῆλον, ἢ ῥίς, ἢ ὀφθαλμὸς ἐρυθρότερα γίγνοιντο, τὴν κρίσιν μᾶλλον ἐλπίζειν. *quod eſt: Faciem ægrotantis intueri oportet: ſi enim aliqua in ea pars ſalit, aut uenæ quæ in temporibus ſunt pulſant, aut genæ, uel naſus, uel oculus rubidior factus fuerit, magis etiã iudicationẽ expectare oportet. Galeno ſubſcribit Paulus Aegineta, qui libro ſecundo cap. nono ita ſcriptum reliquit: Nam præter ea quæ iam nobis ſunt expoſita, etiam ægrotantis facies intuenda eſt. Nam ſi qua partiũ ipſius palpitet, aut uenæ in temporibus pulſent, aut gena, aut naſus, aut oculus rubicundior appareat, maior ſpes uacuationis per ſuperiora futuræ ſubeſt. Porrò ii præſertim per morbos faciẽ rubicundiorẽ habẽt, qui cæteris natura magis albi ſunt: in eiuſmodi enim corporibus nõ ſanguinis tantum, ſed & alii diuerſæ naturæ humorũ colores accedentes, cõfeſtim ſeſe in facie manifeſtant. In nigris autem natura hominibus, utcunq; etiã ſanguis abundet, nullã tamen aperte in facie notam exhibet. Hinc rectè ab Hippoc. dictũ eſt, iis morbũ per abſceſſum iudicari, qui faciem rubicundiorẽ habent. Id certe quod uerũ eſt, ſi ſanguinis ex naribus profluuiũ haud præuenerit. Nam cum rubicundior facies ſanguinis ex naribus profluuiũ potius quàm abſceſſum portendat, ut teſtatur Gal. lib.*

Quibus potiſſimum facies rubicunda.

Quãdo facies rubicunda, abſceſſus futuros prænunciet.

tertio de criſibus, ita inter alia profluuij ſanguinis ex naribus ſigna ſcribens: C
καὶ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐρυθροὶ φαίνονται (σὺν τοῖς μήλοις ἐνίοτε, καὶ ταῖς ῥισίν.
quod ſcilicet ad illam ſuperuacui ſanguinis copiam ferri præ ſe ferat, nihil mirum ſi ſanguis redundans, ſatis ſuperq; è naribus profluxerit, non ſubſecuturos in articulis abſceſſus. Quod ſi uero ex naribus nihil omnino ſanguinis, aut parum ſaltem, nec quantũ pro morbi ac humoris noxij redundantia opus erat profluxerit, tum ſubſecuturũ eſſe paulò poſt abſceſſum ſperare oportet. Nam id quod in corpore poſt imperfectam aut planè nullam ſanguinis ex naribus eruptionem relictum eſt, abſceſſuũ cauſa erit. Id quod Hippocrates

ἐγκαταλείπεται. per hoc uerbum ἐγκαταλείπεται exprimere uoluit, quod relinquitur, aut in corpore concluditur, ſignificat. Neceſſe ſiquidem id quod in corpore poſt imperfectam iudicationem remanet, tandem per abſceſſum aliquem expurgari. Nihil autem mirum Hippocratem qui librum hunc non in eo ut æderet ſcripſit, & hic conſuetam obſeruaſſe breuitatẽ, ac dixiſſe, ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκα-

ἕτοιμον. ταλείπεται, ἕτοιμον. id eſt, ſi quid eorum quæ profluunt intus remanet, promptus: nam ſubaudiendum erit Galeno etiam teſte, τὸ νόσημα πρὸς ἀπόστασιν, id quod nos etiam in noſtra uerſione adiecimus, dicentes, morbus

Imperfectæ iudicationis notæ. ad abſceſſum, ut ſcilicet integra eſſet ſententia. Cæterũ ut medicus notis etiã quibuſdam aliquid intus remanſiſſe, & imperfectam fuiſſe iudicationẽ agno D
ſcere poßit, pergit iam Hippocrates, et propriβima indicia quæ morboſum affectum relictum monſtrare ſolent, cõmemorat, ſic dicens: Quandoquidem humores noxij ac morbum facientes non perfecte expurgati ſunt per ſanguinis narium profluuiũ, ſed reliquiæ nonnullæ remanſerunt, ideo ſymptomata etiam quædam remanent, ex quorum numero eſt deſiderium ſitis, oris ſicci-

ἀποσιτία. tas, ac inſuauitas, cibiq; faſtidium, quod ἀποσιτία Græcis dicitur. Febres

Febres nõ acutæ quoq; non acutæ tales ſunt, quæ imperfectam fuiſſe iudicationem monſtrant, atq; adeò recidiuã ac futuros abſceſſus minantur. Neq; temerè adiectum eſt, non acutæ: nam acutæ febres citò iudicantur, & per iudicationem ſemel factã perfectam obtinent ſolutionem. Contrà non acutæ diuturnæ ſunt, deficientemq; ſeu imperfectã ſolutionem faciunt, ob id deinceps reuertuntur, ac per alteram excretionem abſceſſus, perfectam nanciſcuntur ſolutionem. Quod autem ad paulò ante memorata ſigna attinet, indubitatum eſt illa ubi aderint malum portendere: ſi uero antea adfuerunt, iam autem deſierunt, bonum. Te

2. Præſag. 63. ſtis eius rei Hippocrates, qui in præſagijs ita ſcriptum reliquit: περιγίνον-
ται δὲ τουτέων μάλιστα μὲν, οὓς ἂν ἀφῇ ὁ πυρετὸς ἀνθημερὸν μετὰ ῥῆξιν,
καὶ σιτίων ταχέως ἐπιθυμέωσι, καὶ δίψης ἐπηλλαγμένοι ἔωσι. ἀπόλλυν-
ται δὲ οἷσιν ὅτε πυρετὸς μὴ ἀφείη, δοκέων αὐτέους ἀφιέναι αὖθις
φαίνηται ἀναθερμαινόμενος, καὶ δίψαν μὲν ἔχωσι, σιτίων δὲ μὴ ἐπιθυμέωσι.
hoc eſt:

A *hoc eſt: Hi potiſſimum ſuperſunt, quos febris eodem poſt eruptionem die dimiſerit, & cibum confeſtim appetunt, & ſitis deſinit. Pereunt autem illi quos febris haud dimiſit: aut ſi quos dimiſiſſe uidetur rurſus calefacit, & ſi ſitim habuerint, cibumq́; faſtidiant. In aphoriſmis quoq; cibi faſtidium in* 7.aph.6. *morbis diuturnis iis uerbis damnat,* ἐν νούσῳ πολυχρονίῃ ἀποσιτίη κακόν. *Solet enim his qui à talibus morbis euaſuri ſunt, uehemens ciborum appetentia oboriri, adeò ut faſtidium cibi, ſitis uehemens, oris inſuauitas, febrisq́;, noxiorum humorũ reliquias haud exiguas in corpore relictas eſſe monſtrent.*

APHORISMVS IX.

Quæ relinquuntur à iudicatione, faciunt recidiuã. Primum itaq; tumor lienis accidit, niſi in articulos procumbãt, aut ſanguis ex naribus erumpat: uel dextri præcordij diſtentio, niſi urina affatim promanauerit. Nam hæc utrorunq; eſt interceptio, ut meritò recidiuæ fiant. Abſceſſus igitur eorundem nondum factos, fieri oportet, factos uero declinare. Eos quoq; qui tales ſunt quales eſſe expedit, & ad quem locum oportet tendunt, excipere conuenit. Quicunq; uero non ſufficienter proruperint, hos iuuare decet. Eos autem qui prorſus inutiles fuerint, maxime dum adhuc futuri ſunt, auertere conſultum erit. Si uero haud licebit, eos ſaltem qui paulò ante incœperunt auertere oportet.

B *Præcedenti ſententia notas quibus reliquias malorum humorum à morbis agnoſcere poterit medicus, recenſuit: nunc uero quid committant, edocet, dicens: Quæ per morbos à iudicatione relinquuntur, faciunt recidiuã. Quam certe ſententiã iis uerbis in aphoriſmis repetit:* τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τοῖσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφώδεα. *Intelligit itaq;, uti iam diximus, per ea quæ in morbis relinquuntur Hippocrates, noxiorum humorum* Relicta à morbis *in corpore reliquias: qui ſanè cum alieni à natura corporis in quo relinquuntur exiſtant, neq; natura etiam apti ſint ad eius nutritionem, neceſſariò recidiuas faciunt. Cum igitur accidit ut humorum reliquiæ in corpore remaneant, tum certe præcordiorum tumores ac diſtentiones mox apparent, adeò* Præcordiorum tumores. *ut meritò recidiuæ fiant, quandoquidem eiuſmodi præcordiorũ tentio atq; tumor ſi cum dolore fuerit, inflammationem aliquam adeſſe: ſin autem abſq; dolore, copiam ſaltem ſuperuacuorum portendit. Hinc nõ temerè in præſagiis ſcribit Hippocrates:* ὑποχόνδριον ἄριστον ἀνώδυνόν τε ἐὸν, καὶ μαλθακὸν, καὶ ὁμαλὸν, καὶ τὸ δεξιὸν καὶ τὸ ἀριστερόν. φλεγμαῖνον δὲ ἢ ὀδύνην παρέχον, ἢ ἐντεταμένον, ἢ ἀνωμάλως διακείμενα, τὰ δεξιὰ πρὸς τὰ ἀριστερὰ, ταῦτα πάντα φυλάσσεσθαι χρή. 1.Præſag.30. *quod eſt: Præcordium ſine dolore eſſe molle & æquale in dextra ac ſiniſtra parte, optimum. Inflammatũ uero aut dolet, aut intentum eſt, aut inæqualiter dextra ac ſiniſtra parte affectum. Hæc omnia animaduertere oportet. Proinde cum humorũ in cor-*

Quando lienis tumor fit. *pore noxiorum reliquiæ fuerint, tum neceſſe eſt uel primum lienis fieri tumorem, niſi eiuſmodi ſuperuacua in articulos procumbant, ac ibidem abſceſſum faciant. Fiunt uero abſceſſus uel in partibus infernis, uel ſupernis, ut Hippocrates in præſagijs monet, id quod notis quibuſdam deprehendere docet, nō tantum in ſecundo, uerumetiam tertio præſagiorum libro. Galenus quoque in tertio libro de criſibus, cap. ultimo, diligenter omnes has Hippocratis ſententias explicat, et quo pacto de abſceßibus omnibus ratiocinandū ſit, docet.* C

2. præſag. 66.

Hos itaq; locos diligens lector perluſtret, prolixum nanq; foret ſingula hic referre. A tumore quoq; liberum reddet lienem ſanguinis ex naribus profluuium. Sequetur autem tum potißimum, quum humores ad ſuperiora tendunt. Eſt autem peculiare ſignum fluxus ſanguinis ex naribus, præcordiorū tenſio: id quod Galenus loco iam citato ijs confirmat uerbis: ἴδιον δὲ τῶν αἱμοῤῥαγικῶν καὶ ἡ τῶν ὑποχονδρίων σύντασις οὐ μετ᾽ ὀδύνης. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τῆς ἄνω ῥοπῆς τοῦ αἵματος οὐ σμικρὸν γνώρισμα. *id eſt: Proprium uero ſignum ſanguinis ex naribus profluuiorum, eſt præcordiorum abſq; dolore tenſio. Nam & hoc non paruum indicium eſt ſanguinis ad ſuperiora tendentis. Si itaq; neq; abſceſſus, neq; profluuiū ſanguinis, lienis & ſiniſtri præcordij tumorem ſubſequentur, neceſſe eſt tumorem hunc neq; ſine dolore, neq; mollem eſſe, ſed durum, ac dolentem, atq; adeò maximum malum, hoc eſt, inflammationē portendere. Teſtis eſt Hippocrates, qui alibi hunc in modum* D

Sanguinis ex naribus profluuium. Præcordiorum tenſio.

1. Præſag. 33. *ſcribit:* οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον, κάκιστον μὲν, εἰ παρ᾽ ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἀκινδυνώτερόν ἐστιν ἐν τῷ ἐπ᾽ ἀριστερά. *quod eſt: Tumor in præcordio durus & dolens, peßimus quidem eſt ſi totum ſic affectum fuerit. Si uero altera tantum parte, in ſiniſtra minus periculoſum eſt. Hactenus Hippocrates.*

Dextri præcordij diſtentio. *Quod ſi uero ſiniſtrum præcordium, ubi noxiorum in corpore reliquiæ fuerint, non fit tumidum, tum dextri certe diſtentio conſequetur, & inflammabitur idipſum, niſi urina copioſe emanarit, aut ſanguis è naribus profluxerit.*

Vrina multa ab inflammatione liberat. *Nam ſi urina multa, & plurimam habens ſubſidentiam promanauerit, tum manifeſtum eſt quod ad ueſicam repat morbus, & per urinam prorſus expurgetur. Sic etiā fit ut in febribus aliquando ab abſceſſu liberet urina multa & craſſa, ut teſtatur alibi Hippocrates ita ſcribens:* ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχέως λύεται. *hoc eſt: Quibus ſpes eſt in articulis abſceſſum futurum, liberat ab abſceſſu urina copioſa, craſſa, & alba effecta, qualis in laborioſis febribus quarto die nonnullis fieri incipit. Si uero ſanguis quoque è naribus*

4. aph. 74.

eruperit,

A *eruperit, breui admodum ſolutio fit. Nihil itaq; mirum, multã urinam proflu*
entem dextrum præcordium ab inflammatione leuare, potiſsimum ſi in gibbo Gibba iecoris
iecoris affectus fuerit, cum is locus ad euacuationẽ ſibi à natura deſignatus per urinã ex
ſit. Cuius rei in primis teſtis eſt Galenus, qui xiij. ther. meth. ſic ſcriptum purgari.
reliquit: καθάπερ γὰρ τὰ σιμὰ διὰ τῆς γαστρὸς ἐκκενωτέον ἐστίν, οὕ-
τω τὰ κυρτὰ διὰ τῶν μετρίως οὐρητικῶν φαρμάκων. *quod eſt: Perinde*
enim ut iecoris caua per aluum purgãtur, ſic gibba eius per ea quæ mediocri
ter urinas mouent medicamenta. Porrò omiſit hoc loco, ubi de dextri præcor
dij tenſione agit Hippocrates, ſanguinis ex naribus profluuiũ, urinæ tan-
tum mentionẽ faciens, ſecutus in hoc priſca ſibiq; familiaris ſermonis compen-
dium, ſatis ex præcedentibus notum fieri arbitratus, & in dextri præcordij
diſtentionibus ſanguinis ex naribus fluorem conferre: maxime cum idipſum
in prognoſticis etiam ſic ſcribens de præcordiorũ tumoribus teſtatum reli-
querit: γίνεται δὲ τουτέοισιν ἐν τῇ πρώτῃ περιόδῳ καὶ αἵματος ῥῆξις ἐκ
τῶν ῥινῶν, καὶ κάρτα ὠφελέει. *id eſt: Accidit bis in primo circuitu ſangui*
nis è naribus profluuium, atq; admodum iuuat. Debet autem ſanguis recto In recto ſanguis
itinere fluere, nimirum ex dextra nare. Vt enim liene grandiore exiſtente, ex naribus pro
ex ſiniſtra nare ſanguinẽ fluere prodeſt: ita iecore diſtento, ex dextra ema- fluat.
B *nare omnium commodiſsimum eſt. Id quod confirmant ea quæ lib. tertio cap.*
ultimo de iudicijs in hunc ſcribit modum Gal. τὸ μὲν ἀνάπαλιν αἱμορραγεῖν
οὐκ ἀγαθόν ἐστιν, τὸ δὲ κατ᾽ ἴξιν ἀγαθόν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει, καὶ ἡ πεῖρα
διδάσκει. ῥᾶστον ἤδη σοι καὶ τὸν αἱμορραγήσοντα προειπεῖν μυκτῆρα,
ἀφορμὴν τῆς αἱμορραγίας εὑρόντα. δεξιὸν μὲν γὰρ ὑποχόνδριον ἐκ δε-
ξιοῦ μυκτῆρος ἀγαθὴν ἐπιφέρει τὴν κρίσιν, ἀριστερὸν δὲ ἐξ ἀριστεροῦ.
id eſt: E cõtrario ſanguinem fluere minus bonum eſt, in rectum uero bonũ:
id quod Hippocrates ait, & experientia docet. Iam facile tibi narem ex qua
fluxurus eſt ſanguis, prædicere, ubi cauſam eruptionis ſanguinis inueneris.
Dextrum enim præcordium ex dextra nare bonam iudicationem affert, ſini-
ſtrum ex ſiniſtra. Deinceps reddit Hippocrates rationem quare neceſſariò
recidiuæ fiant, ubi neq; abſceſſus circa articulos generantur, neque ſanguis
profluit ex naribus, neq; multa urina exit: quoniã iecur lienis redundantias Iecinoris cum lie
intercipit, & contrà iecoris lien. Vtrunq; enim membrum alteri ex uenis ne conſenſus.
quibuſdam magnis, ut teſtatur Galenus lib. ſecundo progno. cõm. primo, co-
pulatur, per quas ſibi ſuos mutuò communicant affectus, ac ab uno ad aliud
ob eiuſmodi conſenſum noxia repunt: & hoc eſt quod ἐγκατάληψιν *Hip-* ἐγκατάληψις.
pocrates nominat. Cum itaq; unum præcordium alteri ſuos affectus ubi ni-
mium durauerint communicet, ſummo ſtudio annitendum medico erit, ut con-
feſtim uiſo in aliquo horum tumore aut tenſione, abſceſſus in articulis, ſi mo-

do nondum facti ſunt, faciat. Id certe quod poterit, ubi humorũ in præcordijs C
reliquias reuellentibus remedijs ad articulos, & ijs membra ignobiliora retraxerit. Si uero naturæ opera et induſtria abſceſſus in articulis cõmode facti ſunt, tum medicus hoc ſtudiũ procreandi abſceſſus declinare ac uitare debet.
1.aph.20. *Nam* τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, *ut alibi inquit,* μὴ κινεῖν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσι χρῆσθαι, ἀλλ᾽ ἐᾷν. *quod eſt: Quæ iudicantur & iudicata ſunt integre & conuenienter, non mouere neq; nouare, uel medicamentis, uel alijs incitamentis, ſed ſinere oportet. Cæterum contingit interdum naturam in ſuis operationibus fruſtrari ac temerè aberrare, ita ut uel nõ integre excernat ſuperuacua,*
Abſceſſus à natura facti, diligenter à medico cõſiderandi. *aut non ad locum conuenientem protrudat. Hinc accurata diligentia animum attendere debet medicus, num abſceſſus qui iam naturæ opera fiunt, ſint tales quales eſſe decet, hoc eſt, ſint eiuſmodi quæ morbum integre & perfecte*
Qui abſceſſus integre iudicent morbos. *iudicare poſſint. Integre autem & perfecte morbũ iudicant, quæ poſt huius abſolutam concoctionem fiunt. Contempletur etiam medicus, num ad eum locum ad quem oportet, abſceſſus tendant: id quod fit, ſi non ad aliquod membrum nobile, aut principatum in corpore habens, procubuerint. Si igitur tales fuerint quales eſſe expedit, & ad conuenientem locum decumbant, tum illos medicus excipere debet, quod nimirum optimi ſint, & morbum integre iu*- D
dicare queant. Quod ſi uero non tales fuerint quales eſſe oportet, hoc eſt, morbum non integre iudicauerint, id quod fit ubi non ſufficienter exierint, tum iuuanda natura in ſuis excretionibus erit, quo uniuerſum morboſum af-
aph.3. *fectum excernere poſſit: id quod ſuprà etiam monuit, ubi exeuntẽ iam ex corpore moleſtantem humorem à medico coeffundendum eſſe docuit: in cuius equidem ſententiæ explicatione multa ad inſtitutũ facientia diximus. Deniq;*
Inutiles abſceſſus qui. *eos abſceſſus qui prorſus inutiles fuerint, quales ſunt qui ad loca nobilia, & principatum in corpore gerentia repunt, à membris illis nobilioribus ad minus nobilia auertere decet: hoc quod faciendũ erit medico antequã abſceſſus in eiuſmodi membris fiant. Neq; enim temerè cõmittendum erit, ut abſceſſum aliquẽ in membrũ nobile decũbere ſinamus. Proinde dum adhuc futuri ſunt, & antequam fiant, illis reprimendi ui præditis remedijs reluctandũ erit. Si tamen fieri nõ poteſt ut medicus ſua opera futuros adhuc ad membra nobilia abſceſſus prorſus prohibeat, hoc ſaltem non negligat, ſed manibus pedibusq; obnixe conetur, quo mox inceptos ac ſeſe oſtentãtes auertat, antequam ſcilicet natura redundantias omnes ad hoc membrũ reponat. Quod ſi enim eouſq; expectauerit, tum fruſtra poſthac nauabit operã medicus. Nã ita humores noxij membrũ affectum obſidebunt, ut illos nullis machinis propulſare poſſit. Antequã igitur natura totum quod redundat ad affectũ membrũ detrudat,*

medicus

A *medicus adſit, & quod reliquum eſt intercipiat, & ad conuenientem locum auertat. Caluus ultimam hanc ſententiæ partem planè deprauauit, ut neſcias quid uoluerit dicere. Sed ſinamus hominis ſomnia, nam non merentur de quibus paſsim uerba faciamus. Habetur hæc à nobis iam enarrata ſententia et in ſecundo Epidemiωn libro, ubi in eum ſcribit modum Hippocrates:* τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, ἢ αἱμοῤῥαγίη γίνεται, ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις, ἢν μὴ ἐξουρήσῃ οὖρα. αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν καὶ ὑποστροφαί. ἀποστάσιας οὖν ποιέεσθαι αὐτῶν μὴ γινομένων, τὰς δὲ παρεγκλίνειν ἤδη γινομένας, ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσι ὁποῖαι δεῖ, καὶ ἣ δεῖ, ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, ξυνδρομῶν. τὰς δ᾽ ἀποτρέπειν ἢν πάνυ ἀσύμφοροι ἔωσι, μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας, εἰ δὲ μή, ἄρτι ἀρχομένας. *Quorum utiq; uerborum interpretationem ex præſcripta Hippocratis ſententia græcæ linguæ ignari petant, in nullo nanq; uariant.* Sect.3.

APHORISMVS X.

Sanguinis ex naribus, eruptiones quarto die factæ, iudicationem malam oſtendunt: cum enim diem unum intermittunt, altero ſimul cum iudicatione, de quinto in ſeptimum, rigorem habent.

B *Hippocratem hoc loco non de omni ſanguinis ex naribus quæ quarto die fit eruptione, ſed de ea tantum quæ in febre tertiana accidit, loqui euidentiſsimum eſt. Quis enim eſt qui neſciat ſanguinis ex naribus profluuium quarto die, utpote contemplabili & iudicatorio factum, interdum bonam & facilem admodum iudicationem adferre? Quod ſi uero quiſpiam hoc ignorat, audiat Hippocratem qui in aphoriſmis ita ſcriptum reliquit:* ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχέως λύεται. *hoc eſt: Quibus ſpes eſt in articulis abſceſſũ futurum, liberat ab abſceſſu urina multa, craſſa & alba effecta; qualis in laborioſis febribus quarto die nonnullis fieri incipit. Sed ſi ſanguis quoq; è naribus eruperit, breui admodum liberat. Proinde nihil aliud ea ſententia docere uult Hippocrates, niſi quod in febribus intermittentibus, ut eſt tertiana & quartana, indicationes fiant ſecundum numerum circuituum, & minime dierum. Quod itaq; in continuis una dies poteſt, hoc in intermittentibus acceſſio. Cuius rei grauis teſtis eſt Galenus, qui lib. quarto aph. cõm. lix. in eum modum ſcribit:* τετήρηται δὲ καὶ ἡμῖν ἐπὶ τῶν τεταρταίων αὐτῶν καὶ τῶν τριταίων ἡ κρίσις γιγνομένη κατὰ τὸν τῶν περιόδων ἀριθμόν, οὐ τὸν τῶν ἡμερῶν. εὐθὺς γοῦν τοῦ τριταίου πυρετοῦ ὁ ἕβδομος

4.aph.74.

Indicationes febrium intermittentiũ iuxta circuitus.

ἀπὸ τῆς ἀρχῆς παροξυσμὸς, εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡμέραν ἐμπίπτει, C
καὶ κρίνεται πολλάκις ἐν αὐτῷ τὸ νόσημα, μὴ περιμεῖναν τὴν τεσσαρεσ-
καιδεκάτην ἡμέραν. καθάπερ οὖν ἐν τοῖς συνεχέσι νοσήμασι τῶν μὲν
ὀξέων νοσημάτων ὅρος ἐστὶν ἡ τεσσαρεσκαιδεκάτη, τῶν δὲ κατόξεων ἡ ἑβδό-
μη, οὕτως ἐν τοῖς διαλείπουσιν ὁ μακροχρονιώτατος πυρετὸς τριταῖος ὅρον
ἔχει τὴν ἑβδόμην περίοδον. ὥσπερ δὲ πάλιν ἐπὶ τῶν κατόξεων ἐνεδέ-
χετο κριθῆναι τὸ νόσημα καὶ κατὰ τὴν πέμπτην ἡμέραν, καὶ κατὰ τὴν
τετάρτην, καὶ κατὰ τὴν τρίτην, οὕτως καὶ τοῦ τριταίου ἐστὶ κατὰ τὰς αὐτὰς
περιόδους ἐνδέχεται γίνεσθαι τὴν λύσιν, μὴ ἀναμενούσης τῆς φύσε-
ως τὴν ἑβδόμην περίοδον. *id eſt: Et à nobis obſeruatũ eſt tum in quar*
tanis, tum etiam tertianis ipſis, iudicationem ſecundum circuituum numerum
fieri, & non dierum. Statim igitur in tertiana febre ſeptima ab initio acceſ-
ſio in tertium & decimum incidit diem, & iudicatur ſæpius in ipſo morbus,
quartodecimo non expectato die. Quemadmodum ergo in continuis morbis,
acutorum quidem morborum terminus eſt quartuſdecimus, peracutorum ue
ro ſeptimus: ſic in intermittentibus longiſſimi temporis tertiana febris ter-
minum circuitum ſeptimum habet. Rurſus ueluti in peracutis poſſibile eſt
morbum & in quinto, & in quarto, & in tertio die iudicari, ita etiam in ter
tiana eiſdem circuitibus fieri ſolutionem poſſibile eſt, natura ſeptimum non D
expectante circuitum. Hactenus Galenus. Cum itaq; in tertiana febre iu-
Sanguinis eruptiones quarto die factæ in tertiana, cur malæ *dicationes ſecundum numerum circuituum fiant, in promptu ratio eſt, cur ſan*
guinis ex naribus eruptiones quarto die in tertiana factæ, malæ ſint: & eam
hoc loco ſubijcit Hippocrates ijs uerbis: Cum enim tertianæ unum ſemper
intermittunt diem, fieri nequit ut iudicatio in quarto die contingat, quando is
unus ſit ex intermittentibus: nam altero die, hoc eſt quinto, tertiana febris
unà cum rigore iudicabitur. Aut ſi in quinto non fit iudicatio, certe in ſepti-
mum, in quo iterũ rigor fieri ſolet, iudicatio incidet, ita ut ſemper dies in quo
rigor non accidit, à iudicatione immunis ſit. Hinc neq; in ſecundo, quarto, ſe-
xto, octauo, decimo, neq; etiam duodecimo iudicatio fit, ſed ubi tertiana lon-
giſſima erit, in decimotertio, in quem ſeptimus incidet circuitus, febris iudi-
cabitur. Proinde ſi ſanguinem ex naribus quarto die contingat erumpere,
quandoquidem hoc die nullus rigor fiat, euidentiſſimum erit hanc ipſam eſſe
δύσκριτον. δύσκριτον, *hoc eſt, malam iudicationem ſignificare,* δὺς *enim particula,*
in compoſitione malum denotat, utpote non in iudicatorio die factam, ſed ob
morbi potius uim, aut noxiorum humorũ copiam obortam. Hinc recte ctiſſime,
imperfectam illam iudicationem innuere uolens, Hippocrates in aphoriſmis
4. aph. 61. *dixit:* πυρέσσοντι ἢν μὴ ἐν περισσῇ ἡμέρῃ ὁ πυρετὸς ἀφῇ, ὑποστροφιάζειν
εἴωθε. *hoc eſt: Niſi febricitantem die impari febris dimiſerit, recidiuare*
ſolet.

A *ſolet. Proinde febres tertianæ nunquam probè iudicantur, niſi eo die quo fit rigor, qui certe ſemper impar exiſtit. Hinc non iuxta dies decretorios, ſed ſecundum potius numerum circuitus iudicantur, id quod non in hoc tantum loco, ſed alibi etiam, ubi ita ſcriptum reliquit, innuere uoluit:* τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον. *quod eſt: Tertiana febris exquiſita ſeptenis circuitibus, quod longiſſimum eſt, iudicatur. Cæterum ſententia à nobis iam enarrata, in ſecundo etiam Epid. libro iis habetur uerbis:* τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι. οἱ γὰρ διαλείποντες μίαν, τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥιγέουσι ἅμα κρίσει ἐς ἑβδόμην. *id eſt: Eruptiones ſanguinis ex naribus quarto die factæ, malam iudicationẽ portendũt. Febres enim quæ diem unum intermittunt, altero unà cum iudicatione ad ſeptimum uſq; circuitum rigorem habent. Quæ ſanè ſententia, noſtram hanc planè dilucidam facit.*

APHORISMVS XI.

Quæ tertio die acceſſionem habent, in iis nox quæ acceſſionẽ præcedit, grauis eſt. Subſequens autem magna ex parte leuior exiſtit.

Quum præcedenti ſententia tertianas febres exquiſitas ſecundum circuituum numerum iudicari Hippocrates docuiſſet, hic certe notas, quibus medicus in quo circuitu futura ſit iudicatio deprehendere poſſit, tradere uidetur. Nota futuræ iudicationis in tertiana exquiſita.

B *Nam cum in exquiſita tertiana nox quæ acceſſionem præcedit ægrotanti facilis ſit, utpote quæ febris expers exiſtat, fieri non poteſt ut ubi contrariũ accidit, hoc eſt, ubi nox illa ante acceſſionẽ difficilis eſt, quin aliquid nobis portendat, nimirum ſequenti die futuram eſſe cum rigore iudicationem: id quod factum eſſe, nox ſubſequens etiã monſtrat, ſi leuior præcedenti fiat. Proinde de tertiana hic exquiſita ſpeciatim dicere uidetur, quod alibi generatim et ſimpliciter de omnibus morbis hunc in modum protulit:* ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δ' ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *id eſt: Quibuſcunq; iudicatio inſtat, his nox ante acceſſionẽ difficilis eſt. Quæ uero ſubſequitur, magna ex parte facilior. Senſus itaq; præſentis dictionis is eſſe apparet. In febribus tertianis exquiſitis quando proximo circuitu iudicatio futura eſt, nox quæ acceſſionẽ præcedit grauis eſt: ſubſequens uero magna ex parte leuior. Nihil autem mirum in nocte, ubi maxime dormire conſueuimus, grauitatem illam quæ à turbatione, quæ in corpore ante iudicationem fit, natura ſeparante à bonis mala, & ad excretionem præparante, fieri manifeſtiorem. In die enim etſi interdum eadem turbatio fiat, quando ſcilicet nocte ſequenti iudicatio futura eſt, tamen illam non ita ſentimus, quod ſenſus corporei tum uigilent, & ad alia quædam officia naturæ diſtrahantur. Sic contingit quoq; ut alias quaſcunq; corporis moleſtias die minus quàm noctu ſentiamus. Cur autem ante iudicationem ta-*

2. aph. 13.

Cur noctu turbatio magis ſentiatur.

m iii

Lib. 2. cõm. 12. lis perturbatio in corpore fiat, Oribaſius in commentarijs ſuis in Hippoc. C

Ratio turbatiõis ante iudicationē. aphoriſmos eleganti ſimilitudine explicat, in eum modum ſcribens: Quare ante decretoriũ diem perturbatio fit? Nimirum, quia natura uelut iudex reſidet in tribunali, ante quod duo litigantes accedunt: unus ad alterum dicit, en uinco: alter inquit, non uincis, ſed ego. At ubi ingreſſi fuerint, & ſilentium indictum, diſcernit iudex apud ſemetipſum, & ſic loquitur, ille uincit: & quod antea fuit litigioſum, poſtmodum efficitur quietum. Sic itaq; & natura ut iudex conſtituitur, uirtus & humores cum affectu litigant, natura uero media eſt. Dicunt humores, nos illuc ingredimur, quia noſtrum eſt. Virtus reſpondet, ego aſſumo tanquam quod meum eſt. Si ſe iunxerit natura cum humoribus, uincitur uirtus. Si uero ſe iunxerit cum uirtute, uincuntur humores & affectus, & fit iudicatio ad ſalutem. Sic itaq; confidit uirtus naturæ, quemadmodum ſi deploratus homo habeat patronũ bonum. Hactenus

Nox ſubſequens iudicationē quare facilior. Oribaſius. Porrò ſubſequentem noctem poſt iudicatam febrem fieri leuiorem ne mireris, nam tum natura à ſuperuacuis & humoribus moleſtantibus exonerata eſt, ut quieſcere corpus tutò poſſit. Non autem temerè adiecit, magna ex parte, quoniam id non accidit, niſi ubi iudicatio fuerit optima & perfecta. Hæc itaq; proculdubio genuina huius ſententiæ explicatio eſt, quam etiam Galenus ratam habet. Nam cum is inter initia quid per τριταιοφυῆς hic intelligat Hippocrates percenſeat, tandem omnibus propè febribus quæ tertio die acceſſionem habent, eam quæ acceſſionem præcedit noctem grauem eſſe ait, exceptis tertianis exquiſitis. Si uero interdum & ipſa nox illa grauis fiat, tum ſequenti die ſequi iudicationem, præſertim ſi alia in-

τριταιοφυεῖς quæ febres. dicia fieri iudicationem conſentiant. Etſi uero per τριταιοφυέας hoc loco ſolæ tertianæ febres exquiſitæ intelligantur, tamen poteſt etiam accõmodari ad reliquas febres quæ tertio die acceſſiones habent, quarũ uariæ ſunt differentiæ, quas Gal. lib. ſecundo de diff. feb. cap. octauo ijs uerbis enumerat: τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων διαλειπόντων πυρετῶν, ὅσοις μὲν ὅ τε χρόνος ὁ τοῦ παροξυσμοῦ βραχὺς, ἥ τε εἰσβολὴ μετὰ ῥίγους ἐστὶ, καὶ ἡ λύσις ἐφ᾽ ἱδρῶσι, καὶ χολεμεσίαι, ἢ τῆς κάτω γαστρὸς ὑπαγούσης χολώδη, τούτοις

τριταῖος ἀκριβής. τριταῖος. τριταῖος παρεκτείνων. μὲν ὄνομα κεῖται τριταῖος ἀκριβής. ὅσοις δ᾽ ἐλλείπει τι τούτων, οὐκ ἔτ᾽ ἀκριβὴς, ἀλλ᾽ ἁπλῶς τριταῖος ὀνομάζεται. ἐὰν δὲ καὶ τὸ διάλειμμα μικρότερον ἔχωσι, μηκυνθέντος δηλονότι τοῦ παροξυσμοῦ, τριταῖον τούτοις ὀνομάζουσι παρεκτείνοντα, καίτοι καὶ αὐτοῦ τούτου πολλὴν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἔχοντος τὴν διαφοράν. ἔστι μὲν δήπου τὸν μὲν ἕνα καλεῖν ἁπλῶς οὕτως μεμηκυσμένον, ὅς τις ἂν οἶμαι τέτταρας καὶ εἴκοσιν ὥρας τοῦ παροξυσμοῦ ποιησάμενος, ἀπυρέτους ἴσχει τὰς λοιπάς. τὸν δέ τινα μεμηκυσμένον ἱκανῶς, ὅσον ἂν ἀμφὶ τὰς τριάκοντα ὥρας τὸν πυρετὸν ἐκτείνῃ,

ἔστιν ἀ

A καὶ τινὰ πρὸς τούτοις ἐπιπλέον μεμηκυσμένον, ὅσα ἂν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα προέρχηται, καὶ τινὰ ἑτέραν ἐπιπλεῖστον ὅσα ἂν εἰς τεσσαράκοντα καὶ πλείους ἔτι παρεκτείνηται. *hoc eſt: Intermittentium febrium, quæ per tertium acceßionẽ faciunt, quibus utiq; tempus acceſſionis breue eſt, & quæ inuadũt cum rigore, & per ſudores, & bilis uomitus, & per infernas biliosas excretiones ſoluuntur, his exquiſitæ tertianæ nomen impoſitũ eſt. Quibus autem horum aliquid deficit, hæ non amplius exquiſitæ, ſed ſimpliciter tertianæ appellantur. Quod ſi uero intermiſſionem minorem habuerint, acceſſione uidelicet in longius tempus protracta, tum hæ tertianæ extenſæ uocatur: quamuis hæc ipſa plurimam in eo quod magis ac minus, habeat differentiã. Licet quidem interdũ aliquam ſimpliciter extenſam nominare, quæcunq; utiq; uiginti quatuor horas in acceſſione conſumpſerit, reliquas febris expertes obtinet. Aliquam uero ſufficienter extenſam, quæ ſcilicet uſq; ad triginta extenditur horas. Ad hæc aliquam in longius tempus productã, quæ ſanè ad triginta ſex horas protendatur. Aliam quoq; ad plurimum tempus productã, quæ uidelicet ad quadraginta et plures etiam horas extenditur. Hactenus Gal.* Tertianæ exquiſitæ. Tertianæ ſimpliciter. Tertianæ extenſæ. Extenſa ſimpliciter. Sufficienter extenſa.

APHORISMVS XII.

Tuſſes ſiccæ, modice irritantes in ardentibus febribus non admo-
B dum ſiticuloſæ, neq; linguæ aridæ ſunt, ſi quidem non à maligno, ſed à uento accidunt. Id uero hinc manifeſtum fit, quando loquuntur, aut os aperiunt, tunc tuſſiunt: cum uero non, minime. Hoc autem potiſſimum in febribus laborioſis fieri ſolet.

Docet hoc loco Hippocrates, tuſſim ſiccam in ardentibus febribus accidentem aliquãdo in cauſa eſſe, cur ægrotãtes minus ſiti afficiantur. Satis autem ex iis quæ antea à nobis dicta ſunt dilucidum eſſe puto, tuſſes ſiccas nominari ab Hippocrate, in quibus nihil expuitur. Cum itaq; propter motum qui in tuſſi eiuſmodi fit, ſemper aliquis ex uicinis locis trahatur humor, quo loca quæ ad aſperam arteriam pertinent madeſcunt, nihil mirum ſi ægri minus ſiticuloſi, & linguæ non aridæ fuerint. Vbi, ut obiter moneam, Caluus iterum pueriliter labitur, καταπεφρυγμένας perfrictas uertens, cum nemo neſciat καταφρύγειν Latinis eſſe exiccare. Quod uero iam de tuſſi ſicca diximus, confirmant etiam ea quæ iis uerbis alibi ſcripſit Hippocrates: ὁκόσοισιν ἐπιπολὺ βῆχες ξηραὶ βραχέα ἐρεθίζουσιν ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσι, οὐ πάνυ τι διψώδεές εἰσι. quod eſt: Quibus tuſſes ſiccæ plurimum & leuiter irritantur in ardentibus febribus, hi non admodum ſiti afficiuntur. Proinde quod hoc loco dicit, οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, idem eſt cum eo quod in aphoriſmis iis effertur uerbis, οὐ πάνυ τι διψώδεες, hoc eſt, nõ admodum ſiti afficiuntur. Fieri enim non poteſt, ut in ardentibus febribus non ſitiant Tuſſes ſiccæ. καταφρύγειν. 4. aph. 41.

ægrotantes: uerum ſi tuſſis ſicca acceſſerit, tum certe ſitis illorum nõnihil imminuitur, ut multo minus quàm proportio & natura febris exigat, ſitiant. C

Tuſſes leuiter irritantes. *Non autem temerè adiectum eſt, tuſſes modicè ſeu leuiter irritantes: uehementes enim ſi fuerint & aſſiduæ, exq; corporis altitudine progredientes, tum ſanè eas quæ ſunt iuxta thoracem atq; pulmonem partes calefaciunt, & febrem ac tuſſim deinceps adaugent, atq; adeò etiam ſitim. Modicæ autem & ex longioribus interuallis factæ, atq; ex faucibus procedentes, eouſq; partes cõmouent, donec aliqua in eas perueniat humiditas, ob quam, ut diximus, ægrotantes minus ſiticuloſi fiunt. Cæterum per ea quoq; uerba, ſi nõ à maligno acciderint, ſecludit Hippoc. tuſſim quæ propter aliquam mor i fit maliciam: uerbi gratia, à defluxu ex capite in pulmonem, uel ab ulcere in aliquo inſtrumentorũ reſpirationi ſeruientium, aut ob aliquem in ijs abſceſſum, aut ſuppurationem: hæc enim neq; leuiter irritat, neq; minus ſiticuloſos reddit, ſed potius ſuffocat atq; ſtrangulat. De ſola itaq; hoc loco tuſſi quæ propter intemperiem inſtrumentorum reſpirationi ſeruientiũ, aut aſperitatem faucium, aſperæq; arteriæ, accidit, Hippocrates loquitur. Fit autem illa interdũ ex ambiente frigido, qui inſpiratus aliquando partes quæ circa fauces & aſperam arteriam ſunt, exaſperat atq; refrigerat: id quod confirmant ea*

Tuſſes à maligno accidentes.

3.aph.5. *quæ alibi in eum modum ſcribit Hippocrates:* ἢν δὲ βόρειος ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. *hoc eſt: Si aquilonium fuerit tempus, tuſſes, fauces, alui duræ, coſtarum & pectoris dolores fiunt. Nonnunq; totum etiam pulmonem atq; thoracem frigida intemperies afficit, & tuſſiunt tum ægri mediocriter, nec quicquam expuunt. Et id eſt quod inquit hic Hippocrates, à uento nimirum frigido eiuſmodi tuſſes originem habere.* D

Signum tuſſim à uento frigido factam mõſtrans. *Signum uero quo idipſum deprehenditur, hoc eſt: Quando loquuntur, aut inter inſpirandũ os aperiunt, tum equidem tuſſiunt. Sin horum neutrum fiat, tunc quoq; minime tuſſiunt: ut euidentiſſimum ſit, ob aeris paulò frigidioris ingreſſum, tuſſim eiuſmodi ortã eſſe. Hoc quod à contrario quoq; manifeſtum fieri ſolet. Nam ſi quiſpiam aerem domus in qua æger decumbit arte quadã calidum effecerit, parum quidem aut nihil ſubinde ægrotans tuſſiet. Ex quo etiam dilucidum fit, huiuſmodi tuſſis curationem per calida, utpote huic morbo contraria, fieri debere. Porrò in fine ſententiæ addit Hippocrates, tuſſim hanc ſiccam in laborioſis febribus potiſſimũ euenire. Sic autẽ*

Laborioſæ febres. *uocat eas quæ ex laboribus externis in frigore, aut immodico æſtu factis, accidunt, in ijs præſertim locis in quibus pulueris haud modica copia exiſtit. Proinde tuſſis illa ex accidenti potius, quàm ob laborioſum affectum fieri ſolet. Propter enim intemperiem inſtrumentorum reſpirationis, earumq; partium quæ iuxta fauces ſunt aſperitatem à frigore ortam, aut puluerem,*

aut

A *aut immodicam ex ambiente factam in hiſipſis ſiccitatem, tuſſis illa excitatur.*

APHORISMVS XIII.

Nihil temerè committendum, nihil etiam negligendum.

Etſi omnium breuiſſima hæc ſit Hippocratis ſententia, multa tamen quæ ad rectam artis tractationẽ mirum in modum conducunt, complectitur: ut hoc certe nomine Hippocratica breuitas nobis gratiſſima eſſe debeat, quod tam paucis uerbis tam multa, támque ad artem probè exercendam neceſſaria comprehendat. Fuerunt ſanè nonnulli quibus unum hoc ſtudium erat, medicinam ipſam compendio quodam tradere poſteritati: in quorum albo Auicennam fuiſſe conſtat, & eam ob cauſam factum eſt, ut principis nomen apud parum eruditos meruerit. At quo pacto id quod tantopere conabantur aſſecuti ſint, notius eſt quàm ut dici neceſſe ſit. Breuitati quidem ſtuduerunt, & ut ingenuè fatear, hanc etiã aſſecuti ſunt, uerum infeliciter admodũ, quod ſub iſta breuitate pauciſſima exiſtant, quæ ad artis rectam tractationem aliquid momenti afferant. Id quod abunde docebunt ea quæ Auicenna paſſim ſuis, in quibus unicè breuitatem affectauit, uoluminibus inſeruit: quæ nimirum ſi quis ſequi uoluerit, à recta artis tractatione plus quàm δὶς διὰ πασῶν aberrabit. Vna itaq; Hippocratis breuitas reliquis omnibus antepo-
B *nenda erit, ut quæ non tantum multa, uerumetiam neceſſaria complectatur. Id quod præter cæteras præſens maxime Hippoc. ſententia teſtatur, in qua primum monet nihil temerè à medico cõmittendum eſſe. Quibus certe uerbis multa admodũ eaq; neceſſaria docere conatur. Primo nimirum ne temerè & incircumſpecte ſcriptoribus honorem eum deferat, ac tanta religione illos obſeruet, ut piaculum ducat uel latum unguem ab illis diſſentire. Neq; enim per-* Nulli ſe addictũ faciat medicus.
nicioſius quicquam eſſe poteſt, quàm ſi ita uni alicui ſeſe addixerit, ac ueluti ſeruum præbuerit, ut quicquid ille dixerit, folium eſſe Sibyllæ putet, ac pro oraculo habeat: id quod abunde monſtrat clades illa immenſa, qua priſtina medicina hodie affecta iacet. Neq; enim unquam tot uulneribus confoſſa ac ſaucia eßet, niſi citra delectũ recentiores medicinæ ſcriptores, quicquid uſquã ſcriptum offendiſſent, pro rato habere uoluiſſent. Hinc factum ut falſa pro ueris, aſcita pro genuinis, in multorũ animos irrepſerint, & ſint hoc pacto adulterata, diſtorta, cõfuſa, inuerſa omnia. Sic hodie maxima earum rerum, quæ ad medendi exactã rationem in primis neceſſaria ſunt, pars neglecta & prorſus incognita iacet. Quod equidem nunquam factum fuiſſet, ſi rationibus & ueritati potius credere, quàm hominum quorundam imperitorũ autoritati addicti eſſe maluiſſent. Proinde optimo conſilio hoc loco admonet Hippocrates, ne temerè nos autoribus addictos reddamus, ſed ſingula illorum ſcripta cum delectu & iudicio expendamus. Deinceps per hæc uerba,

In curatione nihil temerè à medico cõmittendũ

μηδὲν εἰκῇ, *monet etiam Hippocrates ut in curandis ægrotis medicus nihil temerè, neglectim, aut oſcitanter cõmittat, ſed ſingula accurata diligentia exequatur. Nam ſunt nõnulla quæ non diſerte exprimuntur à ſcriptoribus, tamen ea propria inſitaq́; medici prudentia inuenire decet. Ita Gal. in libro de theriaca ad Piſonem, multa in laudẽ Piſonis adferens, inter cætera illum potiſsimũ quod mentem iјs quæ ab Andromacho ac alijs ueteribus prodita ſunt attenderat, cõmendat, ſic dicens:* σὺ δὲ ἐφεστὼς ἀκριβῶς οὕτως ἔβλεπες, καὶ τοῖς γινομένοις ὑφ' ἡμῶν ἅπασι προσεῖχες, ὡς εἴ ποτέ τι καὶ παρέργως ἐγίγνετο, εὐθέως ἐφεστάναι καὶ παραινεῖν κατὰ τὸν Ἱπποκράτην, μηδὲν εἰκῇ ποιεῖν. *id eſt: Tu uero diligenter incumbens ita contẽplatus es, & animum omnibus quæ à nobis fiebant accõmodabas, ut ſi quando nõnihil oſcitanter fieret, confeſtim inſtares & admoneres ſecundũ Hippocratẽ, ne temerè quid committeretur. Cum uero noſtro etiam ſeculo non pauci ſint medici, qui per ciuitates ac uarias regiones uagantes, multa temerè ac ſine iudicio faciant, ac præter omnem rationem medicinã exerceant, certe diligenter illis hoc*

Quando nihil temerè cõmittatur

Hippocratis præceptum inculcandũ erit, ut cogitent ne quid temerè committant. Tum autem nihil temerè tentabunt, quando ſingula à probatiſsimis autoribus cõſcripta theoremata, etiamſi tenuia & nullius momenti primo intuitu eſſe appareant, diligenter excutient: nam nihil tam minutum à ueteribus proditum eſt, quod non maximum ad exquiſite exercendã artem commodum ſit allaturum, ſi diligenter expendatur. Hinc ut Hippoc. planè quorundam temeritati, qui nõnulla à ueteribus dicta tanquam modica, atq; adeò nullius momenti cõtemnunt, occurreret, & improbam eorundem ſententiam penitus exploderet, nihil eſſe negligendum dixit: quod neq; ab Hippocrate, neq; alijs ueteribus quicquam temerè, & ſine ratione ſcriptum ſit. Sic in curandi ratione medicus nihil quod ad inueniendas curationis indicationes ſit neceſſarium, tametſi minimum, & ſine cauſa ſcriptum eſſe uideatur, negligat. Neglectis enim iјs quæ minima eſſe apparent ab initio, tandem magnũ ſubſequitur incommodum: uerbi gratia, tempus, ætatem, regionem, conſuetudinem, corporis habitum, & alia eiuſmodi medicus parum peritus & prudens in curatione negligit, utpote quæ ſibi minima, & nequaquam ad exquiſitam curationem neceſſaria eſſe uideantur: atqui non ſine magna ægrotantis iactura. Hinc cum ad curationem non parum conferant, factum etiam eſt ut tam accurate de illis nos monuerit Hippocrates. Deniq; cum haud modica ſint apud ueteres, Hippocratem præſertim, quæ ſimpliciter & ſine ulla certa definitione iuxta antiquam breuitatem dicta ſint & literis mandata, conueniet equidem ſingula quæ in hunc modum prodita ſunt, aut ratione, aut experientia examinare: neq; enim aliàs ſatis tutum erit ſi iјs fidem temerè adhibueri-

A *bibuerimus. Exempli cauſa ſit quod in aphoriſmis dixit Hippocrates, in eũ ſcribens modum:* ὀφθαλμῶν ὀδύνας ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη λύει. *quod eſt: Dolores oculorum aut meri potio, aut balneũ, aut fomentũ, aut uena inciſa, aut medicamentũ ſoluit. Hoc ſi quiſpiã ſimpliciter & indefinite intellexerit, nõ tantum abſurdum, imò omnium falſiſſimum erit. Quapropter inquirendi ſunt ſubinde affectus in quibus ſingulatim quodq; illorum quæ per ſeriem dicta ſunt, confert. Neq; enim in uniuerſum ſingula coniunctim doloribus quibuſq; oculorum conueniunt, ſed ſeorſim quodlibet priuato affectui, ut uidere licet apud Galenum, in explicatione eius ſentẽtiæ. Poſtremũ medico nedum illa quæ frequenter, ſed ea etiã quæ rariſſime accidunt cõſideranda ſunt, adeò ab illo penitus nihil negligendũ erit. Hinc Gal. etiam lib. ſecundo de temp. ſcribit:* ἀλλά τοι καὶ τὸ σπανίως ἐπιβλέπειν χρὴ, καὶ μηδὲν ἐν παρέργῳ τίθεσθαι, μηδὲ ἀμελεῖν. *quod eſt: Sed & quod raro contingit conſiderare oportet, nihilq; pro ſuperfluo habendum, neq; quicquam negligendum. Caluus auream ac omnibus etiam manifeſtam ſententiam hanc Hippocratis non intelligens, monſtroſam quandam effinxit interpretationem, quam ne ipſe quidem unquam aſſecutus eſt, illam nempe: Quare nihil temerè agito, nihil hac prænunciatione contraria deſpicito, ſed quæ porrigere opus eſt porrigito, ſedatoq;.* B *Quibus utiq; uerbis ſententias duas inter ſe etiam maxime diuerſas, præter decorum copulauit, genuinam deniq; intelligentiam illarum prorſus obſcurauit, id quod ex iam dictis, & paulò poſt dicendis euidentiſſimum erit: ut hoc nomine meritò nobis perſtringendus fuerit: id quod eo ſæpius facimus, quod hac ratione illos in uiam reducere ſperamus, qui hodie ſola interpretum opera nobis optime conſultum eſſe, atq; adeò græcæ linguæ cognitione non omnibus opus eſſe clamitant. Quibus certe opto non alij quàm Caluus fuerit interpretes obtingant, quo temeritatis ſuæ condignas dent pœnas.*

6. aph. 31.

Medico ea etiam quæ rariſſime fiunt cõſideranda.

APHORISMVS XIIII.

Contraria ſenſim adhibenda ſunt, atq; interquieſcendum.

Hoc quod in præſentia ab Hippocrate dicitur, ueluti exemplum eſt eius quod antea retulit, nempe nihil temerè eſſe committendum. Sunt enim nonnulli medicorum qui in medicando, ac à peruerſis conſuetudinibus ægros iuxta ac ſanos deducendo, mirum in modum aberrant, dum ſcilicet ſtatim & ſubitò contraria adhibent, & ad inſueta deducunt, cum conueniat potius paulatim immutare, ſi quid immutandum fuerit. Ita non ſolum in uictus ratione, ſed etiam in omnibus alijs ubi ab altero cui aſſueuimus, tranſimus ad alterũ, paulatim ad inſueta ueniendum erit. Id quod quantum ad uictus rationem attinet, exquiſite in lib. ſecundo de uict. rat. in morbis acutis, Hippocrates ob-

Aph. 18. & ſeq.

2.Aph.51. ſeruandum eſſe docuit. In aphoriſmis certe generatim omnem ſubitam con- C
trarij admotionem naturæ eſſe inimicam, ijs uerbis tradit: τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ὅλως ὁπωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν σφαλερὸν, καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον ἀσφαλὲς, καὶ ἄλλως ἢν ἐξ ἑτέρου μεταβαίνῃ εἰς ἕτερον. hoc eſt: Nimis & repente euacuare, implere, calefacere, refrigerare, aut quouis alio modo corpus mouere, tutum non eſt: etenim omne nimium inimicum naturæ eſt. Quod autem paulatim fit, tutum eſt, & potiſſimũ ubi ab altero ad
Aph.54. alterum tranſitus fit. In ſecundo uero lib. de uict. rat. in morbis acutis, mutationes quoq; ſubitas, magnam adferre læſionem ijs uerbis aſtruit: ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτίκα ἔῤῥωται μᾶλλον, ἢν δὲ καὶ πλείονα χρόνον διελινύσας, ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἔλθοι, φλαῦρόν τι πρήξειεν ἐπιδήλως. οὕτω δὲ καὶ ἓν ἕκαστον τοῦ σώματος. καὶ γὰρ ἢν πόδες τοιόν δέ τι πρήξειαν, καὶ τὰ ἄλλα ἄρθρα μὴ εἰθισμένα πονέειν, ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης εἰς τὸ πονέειν ἔλθῃ. id eſt: Si uniuerſum corpus præter conſuetudinẽ multum quieuerit, nõ confeſtim robuſtum magis euadit. Quod ſi longiori ſpatio ociatum, ad labores ſeſe protinus uerterit, uile quippiam euidenter operabitur. Ita de reliquis quoq; corporis partibus ſentiendũ eſt. Nempe & pedes, & cæteræ quæ articulis præditæ ſunt par- D
tes laborare nõ conſuetæ, tale quippiam operabuntur, ſi poſt longum tempus ad laborem ſubitò ſe uertant. Quid multis moror? Nihil ſubitò immutandũ, ſed ſenſim & paulatim, id quod ἐκ προσαγωγῆς hoc loco Hippocrates uocat, quodlibet ad inſueta deducendum. Inſigniter itaq; lapſus eſt Caluus, qui ἐκ προσαγωγῆς, hac prænunciatione, interpretatus eſt, cum non tantum Hippocrati, uerumetiam Græcis alijs idem quod Latinis, ſenſim ſignificet: id quod ex ijs quæ alibi ſcribit Hippoc. dilucidum fiet. Libro ſiquidem pri-
Aph.20. mo de ratione uict. in morbis acutis, in ea ſignificatione uſus eſt, dum inquit: καὶ τοῖσι μέν γε εἰθισμένοισι δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, δὶς δοτέον. τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην. ἐκ προσαγωγῆς δὲ, ἢν ἐνδέχεται, καὶ τούτοισι δὶς διδόναι εἰ δοκέει προσδεῖν. id eſt: Sanè qui bis die cibari conſueuerunt, bis ptiſana his quoq; danda. Qui uero ſemel cibum aſſumere conſueuerunt, ſemel primo die ijs danda. Dein ſenſim, ſi fieri poteſt, bis quoq;, ſi quid adijciendũ uidetur, illis danda erit. Qui nimirum locus in Copi Baſilienſis uerſione deprauatus eſt: nam ἐκ προσθέσεως, pro facta additione, perperàm interpretatum eſt, cum paulatim uertendum erat. Cuius equidem rei grauis teſtis eſt in cõmentarijs Gal. qui ſic ſcribit: δὶς αὐτοὺς σιτεῖσθαι φησὶν, εἴπερ οὕτως εἰθισμένοι εἰσὶ διαιτᾶσθαι, χρείας δὲ οὔσης δὶς λαμβάνειν, καὶ τοῖς ἅπαξ εἰθισμένοις ἐσθίειν δὶς δώ-

σεις τὴν

A σεις τὴν πτισάνην, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τοῦ ἅπαξ, κατὰ βραχὺ δὲ προελθὼν εἰς τὸ δίς, τὸ γὰρ ἐκ προσαγωγῆς τοῦτο δηλοῖ. Bis cibandos ipſos inquit, qui bis cibari conſueuerunt. Si uero ſumendi neceßitas fuerit, & bis qui ſemel tantum cibari conſueuerunt, bis ptiſanam dabis, ab ipſo quidem ſemel incipiens, ſed paulatim ad bis procedens. Hoc enim ἐκ προσαγωγῆς ſignificat. Vtitur etiam in eodem ſignificato lib. ſecundo de uict. rat. in morbis acutis, ubi ita ſcriptum reliquit: καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὀλίγα ἀριστῆσαι, ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται εἰς τὸ ἔθος. hoc eſt: Poſtero die exigua prandere oportet, ut paulatim ad conſuetudinem redeat. Et certe in commentarijs huius ſententiæ Galenus ἐκ προσαγωγῆς interpretatur κατ᾽ ὀλίγον, id eſt, ſenſim. Sunt & alij quidã autores, qui eodem modo quo Hippocrates, ἐκ προσαγωγῆς uſi ſunt, ut eſt Ariſtoteles, qui in ſeptimo Politicorũ in hunc modum ſcribit: πάντα γὰρ ὅσα δυνατὸν ἐθίζειν, εὐθὺς ἀρχομένοις βέλτιον ἐθίζειν, ἐκ προσαγωγῆς δ᾽ ἐθίζειν. quod eſt: Omnia quæ aſſuefieri poſſunt, confeſtim incipienti aſſuefacere melius eſt, ſenſim tamen. Demoſthenes quoq; κατ᾽ Ἀριστοκρά. dum ita ait: εἶθ᾽ ὃν ὁρᾶται ἐκ προσαγωγῆς ὑμῖν φίλον. id eſt: Itá ne uero quem uobis ſenſim amicum fieri uidetis. Quæ ſanè ideo pluribus referre uolui, quod nõ Caluum tantũ, ut qui paßim B in manifeſtioribus cæcutit, ſed & reliquos etiam magni nominis uiros in hac dicendi græcorũ formula explicanda lapſos eſſe conſtet. Porrò quod in fine ſententiæ addit, ac interquieſcendum, bifariam intelligi poteſt. Vno modo, ut non ſolum ſenſim cõtrariam conſuetudinem inducamus, uerumetiam ut inter totam mutationem quieſcamus. Verbi cauſa, cum ab ocio aliquem ad exercitium transferemus, primum quidem à modico incipiemus, & paulatim hoc adaugentes, ſemper ultra progrediemur, interdum unum atq; alterum diem interquieſcentes. Altero, ut interquieſcendũ, ſit ab ijs quæ ipſum in dictione præcedunt, ſegregatum. Et tum is ſenſus erit: Quando conſuetudinem nouam antea non exiſtentem inducere animus eſt, tum paulatim ac ſenſim inducenda eſt. Quando uero eam quæ prius adeſt, adimere ac mutare inſtitutum eſt, tum paulatim à conſuetis ceſſare conuenit, adeò ut in uniuerſum uerum ſit, nihil ſubitò eſſe immutandum.

Aph. 29.

APHORISMVS XV.

Dolenti partẽ capitis poſteriorẽ, recta in fronte uena ſecta profuit.

Ex hac ſententia abunde liquet non tantum hunc ſextum, ſed & reliquos omnes Epidemiωn libros ante alios eſſe ſcriptos, & ab Hippocrate concinnatos, quod ſcilicet earum rerum quæ particulatim uidit & explorauit, memoriã ſuggerant. Hinc eſt quod generatim in aphoriſmis atq; alijs libris efferantur, quæ in hoc particulatim tantum notata ſunt. Sic in præſentiarũ

5.aph.68. *de uno aliquo duntaxat ſcribit, quod in aphoriſmis generatim & promiſcus de omnibus in eum enunciat modum:* τῷ ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει. *hoc eſt: Dolenti partē capitis poſteriorē, in fronte recta uena inciſa prodeſt. Manifeſtū uero quod utrinq; ea uenæ ſectio locale & in cōtraria reuulſiuū ſit remediū. Locale itaq; quum ſit, illud certe niſi prius uniuerſum uacues corpus, potiſſimum ſi plethoricum ac cacochymum fuerit, adhibere haud licebit, quod nimirum periculum ſit, ne ratione doloris qui per ſectam hanc uenam excitatur, plus ad caput humorum trahatur. Hinc rectiſſime fecerit medicus, ubi corpus plus æquo plenum uiderit, ſi totum prius euacuet, quàm uenam quæ in fronte eſt ſecet. Nam ita faciendum eſſe Galenus etiam cap. xcv. artis medicinalis iis uerbis docet:* εἰ μὲν οὖν εἴη τὸ σύμπαν σῶμα πληθωρικώτερον, οὐ χρὴ διὰ τοῦ πεπονθότος τόπου ἐκκενοῦν. εἰ μὲν γὰρ ἀμυχαῖς καὶ τομαῖς αἰσθητῶς ἐκκενώσομεν, ὀδυνήσαντες ἐπισπασόμεθα πλέον διὰ τὴν ὀδύνην. εἰ δὲ τοῖς θερμαίνουσι διαφορεῖν ἐπιχειρήσομεν, ἕλξομεν διὰ τὴν θερμότητα πλέον εἰς τὸ μέρος ἢ διαφορήσομεν. εἰ δ' αὖ βουλοίμεθα παλινδρομεῖν ἀναγκάζειν τὸ ἐπιῤῥέον, οὐκ ἂν δέξαιτο μεσὸν ὑπάρχον τὸ σῶμα. πρὸς ἄμφω τοίνυν ταῦτα, χρὴ κενῶσαι τὸ ὅλον, ἢ ἀντισπάσαι γε πάντως εἰς ἄλλα χωρία τὸ ἐπιῤῥέον τῷ πεπονθότι. *quod eſt: Si uniuerſum corpus plus æquo plenum fuerit, per affectum locum euacuare minime conuenit. Si enim ſcarificationibus ac ſectionibus euidenter euacuabimus, inferentes dolorem plus ratione doloris attrahemus. Si uero calefacientibus diſcutere tentabimus, plus ad affectam partem per calorem trahemus, quàm diſcutiamus. Quod ſi rurſus libeat cogere ut quod influxit retrocurrat, corpus plenum exiſtens non admittet. Ad hæc igitur ambo, totum corpus euacuare oportet, aut omnino ad alia loca reuellere quod in partem affectam influit. Hactenus Galenus. Vnde ſanè abunde ſatis conſtat Hippocratem hic de eo tantum loqui dolore capitis, cum quo non uniuerſi corporis plenitudo coniuncta ſit. Vel ſi de eo etiam loquitur qui in corpore plethorico accidit, ſine controuerſia eius uenæ quæ in fronte eſt ſectio, niſi totum antea uacuatum ſit corpus, non competet. Reuulſiuam autem eſſe eam de qua uerba hoc in loco Hippocrates facit uenæ ſectionem, inde manifeſtum fit, quod ad contraria reuellat, non quidem ſecundum longitudinem & latitudinem, ſed ſecundum profundum, quæ eſt ab iis quæ retro ſunt ad ea quæ ante, & contrà.*

APHORISMVS XVI.

Succeſſiones præcordiorū ex qualibus in qualia fiant contemplandæ, & aliæ, potiſſimum inflammationum uiſcerum qualia poſſint, ſiue ex iecinore in lienem, ſiue contrà fiant, & quæcunq; eiuſmodi ſunt.

Vniuer-

A *Vniuerſalis hæc eſt ſententia, admonens nos, non tantum præcordiorum, ſed & omnium membrorū ſucceſſiones eſſe diligenter admodum contemplandas. Succeſſiones uero quas Hippocrates διαδέξιας, Galenus autem διαδοχὰς uocat, nihil aliud dicimus, niſi affectuum de una ad aliud membrū tranſitus. Nam ſuccedo, Latinis etiam eſt interdum idem quod in alterius locum uenio. Migrationes itaq; affectuum ab una in aliam partem, ſucceſſiones hoc loco nominantur: quas nō ab re contemplandas medico eſſe Hippocrates hortatur, quod non parum referat ex quibus in quas partes fiant. Nam multo conſultius eſt à nobili & principatū in corpore gerenti particula, in minus nobilem fieri ſucceſſionē. Verbi gratia, præſtat à dextro præcordio in ſiniſtrum migrare affectū, at non contrà. Hinc eſt quod in prognoſticis ſcribat, οἴδημα δὲ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ σκληρόν τε ἐὸν καὶ ἐπώδυνον κάκιστον μὲν εἴπερ ἅπαν εἴη τὸ ὑποχόνδριον. εἰ δὲ εἴη ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἀκινδυνώτερόν ἐστι ἐν τῷ ἀριστερῷ, id eſt: Tumor in præcordio durus, ac dolore afficiens, peſſimus quidem ſi in omnibus ſit præcordijs. Sin in altera duntaxat parte fuerit, minus periculoſus eſt qui in ſiniſtra eſt. Non autem præcordiorum ſolum ſucceſſiones conſiderandæ, ſed & omnes aliæ reliquorum membrorum, num ſcilicet à præcellentioribus ad minus precellentiora transferantur* 1.prognoſt.33.

B *affectus, aut contrà. Malum enim ſemper, ubi ab ignobiliori ad magis nobile affectus tranſit. Sic in externis ſemper conſultius eſt affectum eſſe quàm internis, in liene quàm iecinore, in inteſtinis quàm uentriculo. Etſi autē omniū aliarum partium corporis ſucceſſiones cōtemplandas eſſe uelit Hippoc. potiſſimum tamen conſiderandum eſſe quid inflammationū quæ in internis fiunt uiſceribus ſucceſſiones poſſint, monet, quod hæ inter omnes fermè reliquos affectus peſſimi eſſe ſoleant, idque bifariam, quod ſcilicet per ſe mali ſint, & quod in partibus nobilioribus excitatos eſſe conſtet. Meminit autem hoc loco exempli uice, iecinoris & lienis, ut nimirum ex ijs reliquorum etiā membrorum ſucceſſiones æſtimemus. Sicut enim à iecinore ad lienem affectus ac malorum humorū ſucceſſiones fieri tutius eſt, quàm à liene ad iecur, quod hoc illo multo præſtantius ſit, ita etiam aliàs ſemper cōſultius eſt, ut à præcellentioribus ad minus præcellentia ſucceſſio fiat, quàm contrà. Id quod per hæc quoq; uerba, & quæcunq; talia ſunt, innuere uoluit: quaſi dicat, itidem iudicandum erit de reliquis membris quæ ad inuicem ſe habent, perinde atq; iecur ad lienem. Cæterum non tantum conſiderandum ex quibus in quas partes fiant ſucceſſiones, ſed etiam qui affectus ex qualibus affectibus fiant. Nam conſultius eſt ut inſaniæ hæmorrhoides aut uarices ſuccedant, quàm contrà uaricibus inſania. Hinc alibi ait Hippocrates, τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμορροΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις. quod eſt: Si uarices aut* 6.aph.21.

Succeſſiones conſiderandæ.

Qui affectus ex quibus fiant contemplandum.

hæmorrhoides inſanientibus ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit. Satis autem C *ſit rem uno tantummodo exemplo oſtendiſſe: nam plura qui ſcire cupit, eadem ex libro ſexto & ſeptimo aphoriſmorum Hippocratis petat, ubi ferè aliud nihil agit, niſi ut affectuũ & in bonũ & malum ſucceſſiones referat. Caluus perperàm διαδέξιες lancinationes uertit, homo certe parum peritus rerum medicarum: fortè διαδήξιες legendum eſſe putauit. Calumniandus uero non hoc ſolum nomine, ſed quod nec toti ſententiæ iam à nobis enarratæ, genuinum ſenſum tribuerit, quum tamen omnium facillima ſit, nec ulla in ea eſſe obſcuritas appareat.*

APHORISMVS XVII.

Ea quæ non quô expedit repunt, reuellere oportet. Si uero quô decet, tum iis uiam ſtruere ut ſingula repant conuenit.

Poſſet quidem hæc cum præcedenti connecti ſententia, ut ſcilicet morborũ ſucceſſiones ab eo membro ad quod non expedit factæ, reuellantur. Hæ uero quæ ad conuenientia membra fiunt, minime, ſed illis potius uia aperienda eſſet à medico, ut noxia omnia huc repere poſſent. Conſultius tamen erit ut uniuerſalis ſit ſententia de omnibus noxiis totius corporis: quorum ſanè motus à medico diligenter admodum perpendendus erit, num ſcilicet ad ea membra quæ principatum aliquem in corpore gerunt, fiat: nam tum ad contraria D *potius & ad membra ignobiliora quæ ſic repunt reuellenda erunt. Sin quô decet tendant, hoc eſt, ad membra minus præcellentia, aut ad loca à natura euacuationibus deſtinata, tum illis uiam ſtruere ut ſingula noxia huc repant conuenit. Nam id hoc loco στομοῦν, quod Galeno teſte idem eſt quod ἀναστομοῦν, ſignificat. Neq; enim in propria ſignificantia, pro eo quod eſt, infeſtam aciem obuertere, & infeſto agmine exercitũ firmare, accipitur, quemadmodum apud Plutarchum in Anto. ubi in eum ſcribit modum:* ἐκ τούτου μαθὼν ὁ Ἀντώνιος ὃ ποιεῖν ἔδει, πολλοῖς ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις οὐ μόνον τὴν οὐραγίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς πλευρὰς ἑκατέρας στομώσας ἐν πλαισίῳ τὸν στρατὸν ἦγε. *quod eſt: Ex hoc Antonius cognito quid factu opus eſſet, multis iaculatoribus funditoribusq; non ſolum terga, ſed etiam utraq; latera agminis firmauit, ſepſitúe, & quadrato exercitu incedebat. Significat etiam στομοῦν interdum idem quod exacuere aciem, ut ſcilicet gladius eo facilius penetret: ſic στομῶσαι τὴν μάχαιραν dicimus. Metaphoricῶς itaq; hoc loco apud Hippocratem pro eo quod eſt aperire ſumitur. Perinde enim ut acies ferri, quam ubi exacuerimus facile perrumpit & aperit id in quod impellitur, ita etiam loca corporis obſtructa medicamentis aperimus, ut per illa noxii humores prorumpere poßint. Sic in ſanguinis eruptionibus uenas aperimus: ita nares, aures, uterum & alia loca uacuationis obſtructa. Fiſtulas*

A *ſtulas quoq; conſuetas aliquandiu arctatas conſtrictásue, rurſus aperimus.*
Porrò huic ſimilem fermè ſententiam paulò ante etiam produxit Hippoc. 2.part.aph.9.
ubi abſceſſus eos qui quales eſſe decet fuerint, & quò oportet proruperint,
excipiendos fore monuit. Eos uero qui non ſatis prodierint, iuuandos eſſe.
Auertendos autem planè qui prorſus inutiliter exierint. Neq; diſcrepant
quæ lib. ſeptimo ther. meth. ſcribit Galenus, ita dicens: εἰ μὲν ἐξ ἀκυρωτέρων
ἡ μετάστασις εἴη γεγενημένη, πρὸς ἐκεῖνα πάλιν ἀντισπάσεις τὸ περιτ-
τεῦον. εἰ δ' ἐκ κυριωτέρων, ἀμφοῖν ὁμοίως προνοήσεις, τὴν ἐργαζομένην
τὸ ῥεῦμα διάθεσιν ἐκκόπτων ἀεί. γίγνοιτο δ' ἂν τοῦτο πάντα μὲν εἰς
εὐεξίαν ἀγόντων ἡμῶν τὰ τοῦ σώματος μόρια, πάσας δὲ τὰς φυσικὰς
ἐκκρίσεις εὐρόους ἀεὶ παρασκευαζόντων. *hoc eſt: Si quidem ex minus momen*
taneis translatio facta eſt, quod ſuperuacuũ eſt rurſus ad ea reuellas. Sin ex
iis quæ maioris momenti ſunt, ambobus ſimul cõſules, eum ſemper ſummouens
affectũ qui fluxionẽ excitat. Fiet id ſi omnes corporis partes ad bonam habi
tudinẽ reducamus, ac omnes naturales expulſiones fluxiles ſemper reddamus.

APHORISMVS XVIII.

Latæ puſtulæ, quales hyeme Simon habuit, non admodum pru-
riunt. Hic ſanè cũ ad ignem inungeretur, uel calida lauaretur, iuuaba-
B tũr. Vomitiones non expediebant. Puto utiq; eum qui calidis largi-
ter fouiſſet, prodeſſe potuiſſe.

Quod in aphoriſmis generatim in hunc modum protulit, τὰ πλατέα ἐξ-
ανθήματα οὐ πάνυ κνησμώδεα, *hoc eſt: Latæ puſtulæ non admodum*
pruriunt: id hoc loco particulatim de uno tantum Simone enunciat: ut iterum
inde appareat Epidemiων libros ante alios eſſe ſcriptos, utpote in quibus
ſingula quæ uiderat, in memoriæ ſubſidium annotauerat. Puſtulas uero di- Puſtulæ.
ximus eas quæ Græcis ἐξανθήματα *uocantur. Sunt autem tumores ſpon*
te in cute florentes, quæ quoniã turgentiũ ad florem gemmarũ in plantis mo-
do tument, ideo nomen hoc apud Græcos inuenerunt. Dicuntur alio nomine
in tertio lib. Epide. ſect. tertia, ubi peſtilentem conſtitutionem refert Hip
pocrates, ἐκθύματα. *Cur autem ſic appellatæ ſint Græcis, Galenus in huius*
loci enarratione iis uerbis indicat: πρόδηλον μὲν ὅτι παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ
ἐστὶν ἐξορμᾶν, ἡ προσηγορία τοῖς ἐκθύμασι γέγονεν, ἰδίως τῶν αὐτομάτως
ἐξανθούντων κατὰ τὸ δέρμα. *quod eſt: Manifeſtum quidem quod* ἐκθύ-
μασι, *id eſt puſtulis, id nominis ab erumpendo factũ ſit, in iis ſcilicet quæ ſpon*
te in cute florent. Plinius papulas, & interdũ pituitæ eruptiones nominat.
Non ſunt uero aliæ puſtulæ ἐξανθήματα, *quàm illæ quæ hodie barbaris*
uocabulis uariolæ & morbilli dicuntur: id quod aliquot argumentis oſten-
demus. Galenus lib. ſexto aphoriſmorum cõm. nono, duplices puſtulas facit,

nonnullas ſublimes, nonnullas uero latas. Sublimiores à calidiore generari C humore ait, pruritumq́; excitare: humiliores uero à frigidiore obortas, & citra pruritũ eſſe, quod ſcilicet in latitudinẽ extentæ difflentur, & humor ipſas faciens minus acris ſit. Sed præſtat uerba eius adſcribere: τῶν ἐξανθημάτων ἔνια μὲν ὑψηλὰ γίνεται, τινὰ δὲ πλατέα. τὰ μὲν οὖν ὑψηλότερα ἐξανθήματα θερμότερος ἐργάζεται χυμὸς, τὰ δὲ ταπεινότερα, ψυχρότερος, ὥστε διὰ δὴ τούτων τῶν αἰτίων οὐ πάνυ τι κνησμώδεα γίνεται τὰ πλατέα. διαπνεῖται γὰρ εἰς πλάτος ἐκτεταμένα, καὶ τὸν ἐργαζόμενον αὐτὰ χυμὸν ἧττον ἔχει δριμύν. Eodem ſanè modo morbilli ſublimes ſunt, pruritumq́; excitant: uariolæ uero humiles ac latæ, nec admodum prurientes. Morbilli à calidiore, uariolæ autem à frigidiore humore generantur. Præterea quemadmodum ἐκθυμάτων generatio, Galeno loco iam citato teſte, ex ſuperuacuis humoribus eſt, qui partim tenues, partim etiã craſſi ſunt, ita etiam uariolarum & morbillorum: ex craſſioribus uariolæ, ex tenuioribus autem morbilli. Et quemadmodũ ecthymata ex tenuibus humoribus facta, ulcerationes etiam cum tumore efficiunt: ex craſſis uero procreata in tumorem tantum cutem extollunt: ita etiam morbilli cutem non tantum attollunt ſed etiam exulcerant, uariolæ autem tumorem duntaxat efficiunt. Quibus teſtimonium Razis accedit, qui librum ſuum ubi de eiuſmodi puſtulis agit, D de exanthematibus inſcripſit, licet non ſine maximo errore Valla Placentinus eius libri interpres, de peſtilentia traduxerit. Totum hoc genus puſtularum fit, natura corporis profundum expurgante. Difficilis autem illarum fit progreſſus iis quibus cutis ipſa craſſa ac denſa exiſtit. Et ob id uariolarum ſemper exitus difficilior eſt, quod ex craſſioribus & magis tenacibus humoribus ortum ducant, & hoc nomine cutem non facile penetrare poſſint. Hinc eſt quod multi uariolis intus detentis moriantur: pauci autem in morbillis, quod facile, quandoquidem ex tenuioribus humoribus ſint, erumpant. Difficilius autem erumpere puſtulas latas, Simonis cuiuſdã exemplo Hippocrates oſtendit: huic enim quum hyeme puſtulæ latæ factæ eſſent, nõ erumpebant, niſi cum ad ignem inungeretur, aut calida lauaretur, quod nimirum calida unguenta ac balnea cutem denſatam, craſſosq́; humores tenuiores efficiebant. Alio uero tempore in profundo corporis manebant, quod humores craſſi, qui talium puſtularum cauſa erant, per cutem paulò denſiorem hyemis frigore factam, erumpere non poſſent. Vnde diſcendum nobis erit, calidorum remediorum acceſſione non parum prædictarũ puſtularum exitum adiuuari. Non autem temerè adiectum eſt, uomitiones non expediebant: nam iis uerbis latenter puſtularum curationem indicare uoluit, ut ſcilicet ad cutem repentes humores noxios, non in corporis profundum per uomitiones, aut purgationes

Vallæ Placentini error.

In uariolarum eruptione pleriq; moriuntur.

Puſtularum curandi uera ratio.

A *gationes per inferna, ſed ad cutem potius trahamus, ac per illam uacuemus. Sic enim alibi nos docuit:* τὰ δὲ ἄγειν, ταύτῃ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ ἡ φύσις, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων. *hoc eſt: Quæ uacuare oportet, eô duci debent, quô maxime natura tendit, per loca ſcilicet conferentia. Proinde ſententiam ſuam interponit Hippocrates, dicens: Puto utiq; eum qui calidis fouiſſet, prodeſſe potuiſſe. Quibus nimirum uerbis innuit, non omnibus puſtulis per calida citra totius corporis euacuationem mederi poſſe, ſed iis tantum quæ in corpore non pleno exoriuntur. Quapropter ſi uniuerſi corporis plenitudo coniuncta fuerit, tum ante calidorum uſum uenæ ſectione aut alui ſubductione opus erit. Nam ſi calidis fomentis quiſpiam utens diſcutere tentauerit, is certe in pleno corpore attrahet potius, quàm ut per cutem euacuet. Prius itaq; euacuare id quod abundat, per uenæ ſectionem aut purgationem oportet. Quod ſi uero latæ ſint puſtulæ & cuti infarctæ, tum earundẽ curatio omnino eſt per medicamenta calorifica, quod humor has ipſas efficiens craſſus atq; frigidus ſit. Caluus uerbum* διαπυριᾶν *ineptiſſime pro febriat interpretatus eſt, cum* πυριᾶν *non febrire, ſed feruenti aliquo ac calido fouere ſignificet. Quod ſi uero* διὰ *addas, maiorem uehementiã denotabit, ut* διαπυριῶ *nihil aliud ſit, niſi impenſe calefacientibus utor, ut in explanatione* B *etiã huius ſententiæ Galenus teſtatur. Hinc* διαπυριῶντα *medicamenta, eodem teſte,* σφοδρῶς θερμαίνοντα, *hoc eſt, uehementer calefaciẽtia dicuntur.*

1.aph.21

πυριᾶν.

APHORISMVS XIX.

Quęcunq; maturare expedit, ea obſtruantur: contraria uero exiccare oportet, & aperta eſſe.

Hippocrates hoc loco docet, quo pacto maturationẽ efficere poßit medicus. Maturare autem idem hic eſt quod ad ſuppurationem ducere, ſeu pus mouere. Maturantia uero medicamenta nullam facultatem diſcuſſoriam, qua per halitũ digerant, habeant: hæc enim ut ſine ſuppuratione ſoluantur, ac euaneſcant ea quæ coierunt, efficiet: ſed ἐμπλαστικὴν, *hoc eſt, meatus obſtruentem potius, quæ coarctare, cohibere, concludere, ac intus continere natiuum calorem ne difflетur ac exhalet, poßit, ut ſuperuacua maturet ac concoquat. Id quod confirmant ea quæ ſcribit Galenus lib. quinto de ſimpl. medi. facul. cap. octauo in hunc modum:* καὶ μὴν γε ὡς ἐμπλαστικὸν εἶναι χρὴ τὸ τοιοῦτον φάρμακον, ἵν' ἀκριβῶς ᾖ διαπυητικὸν, ἤδη μοι καὶ τοῦτο δοκῶ φαίνεσθαι σαφῶς. εἰ γὰρ τὴν οὐσίαν αὐξῆσαι δεῖ τῆς ἐμφύτου θερμότητος, οὐκ ἐπιτείνειν προσήκει τὴν ποιότητα, πεφράχθαι χρὴ τοὺς πόρους τοῦ σώματος, ἵν' ἔνδον ἀποστέγωσι τὰς ἀτμώδους διαπνοάς, ὡς ὅσα γε τῶν καταπλασμάτων, ἢ τῷ ῥύπτειν, ἢ τῷ θερμαίνειν σφοδρότερον ἐπιτρέπει διαφορεῖσθαι τοὺς ἀτμοὺς, ξηραίνει μὲν οὐ μὴν ἐμπυΐσκει γε. *quod eſt: Quin-*

Maturare.

Maturantia medicamẽta qualia.

o ij

etiam quod obſtruens eſſe debeat eius generis medicamentum, ut accurate pus moueat, & ipſum liquidò mihi apparere uidetur. Nam ſi ſubſtantiam innati caloris augere, non intendere qualitatem ipſam conueniat, meatus corporis obſtructos eſſe, ut uidelicet halituoſos tranſpiratus includãt, neceſſe eſt. Siquidẽ ea cataplaſmata quæ aut detergentia, aut ualidius excalefacientia halitus diſflari permittunt, exiccant quidem, ſed pus nõ mouent. Ex quibus nimirũ Galeni uerbis ſatis conſtat, medicamenta maturantia cognatã & æqualem corporibus noſtris caliditatẽ poſſidere, ac quantitate potius quàm qualitate caloris agere nata eſſe, adeoq́ non in tantum calefaciunt ut obſtructione liberent referentq́ meatus, ut unà quoq́ particulæ calor euolet, ſed halituoſum & calidum ſpiritum ob mediocrẽ calorem continent, atq́ ſubſtantiã eius augent. Quare ſi in parte quæ ſuppuratione indiget aſſiduò impoſitas manus ſeruare, aut aliam quamuis partẽ poſſibile foret, celerrime ſic ſuppuratio procederet. Pari quoq́ modo ſi medicamentum hominis temperaturæ ſit quamſimillimũ, ocyſſime concoquet quod in pus uerti debet. Quod ſi tamẽ quiſpiam medicamenta ea quæ ad puris generationẽ aptiſſima ſunt ſcire deſiderat, is Galenum loco citato legat, & uoti compos fiet. Cæterum non temerè ab Hippocrate dictum eſt, quæcunq́ maturare expedit: iis enim uerbis non omnia poſſe ad ſuppurationem duci innuit, atq́ adeò ſecludit ea quæ difficulter uel omnino non maturationi obediunt. Putreſcunt enim nonnulla horum, ſub medicamentis obſtruendi ui præditis: id quod uel propter humorũ malitiam, uel partis affectæ imbecillitatẽ, calorem natiuum tam debilem habentis, ut eorum qui ad ipſam decumbunt humorũ concoctionẽ non adoriatur. Illa itaq́ maturare medicus nõ conetur, ſed aperire et exiccare potius curet.

Non omnia maturari poſſe.

Quæ aperta eſſe conueniet.

Aperiet igitur ea quæ in imo ac abdito quodam corporis loco putreſcunt, quæq́ ſinum aliquem effecerunt. Excidendæ deniq́ prorſus hæ partes quæ ut in gangrænam tranſeant propè ſunt. Quid multa? In iis tantum tumoribus ac inflammationibus obſtruentibus corporis meatus medicamentis utendum erit, in quibus extinctionis caloris innati periculum non imminet: in aliis uero quæ propè ſunt ut putreſcant, aut gangræna tententur, minime, ſed euacuatione, ſeu apertione potius ſinuum & inciſione, ac medicamentis ſiccandi ui præditis: id quod per hæc uerba ſignificare uoluit Hippocrates: Contraria ſiccare & aperta eſſe, minimeq́ obſtructa cõuenit. Quaſi dicat, quæ ut ſuppurentur non indigent, ea ſcarificationibus, aut ſectionibus ad profundum partis affectæ pertingentibus, aperienda ſunt, quo ſcilicet noxia effluere poſſint, ac tandem affectæ partes exiccandæ, ut quæ inter ſe diſſident, carne producta coaleſcere poſſint, quemadmodum prolixius lib. ſecundo de curandi ratione ad Glauco. cap. xiiii. Galenus docet. Sunt etiam nonnulla quæ

A *nulla quæ difficulter maturantur, hæc exiccantibus, & ea quæ coierunt diſcutientibus medicamentis curare conuenit. In iis autem quæ putrefacta iam ſunt, uſtionibus etiam utimur: quæ quoniam mire ſiccant, in uerbo etiam ξηραίνειν, quod Latinis deſiccare eſt, complecti poſſunt. Proinde ex iis euidentiſsimum eſt, iis quæ intus obſtruuntur & coercentur, contraria eſſe omnia quæ diſcutiunt, per halitumúe ſoluunt (διαφορητικὰ Græci uocant) & deſiccant quocunque modo medicamenta.*

APHORISMVS· XX.

In oculorũ fluxu, ſi modo cõferre uidetur, in fauces reuellere conuenit. Ita & ubi ructus expedit, ac quęcũque id genus alia, reuellere oportet

Quod in hac ſententia docetur, planè diuerſum eſt ab eo quod ſuperiori aphoriſmo dictum eſt: ob id etiam cum illo hæc ipſa minime connectenda, ſed potius ſegreganda erit, quod nimirum nihil cum eo cõmune habeat. Et certe Galenus etiam in cõmentariis ſatis monet, prioris ſententiæ, ut nonnulli exiſtimauerunt, nõ eſſe exemplum. Docet ergo ut diutinos oculorum fluxus per medicamenta acria medicus ad fauces reuellat: id quod fiet, ubi illis palatum inunxerit, aut ut æger gargarizet, præceperit. Hoc uero faciendũ erit, dum ita conferre uidetur. Id certe quod nõ temerè adiectum eſt, neque enim ſemper Quando oculorũ fluxus ad fauces reuellendus.
B *reuellere licebit, ſed tum duntaxat quando nullus imminet timor, ne ad aſperam arteriam aut pulmonem fluxus uertatur. Hoc enim niſi cauebimus, conſultius erit ut à reuulſione penitus abſtineamus. Quemadmodum uero in oculorum reuellendo fluxu prouidum eſſe medicũ admonet, ne ſcilicet ad alias corporis partes ubi plus mali afferre poſſit reuellat: ita etiã in aliis, ne qua earum partiũ ad quas reuulſio fit, in periculo ſit ut uehemẽter lædatur, cauendum illi eſſe innuit. Et hæc quidem prioris ſententiæ partis genuina eſt interpretatio. Altera obſcuritatis nonnihil habere uidetur, quod Hippoc. illã ſibi in memoriæ tantum ſubſidium adiecerit, ob id imperfectam etiam ſubiecit ſententiã, ſatis eſſe putans ſi ab ipſo tantum (neque enim ut æderetur hunc conſcripſit librũ) aſſequeretur. Id autem ſine controuerſia dicere uoluit: Vbi ructus utiles eſſe conſpexeris, hic manifeſtũ eſt illos mouendos eſſe, ueluti quæcunque id genus alia, quæ ſcilicet conferre uidebuntur. Comparationem uero ad ea quæ antea dicta ſunt, facit Hippocrates ad eum modum. Sicuti è ſupernis ad inferna, ut ab oculis ad fauces, interdum reuellere conducit: ita ubi ſpiritus flatuoſus uentrem tendit, nec per inferna erumpere poteſt, ad ſuperna reuellendus erit. Id quod fiet, ſi ut cõtinuò eructet qui ſic laborat, operam dederit. In ſumma, quæcunque reuulſione opus habent, eò reuelli debent ubi mali nihil adferunt. Caluus ſententiam hanc partim deprauauit, illam cum ſuperiore connectens, partim etiam ut non intellectam omiſit.*

APHORISMVS XXI.

Meatus apertos eſſe conuenit, ueluti nares, & alia quæ oportet, & ut oportet, & qualia, & ubi, & quando, & quantum oportet, ueluti ſudores, ac alia ſanè omnia.

Cõpendiaria docendi ratio laudatur.

Et hæc una inter cæteras etiam Hippocratis ſententias eſt, quæ quantũ compendioſa docendi ratio ſtudioſis commodi afferat, abunde monſtrare poteſt: ut hoc certe nomine nobis unicè ſuſpiciendus ſit Hippocrates, quod ea in re omnes alios uicerit. Quot enim ad artem neceſſaria theoremata hac ſola breuiuſcula ſententia complexus eſt? Tot ſanè, quot loquaciſſimi Sophiſtæ multis uoluminibus explicare pro dignitate non potuiſſent, quod nimirũ pauca quæ ad inſtitutum faciunt, ineptiſſimis ſuis commentarijs inſerant. Hinc ſaxo quouis magis ſtupidus, ac à ſenſu communi remotiſſimus is ſit oportet, qui præ frigidiſſimis, rancidis, inſulſis, ac prolixis, ubi tã multa præter rem, & aliena à cauſa congeruntur, Sophiſtarum commentarijs, Hippocratem cõtempſerit, ex quo ſanè uno die plus ſolidæ doctrinæ haurire poterit, quàm ſi Auicennam, aliosq́; eius farinæ autores ineptos, perpetuũ menſem reuoluat. Sed ut ad inſtitutum redeamus, relucet hic exquiſita, quam paſſim ægros inuiſendo adhibuit, Hippoc. diligentia: quam utinam noſtræ ætatis medici imitarentur, & artem ſanè difficilem pari ſtudio exercerent, ita enim minus

Meatus aperiẽdi

hodie errorum inter medicandum committerent. Quapropter primum omnium ut meatus, quos ἐφόδους nominat, aperti ſint, accurata opera efficiat. Per meatus autem intellige quæuis, per quæ corporis ſuperuacua excernuntur loca: ut ſunt nares. Meminit uero hic narium tantum, ut uidelicet ex ijs reliqua etiam uacuationis loca, ut eſt guttur, aluus, uterus, ueſica, & id genus alia, quæ à Galeno lib. quarto aph. cõm. ſecundo, ordine quodam recenſentur, æſtimemus. Aperta uero eſſe eiuſmodi loca conuenit, ut per ea uniuerſum corpus à ſuperuacuis expurgari poſſit: cerebrum nempe per palatum, nares, & aures: uenter & inteſtina per alui deiectionem: renes & iecinoris gibba per ueſicam. Neq; ſolum prædicti meatus aperiendi ſunt, ſed etiam alia quæcunq; præter naturam obſtructa ſunt, ſi modo ut aperiantur expedit, id quod ijs uerbis innuere uoluit, Et alia quæ oportet. Verum ne quis temerè putet ſimpliciter aperiendos eſſe meatus, admonet Hippocrates ut medicus

Modus euacuationis.

cum uacuationis neceſſitas incumbit, diligenter contempletur quomodò ſit uacuandum, hoc eſt, per quæ medicamenta. Neq; enim ut fortuna tulit, ſed quemadmodum oportet, euacuandum erit. Veluti ſi aluus adſtricta fuerit, conſiderandum erit num per clyſteris iniectionem, uel balanum, uel purga-

Qualitas uacuandorum.

torium medicamentũ, illam apertum iri conueniat. Deinceps uidendum qualia ſint per apertos meatus uacuanda, num aquoſa & tenuia, pituita, biliſq;

flaua aut

A *flaua aut atra, ſingula ſimul, aut quodlibet ſcorſim. Vt uero ſummatim rem*
dicamus, quicquid ex ijs corpori moleſtum fuerit, hoc educendũ erit, quo cor-
pus leuius deinceps reddatur. Hinc alibi dixit : ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοι-
λίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν οἷα δεῖ
καθαίρεσθαι καθαίρονται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ
μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵη δεῖ γίνεσθαι γίνηται,
ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. *quod eſt : In*
perturbationibus uentris, & uomitibus ſpontinis, ſi quidem talia purgen-
tur, qualia purgari oportet, confert, & facile ferunt : ſin minus, contrà. Iti-
dem & uaſorum inanitio ſi qualis fieri debet fiat, confert, & facile ferunt:
ſin minus, contrà. Et rurſus : ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ 4.aph.2.
σώματος ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα, χρήσιμα. τὰ δ' ἐναντίως ἰόντα, παύειν.
hoc eſt : In medicamentorum uſu talia ducere ex corpore, qualia uel ſponte
exeunt, utile. Quæ uero contrario modo prodeunt, cohibere oportet. Conſi- Loca euacuationis.
derandum etiam ubi meatus apertos eſſe conueniat, num ſcilicet per ſuperna,
os, fauces, nares : aut inferna, aluum, ueſicam, uterum, ſuperuacua educenda
ſint. Id autem ex membri ſitu primum deprehendes, quemadmodum libro ſe-
cundo cap. ſeptimo artis curat. ad Glauco. Galenus demonſtrat. Tu locum
B *hunc diligenter perluſtres, & quæ breuiter hoc loco Hippoc. dixit, abunde*
ſatis intelliges. Dein etiam ex naturæ motu : quæ enim euacuanda ſunt, ut
alibi ait, eô duci debent, quô maxime natura commode tendit. Tertio ex tem- 2.aph.22.
pore : nam φαρμακεύειν θέρεος μὲν τὰς ἄνω μᾶλλον, χειμῶνος δὲ τὰς κάτω. 4.aph.4.
hoc eſt : Aeſtate potius ſuperiores partes, hyeme uero inferiores medicari
conuenit. Quarto ex habitu corporis: graciles ſiquidem per uomitum, carno-
ſi uero per inferna potius purgandi erunt, quemadmodum in aphoriſmis ijs
docuit uerbis: τοὺς ἰσχνοὺς καὶ εὐεμέας ἄνω φαρμακεύειν ὑποστελλομένους 4.aph.6.
χειμῶνα. τοὺς δὲ δυσεμέας καὶ μέσως εὐσάρκους κάτω, ὑποστελλομένους
θέρος. *Macilentos & ad uomitum faciles, ſuprà purgare oportet, cauen-*
do hyemem. Qui uero difficulter uomunt, & corpore mediocriter carnoſi
ſunt, per inferiora, cauentes æſtatem. Præterea animum attendat medicus, Quando aperiendi meatus.
quando, hoc eſt, quo tempore meatus apertos eſſe deceat: num ab initiò pri-
uſquam morbus concoquatur, &, ut ipſe ait, humores turgeant, & ad excre
tionem natura gubernans animalia, illos urgeat: aut poſtquam hæc humores
moleſtantes concoxit, quod ita naturã euacuationi habeamus maxime admi-
niculantem. Hinc eſt quod alibi ſcribat: πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινεῖν μὴ 1.aph.22.
ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν ἢν μὴ ὀργᾷ, τὰ δὲ πολλὰ οὐκ ὀργᾷ. *quod eſt: Concocta*
medicari mouereq́;, nõ cruda oportet, neq; in principijs niſi turgent, plurima
uero nõ turgent. Et iterũ: ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι 1.aph.24.

τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν. hoc eſt: In affectibus acutis raro, & inter initia medicamentis purgatorijs utendũ, idq́ adhibito diligenter examine faciendum. Poſtremum quantum euacuandũ ſit medicus cõiectet, ne ſcilicet plus quàm natura ſufferre poſſit, educat: id quod alibi etiam, ubi ita ſcriptum reliquit, monuit: μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γάρ, ἀλλ᾽ ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑποφέρειν ἐς τοῦτο ἄγειν. id eſt: Neque compreſſiones in extremũ ducendæ ſunt: haud enim tutum: ſed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere oportet. Et rurſus: τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ᾽ ὡς ἂν χωρέει, οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως, καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λιποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν ἢν ἐξαρκέσει ὁ νοσέων. quod eſt: Deiectiones non copia æſtimandæ ſunt, ſed eo quod talia deijciuntur, qualia deijci oportet, & æger facile fert. Atque ubi ad animæ defectionem uſq; ducere expedit, ita faciendum, ſi æger durare poſſit. Pro exẽplo hoc loci Hippoc. ſudores affert: hi enim etſi corpus à ſuperuacuis exonerent, ubi tamen immodici fuerint, uirtutem planè deijciũt, ægrosq́; in extremum periculum præcipites agunt: id quod abunde ſatis uiſum eſt anno à natali ſeruatoris noſtri, M. D. XXIX. ubi multi in Germania noſtra non ſolum plebei, uerumetiã principes & epiſcopi, immodico ſudore interempti fuerunt. Occaſionem huius mali dederunt medici, imò carnifices quidam, qui ſparſis hincinde libellis ineptiſſimis, præceperunt, anglico uocato ſudore correptos, à ſudore nequaquã, niſi perfectis iam uigintiquatuor horis, reuocandos eſſe. Hoc decretum paſſim non ſolum à uulgo, ſed etiam medicis indoctis, tanquã Delphicũ quoddam oraculum receptum eſt. Hinc libelli illorum magno omnium applauſu excepti ſunt, quod mirũ noui ac priſcis ſeculis inauditi morbi curandi rationẽ docere uidebantur. Et cum præcipua pars medicorũ perditè admodum eoſdem imitati ſint, factũ eſt ut aliquot millia hominum in Germania iſtorum incuria & imperitia perierint. Quodſi uero ſcripta ueterum paulò accuratius excuſſiſſent, nunquã in eam prolapſi dementiam fuiſſent. Tam ignauos autem adhuc hodie eſſe quàm plurimos conſtat, ut ad præſcriptum aliorum planè uiuant, neq; quicquã ſubinde quod agant norunt, niſi quod ab alijs didicerunt. Vellem aũt ſerò ſaltem cum Phrygibus, noſtræ ætatis ſaperent medici, aliorumq́; periculo cautiores fierent, ne ſcilicet poſthac temerè, non adhibito iudicio ac delectu, cuiuſq; ſequerentur conſilium. Id certe fiet, ſi in primis diligenter ſolidæ medicinæ præcepta à ueteribus didicerint, illaq; animo ſuo tenaciſſime infixerint. Quod in fine adiectum eſt, Aliaq́; ſanè omnia: hunc ſenſum habet. Non ſolum ſudores immoderati noxij ſunt, uerumetiam uomitus, hæmorrhoides, menſes, alui deiectiones, & alia eiuſmodi, ſi modum exceſſerint, ultraq; quàm æger tolerare

Quantitas euacuandorum.

1. aph. 3.

1. aph. 23.

Sudores.

Sudor anglicus Germaniam occupat.

A *lerare poßit, progreſſa fuerint, periculo haud uacabunt.*

APHORISMVS XXII.

Si in magnis malis facies bona fuerit, bonum eſt ſignum. In modicis uero ſi contraria bonæ ſignificauerit, malum.

Hæc ſententia ad artem præſagiendi ſpectat: docet enim ex faciei notis futura prædicere. Non autem præter rationem faciem ægrotantis contemplari præ alijs corporis partibus Hippoc. iubet: hæc enim plus cæteris apparet, & uim in prædicendo obtinet maximam. Cur faciei ægrotantis contemplanda. *Senſus autem uerborum Hippocratis, teſte Galeno in cõmentarijs, is erit:* ἐν τοῖς μεγάλοις κακοῖς, εἴτ' οὖν πάθεσιν, ἢ συμπτώμασιν, ἐὰν ᾖ τὸ πρόσωπον χρηστὸν, τουτέστιν ὅμοιον τῷ κατὰ φύσιν, ἀγαθὸν ἐστὶ σημεῖον. ἐν δὲ τοῖς μικροῖς, πάλιν οὖν κἀνταῦθα πάθεσιν, ἢ συμπτώμασιν, ἐὰν τἀναντία σημαῖνον γίνηται τὸ πρόσωπον τῇ προειρημένῃ εὐσημείῃ, κακὸν εἶναι δηλώσει. *quod eſt: In magnis malis, ſiue affectibus, ſiue ſymptωmatibus, ſi facies fuerit bona, hoc eſt, ſimilis ei quæ eſt ſecundum naturam, bonum eſt ſignum. In paruis uero denuò ſcilicet affectibus, aut ſymptωmatibus, ſi facies contraria iam dictæ bonæ ſignificationi denotauerit, malum aliquod indicabit. Hactenus Galenus. Quid multa? Si in magnis morbis facies ipſa pro morbi ratione conciderit, ſignum* B *bonum eſt: in modicis uero, à contrario malum portendit. Summè enim exitialis morbus ſit oportet, per quem facies ſine euidenti ac magna cauſa, ita conciderit. Hinc eſt quod in prognoſticis ita ſcriptum reliquerit:* σκέπτεσθαι δὲ χρὴ ὧδε ἐν τοῖσι ὀξέσι νοσήμασι, πρῶτον μὲν τὸ πρόσωπον τοῦ νοσέοντος, εἰ ὅμοιόν ἐστι τοῖσι τῶν ὑγιαινόντων, μάλιστα δὲ εἰ ὠυτὸ ἑωυτῷ, οὕτω γὰρ ἂν εἴη ἄριστον. τὸ δὲ ἐναντιώτατον τοῦ ὁμοίου δεινότατον. εἴη δ' ἂν τοιόνδε, ῥὶς ὀξεῖα, ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἐὸν, καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε, ἢ καὶ μέλαν ἐὸν καὶ πελιὸν, ἢ μολυβδῶδες. 1. præſag. 8. *id eſt: In acutis morbis hunc in modum conſiderare oportet. Principio ægri faciem, num bene ualentium faciebus, potißimum uero ſuæ ipſius, ſimilis ſit: ita enim optima erit. Quæ uero ꝗ maxime ei quæ ſimilis exiſtit, contraria erit, peßima eſt. Eiuſmodi autem erit, naſus acutus, oculi concaui, collapſa tempora, frigidæ contractæq́; aures, & fibræ earũ uerſæ, cutis circa frontẽ dura, intenta & arida, & color totius faciei pallidus, aut niger & liuens, aut plũbeus. Hactenus Hippoc. Sunt uero & ea quæ ſequuntur ibidem, huc referenda, quod miræ ad ſententiæ explicationem conducere uideantur: uerũ ne plus æquo longiores ſimus, ſat ſit locum indicaſſe, & id ſummatim ſtatuiſſe, optimam eſſe ægri faciem quoties ſimillima ſui per*

manet: è contrario deterrimam, ſi quàm maxime in contraria uertitur. Proinde C *utcunque diutinus fuerit morbus, ſi facies ægri bona fuerit, nihil mali uerendum. Quòd ſi uero mala ſit, etiamſi breuiſsimus fuerit affectus, ægro certe exitium aut malum imminere certò ſignificabit.*

APHORISMVS XXIII.

Vxor cuiuſdam morbo regio in magno theatro poſt ſtatuam ſuperueniente, eadem permanſit. Qui uero apud Timenei neptim habitauit, niger factus eſt.

Superioris ſententiæ ueluti exempla, hic duas ſubnectit hiſtorias. Cum enim antea faciei colorem, num ei quæ ſecundum naturam eſt, ſimilis ſit, contemplandam eſſe præcepiſſet, mox iam mulieris cuiuſdam necnon uiri, in quibus color faciei ab eo qui ſecundum naturam eſt, planè immutatus fuit, mentionem facit. Mulieris ſiquidem facies auriginoſum, uiri autem nigrum colorem præ ſe ferebat. Proinde tacite duas morbi regij ſpecies innuere uidetur: unam quæ à iecinore plerunque fit, ubi per uniuerſum corpus bilis flaua ſuffunditur: alteram à liene, in qua totum corpus ob atram bilem per id diffuſum, atrum efficitur. Solet tamen interdum neutra harum partium affecta, per morbi indicationem uel flaua, uel atra bilis ad cutem effundi, ita ut ob quam cauſam prædicti in mulieris ac uiri faciebus colores euenerint, certò ſciri ex D *Hippoc. uerbis haud poßit. Cuiuſdam enim, inquit, uxor: nomen, ut quod memoria exciderat, aut prorſus ignotum fuerat, omittens: prope magnum ſcilicet θέατρον, ἢ ᾠδεῖον, ἢ γυμνάσιον ἡρώων, ἢ οἴκημά τι, hoc eſt, theatrum, uel locum ubi cantatur, uel ubi heroes exercitantur, uel domicilium quoddam (tale enim quid, monente Galeno, ut perfecta ac dilucida ſit ſententia, intelligendum erit) poſt ſtatuam uidelicet, quemadmodum ait Galenus, Menelai, aut alterius cuiuſdam ſtans, cum illi regius morbus aut color auriginoſus ſuperueniſſet, eadem permanſit: hoc eſt, color ille faciei, aut affectus (χρῶμα enim uel πάθος, Galeno teſte, inaudiendum) qui præter naturam accidit, deinceps non abijt, ſed talis perdurauit. Quibus utique uerbis ad memoriam nobis quod antea dictum eſt reuocat, nempe, in paruis et nullius inter initia momenti malis, magnam faciei ab ea quæ ſecundum naturam eſt mutationem, malam admodum eſſe, quod non ſine uehementi cauſa fieri poßit. Apparet & hoc loci exquiſita Hippoc. in ijs quæ uiderat annotandis diligentia, quod non tantum locum in quo ſibi uiſa eſt mulier, ſed etiam ſtatuam iuxta quam ſtetit aut decubuit, expreſſerit, ὄπισθεν ἡρώου dicens. Eſt enim ἡρῷον Græcis monimentum ſeu ſtatua, quæ uiro alicui inſigni ob eximias uirtutes et res probè et egregie geſtas, erigi ſolet. Caluus non ſine magno errore pro nomine proprio interpretatus eſt. Porrò quod ad alteram hiſtoriam pertinet, iterum nomen*

Duæ morbi regij ſpecies.

ἡρῷον quid.

ægrotan

A ægrotantis reticet, quod ſcilicet ſibi tantum in rei antea obſeruatæ memoriã annotaſſet, & locum duntaxat ubi habitauit, nimirũ apud Temenei neptim, cõmemorat. Factum uero illum nigrum eſſe aſſerit, ut rurſus admoneret eam coloris, uel totius corporis, uel faciei duntaxat, in id quod præter naturã eſt mutationẽ, non ſine periculo fuiſſe, etiamſi reliqua quæ ægrotanti euenerũt, modica & exigua eſſe uiſa ſint. Caluus rurſus perperàm ſororẽ uertit, cum ἀδελφιδὴ neptis ſororis uel fratris ſit. Denique & ex hac ſententia abunde ſatis liquet, magnam huius libri partem in rerum antea obſeruatarũ memoriam ſibi ſcripſiſſe Hippocratem.

APHORISMVS XXIIII.

In Perintho urina quæ ſeminis humani ſpeciem referebat, eorum etiam qui circa abdomen erant tumorum iudicatoria fuit. Tales autem urina ſanabat, eo quod neq; copioſo flatu, neq; ſtercore multo uiſcido egrediente demoliebantur: non enim magnum erat præcordiũ. Braſſicam ſeptimanus cum adhuc difficulter ſpiraret comedit, & ea quæ circa abdomen erant demoliebantur: facile quoq; ſpirans factus eſt, & aluus commota.

Non ſatis ex Hippocr. uerbis conſtat, num de pluribus, aut paucis, aut uno tantũ, cui idipſum de quo ſibi ſermo eſt acciderit, loquatur. Probabilius
B *tamen eſt ut de pluribus eum loqui credamus: quandoquidem ita conſueuerit Hippocrates, ut ſi quando de uno duntaxat ſcribat, aut nomen, aut ætatem ægri, aut ciuitatem & locum ubi decubuit, apponat: ciuitates uero tantum, ut hoc loco, cũ de multis quos aliquo tempore populariter uagans inuaſit morbus loquitur, mentionem faciat. In Perintho autem, quæ Plinio lib. quarto cap. xi. autore, Thraciæ ciuitas eſt, urinam quæ humano ſemini ſimilis erat, decretoriam fuiſſe inquit, quod nimirum ea profluente morbus prorſus ceſſauerit. Vrinam uero humano ſemini adſimilem eam intellige, quæ alba & craſſa exiſtit. Nihil autem mirum, poſt eius urinæ egreſſum morbum iudicatum eſſe, cum natura quicquid in uniuerſo corpore ſuperuacuorum fuerit, per ueſicam expurgarit. Cæterũ eiuſmodi urinæ eos potiſſimũ qui circa abdomen erant tumores iudicabant, eo quod prorſus ab iis liberabant: id quod hoc argumento euincit: Neq; enim flatu copioſo, neq; ſtercore uiſcoſo multo egrediente, eiuſmodi demoliebantur qui iuxta abdomen erant tumores. Igitur per ſolam urinam quæ ſeminis ſpeciẽ referebat, morbus iudicatus & finitus eſt. Et certe firmum admodum eſt argumentum, à ſufficienti partium enumeratione ductum. Cum enim tumor abdominis uel per flatuum, uel per alui excrementorum copiam, uel per urinæ copioſum profluuium ſoluatur, priorum uero duorum neutrum accidit, neceſſariò per tertium, nempe urinæ multæ egreſſum, morbi ſolutio facta eſt. Quod uero prædicti tumores hoc*

Perinthus.

Vrina ſemini humano ſimilis quæ

Abdominis tumores trifariam ſoluuntur.

pacto ſoluantur, alibi teſtatum reliquit Hippoc. ubi in eum ſcribit modum: C
4.aph.73. ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα ὀσφύος ἀλγήματος
ἐπιγινομένου, τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, ἢν μὴ φῦσαι κα-
ταῤῥαγῶσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα. *hoc eſt:*
Quibus præcordia ſuſpenſa murmurant, ſi lumborũ dolor acceſſerit, ijs alui
admodum humectantur, niſi flatus erumpant, aut urinæ copia prodeat: hæc
2.Preſag.25. *uero in febribus. Et rurſus:* τοὺς δὲ εἰς τῶν ὑποχονδρίων πόνους τε καὶ
κυρτώματα ἢν ᾖ νεαρὰ, καὶ μὴ σὺν φλεγμονῇ, λύει βορβορυγμὸς ἐγγινόμενος
ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, καὶ μάλιστα μὲν διεξιὼν ξὺν κόπρῳ τε καὶ οὔρῳ καὶ φύσῃ.
quod eſt: Dolores præcordiorũ & tumores ſi recentes fuerint, & ſine in-
flammatione, murmur in præcordio exortus ſoluit, & potiſsimũ ſi cum ſter-
core, urina, & flatu egreditur. Quod autem in Hippoc. ſequitur, non enim
magnum erat præcordium, non temerè adiectum eſt: ijs enim uerbis indicat
iecur nulla inflammatione affectum fuiſſe. Neq; enim inflammationem in
iecore, aut uentre, aut inteſtinis conſiſtentem, urina humam ſeminis ſpeciem
referens, ſola exiens ſoluere poteſt. Et hoc eſt quod in prognoſtico dixit, ſi-
A febribus moleſtari. *ne inflãmatione: & in aphoriſmis, hæc uero in febribus. A febribus enim*
moleſtari, Galeno autore, antiqui illos dicebant, qui abſq; inflãmatione, uel
abſceſſu, uel dolore, uel eryſipelate, uel ut ſummatim dicam, abſq; aliquo mem D
bro præcipuo affecto ægrotabant. Nam ſi ob lateris inflammationem, uel
pulmonis, uel alterius partis febricitabant, nõ febricitantes ipſos, neq; à fe-
bribus moleſtari dicebant, ſed pleuriticos, aut peripneumonicos, & alijs ſi-
milibus nominibus appellabant. Præterea in fine huius ſententiæ Hippoc.
quendam in Perintho fuiſſe ait, cui abdominis tumores non quidem per copio
ſæ urinæ egreſſum, ſed braſsicæ potius comeſtionem, demoliti ſint. Braſsicam
itaq; comedens, qui antea ob tumores abdominis, ſeptum tranſuerſum coar-
ctantes, difficulter ſpirauit, eo quod ea quæ circa abdomen erant prorſus de
εὐθύπνους. *molita ſunt,* εὐθύπνους, *hoc eſt, Galeno interprete,* εὔπνους καὶ κατὰ φύ-
σιν ἀναπνέων, *id eſt, bene & ſecundum naturam ſpirans, factus eſt. Ni-*
Braſsicæ uis. *hil autem mirum ſpirationem ſubſecutam eſſe optimam, quandoquidem braſ-*
ſica, Dioſcoride lib. ſecundo cap. ρλδ. *teſte,* πρὸς πᾶσαν φλεγμονὴν καὶ
οἰδήματα, *quod eſt, ad omnem inflammationem & tumores, mirum in mo-*
dum conducat. Aetius quoq; libro primo, braſſicam diſcutiendi & exiccan-
di uiribus maxime pollere ſcribit. Plinius deniq; lib. xx. cap. nono, ad lienis
inflammationes prodeſſe braſſicam tradit. Hinc eſt quod ui ſua deſiccandi
atq; diſcutiendi humores craſſos ac uiſcidos, præcordia & abdomen in tumo-
rem eleuantes, diſcuſſerint: ad quod nõ parum contuliſſe conſtat, quod aluus
etiam huius ui ac potentia cita ſit. Ducere enim aluum braſſicam, prædicti
iam auto

A iam autores uno teſtantur conſenſu. Nõ itaq; ab re additũ eſt, & aluus cõmota eſt. Admonendus erit hoc loco lector, quod perperàm in exemplarib. quæ ex officina Aſulani prodierunt, ἐμαλάσσετο legatur, cum legendum ſit potius ἐλαπάσσετο, quemadmodum Galen. ac ratio ipſa ſatis euincit. Magis enim ſententiæ poſterius quadrat uerbũ, quod Heſychio teſte κενῶσαι, ἐκκενῶσαι, καὶ ἀφανίσαι, id eſt, euacuare, demoliri, ac è medio tollere ſignificat. Cui ſubſcribit Galen. in lib. de expoſitione antiquarũ dictionũ Hippoc. λαπαχθῆναι κυρίως μὲν κενωθῆναι ſignificare tradens. In quarta etiam huius libri particula, cõm. i. λαπάσσομαι idem quod πλοσίλλομαι, id eſt, comprimor, ad æqualitatem redigor, aut ἀφανίζομαι, hoc eſt, demolior, eſſe ſcribit. Caluus præter Hippoc. & Galeni conſilium, ex una illa iam enarrata ſententia quatuor fecit, ac planè genuinum huius ſenſum interturbauit. Sed ſinamus hominem nunquam non ineptientem, ſuo agi ſpiritu. Aſulanum exemplar emaculatur.

APHORISMVS XXV.

De ſanioſo ſanguine id ſciendum, quod talis in timentibus, aut in uigilantibus ſit, ſiue malus ſiue bonus fuerit.

Humorũ contemplationem medico neceſſariam eſſe, uel hæc etiam ſententia abunde ſatis monſtrat, in qua nõ humores ipſos tantum, uerumetiã eorundem ſanies, quod ex iis aliquando grauia & minime deſpicienda ſymptomata fiant, à medico cõtemplandas eſſe monet Hippoc. adeò ut prorſus reiicienda ſit Eraſiſtrati pernicioſa ſententia, qua humorum conſiderationem medico inutilem eſſe ſtatuit. Verum ne uocabuli ignorantia non admodum peritis imponat, annotandum, ſaniem Latinis id eſſe, quod Græcis ἰχὼρ dicitur. Proinde uehementer errant qui ſaniem idem cum pure ſignificare arbitrantur, cum tamen pus Græcis πύος, & non ἰχὼρ ſit. Perperã itaq; antiquus Hippoc. interpres in aphoriſmis ubi Hippoc. habet, περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, uertit, circa ſaniei generationẽ: cum uertendũ erat, circa puris generationem. Eſt autem ἰχὼρ ſeu ſanies, tenuis ac ſeroſa, quæ in omnibus humoribus eſt, humiditas. Quemadmodũ enim in lacte quædã ſeroſa eſt humiditas, quæ uelut colamentũ eſt partiũ in eo craſſarum: ita in ſingulis quoq; humoribus ſeroſa quædã humiditas eſt, quam Græci ἰχῶρα, Plinius uero ac Latini ſaniem nominant. Differunt autem iuxta humorũ, quorũ ſera ſaniésue ſunt, naturas. Nam atræ bilis atrociſſima ac moleſtiſſima ſanies eſt, minus autem moleſta flauæ bilis, & ea multo minus pituitæ, mitiſſima uero omnium ſanguinis. Cuius equidem rei teſtis eſt Plato, diuinus ille philoſophus, qui in Timæo hunc in modum ſcribit: ἰχὼρ δὲ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς, πρᾶος. ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε, ἄγριος. id eſt: Sanies quæ ſanguinis ſerũ exiſtit, mitis: quæ uero atræ bilis acriſq;, fera eſt. Quam nimirũ Platonis ſententiã Gal. etiã

Humorum contemplatio medico neceſſaria.

B

Sanies.

2. aph. 47.

in lib. octauo de Hippoc. & Platonis placitis, ubi humores quatuor omniũ morborũ cauſas eſſe demonſtrare conatur, citat. Perperàm autem apud antiquum interpretẽ iam dicta Platonis uerba, pro Hippocratis uerbis in cõtextum translata ſunt. Ex iis itaq; manifeſtum eſt non ſanguinem tantum, cum ab integritate ac bonitate ſua natiua deſciuerit, ſed alios etiam humores illi admixtos, ſaniei appellatione intelligi debere. Hinc eſt quod Diocles antiquiſsimus ſcriptor, Antigono regi multa ad ſanitatem neceſſaria præcipiens, inter cætera, uerna tempeſtate, præſertim Maio menſe, augeri in hominibus pituitã, ac dulces ſanies: æſtate contrà flauam bilem, & amaras ſanies, ſcribit. Porrò cum ſanguis bifariã dicatur, interdum quidem ut ab aliis humoribus diſtinctus ſit, nonnunquam uero à dominio, ut ſcilicet in uenis contineatur, & alios ſibi humores cõmixtos habeat, qua in ſignificatione dum ſanguinem noſtræ generationis eſſe quaſi materiam dicimus, accipitur: ita etiã ſanies nonnunquã pro ſanguinis tantum ſero, ut apud Homerum de Venere à Diomede uulnerata ſic loquentem, ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο ἰχώρ, nonnunquam uero pro omnium humorum ſero uſupatur. Proinde hoc loco Hippocrates ſanioſum ſeu ſeroſum ſanguinem, non ſimpliciter eum qui tenuis & aquoſus eſt, ſed qui maligna ac uenenata quadã ui præditus exiſtit, ac mordacem & exedentem ac prauam humiditatem in ſe continet, appellat. Nam cum ſanies nihil aliud ſit niſi ſanguis incoctus, aut qui coctus nondum eſt, aut qui in ſerum degenerauit, Ariſtotele lib. tertio de hiſto. animaliũ, cap. xix. teſte, ubi ita ait: ἰχὼρ δ' ἐστὶν ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μήπω πεπέφθαι, ἢ τῷ διωρρῶσθαι, neceſſariò ſanguis ſanioſus prauam in ſe humiditatẽ obtinet. Et ut paucis dicamus, ſanguis ſanioſus eſt qui omnium in ſe humorum à naturali integritate diſcedentiũ ſerum cõtinet, nõ quidem uno ſemper tempore, ſed iam illius, iam uero alterius. Proinde rectiſsime hic ab Hippocrate dicitur, ſanguinẽ ſanioſum aut timidos, aut peruigiles facere, uel ut ipſe loquitur, intimentibus, uel in peruigilibus eſſe. Timidos ac ignauos efficit ubi ſanies pituitoſa eſt, eo quod frigida ac ſegnis ſit humiditas. Vigilantes uero ſi biliosa fuerit, quod ea acris ſit, ac turbationẽ inducat. Porrò quod in fine ſententiæ adiectum eſt, ſiue malus, ſiue bonus fuerit, non ita intelligendum erit quaſi ſanguis ſanioſus interdũ bonus exiſtat, cum ut paulò antea monuimus, omnis ſanies maligna ſit, quandoquidem non fiat niſi ubi ſanguis à naturali habitu ac integritate ſua receſſerit: adeò ut in ſecundo Epide. ſect. prima dixerit: ὑπεγίνοντο μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα ἰχῶρες, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμοὺς ἐνεποίεον. εἶτα φλυκταίναι ὥσπερ πυρίκαυστοι ἐπανίσταντο. ἐν ὑπὸ δὲ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. quod eſt: Suberat quidem ſub cute ſanies, quæ concluſa incaluit, ac pruritum excitauit. Deinceps pu-

Sanguis & ſanies bifariã dicuntur.

Iliad. ε.

Omnis ſanies maligna.

C

D

A ceps puſtulæ ueluti ambuſtis ſunt obortæ, uriq; ſub cute uiſæ ſunt. Quibus nimirum uerbis aperte etiam oſtendit, ſaniem omnem malignã eſſe. Per comparationem itaq; ſaniei ſanguinis ad aliorum humorum ſanies, dictum eſt, ut ſcilicet intelligamus ſaniem ſanguinis, inter omnes alias eſſe meliorem, quod ſcilicet mitis ſit. Quamobrem quod bonus dicitur, non tanquam proprie prolatum, ſed tanquam ſi melior diceret, inaudiendum eſt. Conſueuerunt enim non ſolum ueteres, ſed & qui nunc temporis ſunt homines, id quod minus malum eſt appellare interdum bonum & honeſtum, maxime cum id ad quod cõfertur, ſummè malignum ac pernicioſum fuerit. Sic & alibi dixit alterius collatione bonum, quod per ſe malignum eſt, dum in hunc modum ſcripſit: αἷμα ἄνωθεν μὲν ὁκοῖον ἂν ᾖ κακὸν, κάτω δὲ ἀγαθόν. hoc eſt: Sanguis ſuprà emiſſus qualiſcunq; fuerit, malus: infrà autem bonus eſt. Senſus itaq; uerborum Hippocratis is eſt: Sanguis ſanioſus timiditatem aut uigilias facit, ſiue bonus, id eſt, ſanguinis tantum, ſiue malus, hoc eſt, aliorum humorum ſanguini commixtorum fuerit. Caluus in hac reddenda ſententia miris modis hallucinatur: primum, quod πτοώδεσι, ὅπερ ἐστὶ, Galeno interprete, τεταραγμένοισι μετὰ φόβου, id eſt, quod turbatis timore & perculſis, ſignificat, pro purulentis interpretatus eſt: quanquã error in mendoſum exem- 4. aph. 25.
B plar, in quo πυώδεσι legitur pro πτοώδεσι, reijci poßit. Atq; ſolertis interpretis eſt alia etiam cõſulere, ſi qua haberi poſſunt, exemplaria, quorum certe copiam Caluus habere potuit. Sed illa non curaſſe, inepta eius uerſio palàm clamat. Deinceps hæc uerba, quis non uidet, præter neceßitatem omnem adiecit, quæ tantum abeſt ut dilucidam magis orationem reddere queant, ut hanc omnium maxime obſcurent.

APHORISMVS XXVI.

Quibus lien deorſum tendit, ijs pedes & genua calida, nares uero et aures ſemper frigidæ ſunt. Conſiderandum autem num ideo hoc fiat quod ſanguis tenuis ſit, aut quia natura illi talem habent.

Notas atq; cauſas lienis deorſum tendentis, qui ab Hippocrate κατάῤῥοπος dicitur, in præſentia recenſet. Per lienem uero deorſum tendentem, intellige eum qui deorſum inclinat, & in inferioribus ſuis partibus tumet, aut qui noxios in eo humores in partes corporis infernas trudit ac repellit, id quod uериſimilius eſt. Nam cum lien humores malignos ad infernas corporis partes pellit, neceſſariò cum pedes tum genua, aliaq; inferiora corporis membra incaleſcunt. Calor ſiquidem natiuus noxiorum humorũ impetum ſecum ducens, illuc repit. Superiores uero corporis partes, nares potißimũ & aures, tum potius frigent, utpote calore natiuo deſtitutæ. Hinc perperàm in quibuſdam exemplaribus manuum inter pedes & genua mentio fit, cum

Lien deorſum tendens.

Cur pedes et genua calent.

conſtet illas inter ſuperiores potius quàm inferiores corporis partes nume- C
rari, quæ in hoc affectu calent, & non frigent, ut nares & aures: adeò ut euidentiſsimum ſit, hanc dictionem per alium quendam eſſe adiectam, & in contextum repoſitam. Notæ itaq; lienis deorſum tendentis ſunt, aures & nares frigidæ, pedesq; & genua calida. Cum autem nõ ſatis ſit notas duntaxat perſpectas habere, niſi cauſas quoq; agnoſcamus, Hippocrates poſt hæc ita inquit: Conſiderandũ num ob ſanguinem tenuem lien ad inferiora tendat, aut quia illi natura talem habent. hoc eſt, cõtẽplanda cauſa cur lien ad inferiores corporis partes humores detrudat, num ſcilicet ſanguis tenuis aut craſſus in cauſa ſit. Non autẽ tenuem in cauſa eſſe cur hoc fiat, manifeſtũ eſt, quũ is potius ad ſuperiora tenderet, perq; ſanguinis ex naribus profluuia excerneretur. Craſſũ itaq; ſanguinẽ qui natura deorſum tendit, cauſam eſſe cur idipſum fiat, omnium euidentiſsimũ eſt. Et id eſt quod iis uerbis, quia illi natura talem ſcilicet ſanguinem, hoc eſt craſſum, qui deorſum uergit, habent, Hippoc. innuere uoluit. Craſſities itaq; cauſa eſt cur ad inferiora decũbant humores.

Cauſa lienis deorſum tendentis.

APHORISMVS XXVII.

Quibus ſuppurationibus umbilicus terminus eſt, in his iam ſuppuraturis uenter perturbatur.

In partibus ſub umbilico, ſuppurationes raræ.

Cum raro admodum contingat ut tumores quæ ſubter umbilicum fiunt in D
pus uertantur, non temerè hoc loco Hippocrates ſignum, quo quando in pus uertantur deprehendere liceat, recenſet. Non uero niſi raro eos tumores qui ſub umbilico ſunt, in pus uerti, ex iis quæ alibi ſcribit Hippocrates in hunc modum, abunde liquet: τὰς δὲ ἀποστάσιας ἧσσον τὰ ἐν τῇ γαστρὶ οἰδήματα ποιέεται τῶν ἐν τοῖσιν ὑποχονδρίοισιν. ἥκιστα δὲ τὰ ὑπὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ ἐς ἀποπύησιν τρέπεται. *quod eſt: Tumores qui in uentre ſunt, minus iis qui in præcordiis oriuntur abſceſſus efficiunt: minimũ uero quæ ſub umbilico ſunt ad ſuppurationẽ uertuntur. Quem ſanè locum perperã Copus Baſilienſis traduxit, eo quod* ἥκιστα, *nequaquam, interpretatus eſt. Nam ſi id ſignificaret* ἥκιστα, *tum nunquam in iis partibus quæ ſub umbilico conſtitutæ ſunt, fieri poſſe ſuppurationem Hippocrates dixiſſet: quod tamen ut falſum eſt, ita etiam ab Hippoc. mente alieniſsimum. Quod autem interdum, raro tamen, in iis locis fiat ſuppuratio, in explicatione iam citatæ ſententiæ teſtatur Galenus, ita ſcribens:* τῶν μὴ διαφορηθέντων οἰδημάτων, ἐκπυήσεις οὐ μόνον θᾶσσον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον γίνονται κατὰ τὸ ὑποχόνδριον, ὅτι θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον. ὅσα δ' ἂν ἀποχωρῇ τοῦδε πρὸς τὰ κάτω, καὶ τοῦ μᾶλλον ὑφαιρεῖ, καὶ διὰ τοῦτο τὸ κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ σπανίως ἐκπυΐσκεται. *id eſt: Tumores ſi non diſcutiantur, non ſolum citius, uerumetiam magis in præcordiis ſuppurationes fiunt, propterea quod locus calidior eſt.*

1. præſag. 41.

Copi traductio notatur.

A *calidior eſt. Quicunq; uero ab iis ad inferiora ſecedunt, iis magis ſeſe ſubtrahunt & diſcutiuntur, & ob eam rem qui ſub umbilico tumor eſt, raro in pus uertitur. Hactenus Galenus. Quandocunq; igitur dictio* ἥκιστα *in Hippocrate occurrerit, tum minimum, & non nequaquam, ſeu nullo modo, ſignificabit. Teſtis eſt Galenus, qui cõm. lxiij. lib. tertio de rat. uict. in morb. acut. in hunc ſcribit modum:* ἥκιστα σημαίνει τὸ ἐλάχιστον, καὶ οὐχ ὥς τινές φασι τὸ οὐδαμῶς. *quod eſt:* ἥκιστα *minimum ſignificat, & non, ut quidam aiunt, nullo modo. Et rurſus cõm. lxxxix. lib. quarto:* τὸ ἥκιστα τοὐναντίον σημαίνει τῷ μάλιστα δηλονότι. *id eſt: Vocabulum* ἥκιστα, *id eſt, minime, contrarium huic uoci maxime indicat. Proinde ut ad inſtitutũ redeamus, Hippocrates breuiſsime hoc loco eorum tumorum qui ſub umbilico ſunt conſtituti, ſi ad ſuppuratione tendunt, ſignũ tradit, dicens: His iam ſuppuraturis uenter perturbatur, eò quod tenuis ſanies ex pure deſudet, quæ inteſtina erodens ac mordicans, continuam ad excretiones propenſionem efficit. Atq; adeò turbatio uentris nihil aliud hoc loco ſignificat, niſi aſſiduum illum ad excernendũ per aluum conatum ac propenſionem. Caluus præter Hippoc. & Galeni mentem, enarratam iam ſententiam cum ſequenti coniunxit. Sed cõiuendum ad hoc fuiſſet, quandoquidem & ex ueteribus nonnulli idipſum fecerint, ſi*
B *ſaltem in aliis boni interpretis officium præſtitiſſet.*

Margin: ἥκιστα. — Cur ſuppuraturis uenter ſuppuratur.

APHORISMVS XXVIII.

Lien non circa ſupernas, ſed infernas partes durus, aut rotundus, aut ſatus, aut craſſus longus, aut tenuis. Minus autem hæc accidunt illis qui deſtillationibus à capite uexantur.

Hac ſententia tumorum præter naturam qui in liene, eo potiſsimũ qui in partibus inferioribus tumet, accidunt, differentias complectitur. Proinde ait, lien qui circa infernas partes durus eſt: quibus uerbis manifeſte innuit, ſe lienis tantum κατωῤῥέποντος, *hoc eſt, deorſum uergentis, tractare differentias. In uniuerſum autem eius quatuor enumerat differentias: unam quidem in qua rotundus eſt, alteram in qua latus. Quæ duæ in hoc certe cõmunitatem habent, quod in neutra augeri in longitudinem lienem contingat. Tertiam, ſecundum quam craſſus & longus fit. Quartam, in qua longus & tenuis exiſtit. Et cõmunitatem hæ quoq; inter ſe habent, quod in utriſq; longus ſit lien. Valde ueriſimile fit bis ab Hippocrate longus ſcriptum eſſe, alterum autẽ, ut quod ſuperfluum illis ſit uiſum, tranſcriptores omiſiſſe. Poſſibile uero eſt & ab Hippocrate ita ſcriptum eſſe, & in medio dictionũ craſſus & tenuis, collocatam dictionem longus, ut ſcilicet connecteretur tam cum eo quod præcederet, quàm cum eo quod ſequeretur. Et id multo priori probabilius, quod plura alia eiuſmodi apud Hippocratem, cui perpetua eſt ac familiaris bre-*

Margin: Lienis deorſum tendentis differentiæ.

uitas, inueniantur. Hinc eſt quod & nos in noſtra uerſione ſemel tantum ſcripſerimus. Quicquid igitur ſit, bis certe longus repetendum, hunc in modum: Craſſus longus, tenuis longus. Et hæc pro primæ huius ſententiæ partis explicatione ſufficiant. Altera ſententiæ pars bifariam interpretari poteſt, Vno modo generatim, ut ſcilicet non ſolum ad lienem, uerumetiam ad omnes alias corporis partes referatur: & tum quidem ſeorſim ſcribenda, & à ſuperiori planè ſententia ſegreganda erit, ut is ſit eius ſenſus: Qui deſtillationibus à capite moleſtantur, ijs aliorum membrorum affectus minus accidunt, utpote capite ueluti omnibus reliquis membris tum imbecilliori, totius corporis ſuperuacua ad ſe recipiente. Cum enim raro admodum contingat ut ſimul duæ corporis partes ex æquo imbecilles ſint, ſed una ſemper alia debilior exiſtat, fit ut una etiam in aliam reponat ſuam redundantiam, donec omnes in eam quæ maxime debilis eſt, ſe exonerauerint. Cuius rei teſtis eſt Galenus lib. tertio de facul. naturalib. in eum modũ ſcribens: ὥσπερ δὲ ἀλλήλων ἕλκει τὰ μόρια τροφὴν, οὕτω καὶ ἀποτίθεταί ποτ᾽ εἰς ἄλληλα τὸ περιττόν. καὶ ὥσπερ ἑλκόντων ἐπλεονέκτει τὸ ἰσχυρότερον, οὕτω καὶ ἀποτιθεμένων. καὶ τῶν γε καλουμένων ῥευμάτων ἥδε ἡ πρόφασις. ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων ἔχει τινὰ τόνον σύμφυτον, ᾧ διωθεῖται τὸ περιττόν. ὅταν οὖν ἓν ἐξ αὐτῶν ἀρρωστότερον γίνηται κατά τινα διάθεσιν, ἐξ ἁπάντων εἰς ἐκεῖνο συρρεῖν ἀνάγκη τὰ περιττά. τὸ μὲν γὰρ ἰσχυρότατον ἐναποτίθεται τοῖς πλησίον ἅπασιν. ἐκείνων δὲ αὖ πάλιν ἕκαστον εἰς ἕτερ᾽ ἄττα τῶν ἀσθενεστέρων. εἶτ᾽ αὖθις ἐκείνων ἕκαστον εἰς ἄλλα, καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πλεῖστον γίνεται μέχρι περ ἂν ἐξ ἁπάντων ἐλαυνόμενον τὸ περίττωμα καθ᾽ ἕν τι μείνῃ τῶν ἀσθενεστάτων. ἐντεῦθεν γὰρ οὐκέτ᾽ εἰς ἄλλο δύναται μεταρρεῖν, ὡς ἂν μήτε δεχομένου τινὸς αὐτὸ τῶν ἰσχυροτέρων, μήτ᾽ ἀπώσασθαι δυναμένου τοῦ πεπονθότος. *hoc eſt: Quemadmodum particulæ altera ab altera alimentum trahunt, ita altera in alteram quod ſuperuacuum eſt à ſe deponit: & ſicut trahentium ea uicit quæ erat ualentior, ſic & à ſe deponentium. Eſtq; hæc uocatarum fluxionum cauſa. Habet enim quæuis particula natiuum quoddam robur, quo quod ſuperuacuũ eſt propulſat. Vbi igitur earum aliqua affectus cuiuſpiã occaſione imbecillior eſt reddita, ex omnibus in illam cõfluere quæ ſuperuacua ſunt neceſſe eſt. Nã quæ ualentiſſima eſt, in uicinas omnes reponit: earum rurſus ſingulæ in alias quæ ipſis ſunt imbecilliores: dein iterum illarũ unaquæq; in alias: idq; eatenus longiſſime procedit, quoad ex omnibus pulſum ſuperuacuũ, in una quapiam maxime imbecillarũ maneat. Hinc enim ultra in aliam transfluere nequit, utpote nec ualentiorum aliqua id recipiente, nec affecta à ſe propellere ualente. Hactenus Galenus. Altero modo ultima ſententiæ pars ita explicari poteſt, ut ad lienem*

A *lienem tantum referatur: quæ ſanè interpretatio Hippocratis menti magis quadrare quàm prior uidetur: & tum is uerborum ſenſus erit: His qui à capite deſtillationibus uexantur, lienis prædicti affectus minus eueniunt. Deſtillatio enim frequenter à pituitoſo, aut tenui & aquoſo fit humore, contrà lienis tumores à craſſo & atrebilioſo, ita ut uno eueniente, alterum accidere nō facile poßit, quod nimirū à diuerſis fiant cauſis. Caluus ineptiſſime hanc ſentētiæ partē lienis tumorib. inſeruit, totam hoc pacto ſententiā corrūpens.*

APHORISMVS XXIX.

Conſiderandū quæ circa ægrum ſit diſpenſatio, & in morbo interrogatio, qualia ſint quę narrat æger, ut accipiendi ſermones, itemq́ꝫ ea quæ ad ægrotantē, quæq́ꝫ ad aſſidentes, & quæ ad exteriora attinent.

Monet hoc loco Hippocrates medicum, ut diligentem ſe in ijs quæ apud ægrum agenda ſunt, exhibeat, & ſingula uelut œconomus quidā rite diſpenſet. Nam ut parum prodeſt magnam multarum rerum ſibi paraſſe ſupellectilem, niſi etiam quis commode utatur: ita nihil proſunt medico ea quæ didicit, niſi dextrè illis apud ægrum uti ſciat. Atq; hinc eſt quod dextrū illum uſum metaphoricῶs οἰκονομίαν *nominet. Quemadmodum enim patremfamiliàs ſolicitum eſſe, ut ea quæ ad uitæ uſum pertinent comparet, neceſſe eſt,*
B *ueſtitum ſcilicet, uaſa, famulos, iumenta, aliaq́ꝫ pecora, frumenta, legumina, uinum, oleum, & alia eiuſmodi, quo illis ſi neceßitas incumbat, uti poßit: ſic etiam medicum omnia quæ ad artem neceſſaria ſunt, diſcere cōuenit, ut illis in tempore cōmode & dextrè uti ſciat, ac ſingula ut decet diſponat, interrogans ac reſpondens ea quæ oportet, ægroq́ꝫ ac domeſticis quæ factu opus eſt præcipiens. Primum omnium medicus compertū habeat quid ſibi in unoquoq; morbo circa ægrum interrogandum ſit, id quod non, niſi omnia ad artem neceſſaria ſibi compararit, ſcire poterit. Satis ſit uno exemplo rem monſtraſſe. Si ad ægrum introiueris, & faciem ægri exitioſam eſſe uideris, nares nimirum acutas, oculos cauos, collapſa tempora, aures frigidas & contractas, faciei colorem aut nigrum, aut pallidum, quid tibi interrogandum ſit in promptu eſſe debet. Docet autem idipſum Hippocrates, qui in præſagijs ſic ait:* ἐπανέρεσθαι χρὴ μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχει αὐτόν. καὶ ἢν μέν τι τουτέων ὁμολογέει, ἧσσον νομίζειν δεινὸν εἶναι. κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρᾳ τε καὶ νυκτί, ἢν διὰ ταύτας τὰς προφάσιας τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ. ἢν δὲ μηδὲν τουτέων φησὶν εἶναι, μηδ' ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς τὸ σημεῖον θανατῶδες ἐόν. *quod eſt: Interrogare oportet num uigilauerit homo, aut aluus uehementer reſoluta fuerit, aut inedia præceſſerit. Et ſi quid illorum conſenſerit, minus periculi adeſſe putandum erit. Iudican* 1. præſag. 11.

tur uero talia per diem & noctem, ſi ob has cauſas facies talis fuerit. Si uero nullum horum dixerit eſſe, neq; iam dicto tempore conſtiterit, ſcire licet ſignum hoc mortale eſſe. Deinceps quæ reſpondet æger ad interrogata, medicus expendere ſciat: nam ea interdum ægri mentem liquidò monſtrant. Proinde etſi medico antea non ſit uiſus æger, tamen qualis ſit, prudens nimirum aut inſipiens, ex iis quæ narrat facile deprehendet. Prudentem itaq; eſſe ſi cognouerit, minimeq; ignauum ac timidum, uerè illi ſingula quæ in morbo futura ſunt, dicere nihil formidet. Sin autem inſipientem ac timidum eſſe uiderit, tum læta omnia illi polliceatur. Interdum quoq; ob uehementem illam timiditatem ægrotantis, firmã promittat ſanitatem, ita tamen ut egreſſus, curam illius agentibus ueritatem dicat. Addat etiam ſe promittere ſalutem, at ea lege, ut æger decretis ſuis obediat. Sic certe fiet ut æger animum non deſpondeat, neq; in uictu, neq; in aliis ad ſalutem rebus neceſſariis quicq̃ delinquat. Quid multa? ad ſingula ægrotantis uerba ita reſpondeat medicus, ut æger nõ peius, imò melius ſe inde habeat. Porrò præter iam memorata, ſunt etiã alia quæ medicus ex iis quæ æger narrat, potiſſimũ ſi dum probè ualeret, naturam & conſuetudinem illius perſpectam habuerit, cognoſcere poteſt, mentis ſcilicet conſtantiam uel inconſtantiam. Si enim modeſtus antea natura exiſtens ac prudens, iam audacter & ſtultè reſpondeat, ſignum erit mentem eſſe læſam. Hinc facile iudicabit quo pacto ſermones ægri ſint accipiendi, num ut tales qui ex integra mente, aut male affecta prodierint. Nemo enim eſt qui neſciat delirio uexatos alieniſſima loqui, ob idq; illis fidem non habeat medicus. Deniq; non ea tantũ rectè diſponat medicus quæ ad ægrum, uerumetiã quæ ad aſſidentes, & extranea ſpectant. Neq; enim ſatis eſt ut medicus in curatione non erret, ſed oportet ægrotantem etiam medico parêre, & in nullo propriæ uoluptati indulgere. Aſſidentes quoq; ac domeſtici, miniſtriq; idonei adſint, qui nihil planè quod ad ſanitatem conſequendam utile ſit prætermittant, aut temerè quæ nocent adhibeant. Exteriora etiam, ut ſunt ædes in quibus ægrotantes decumbunt, ſint accõmodæ, à fœtore omni alienæ, nõ uehementer calidæ aut frigidæ, turbatione ac moleſtia uicinorum uacantes. Hinc eſt quod in aphoriſmis ſcripſerit: δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν. *id eſt: Non ſolum ſeipſum opportuna facientẽ exhibere oportet, ſed etiam ægrum, & aſſidentes, & exteriora. Quod uero hic per capita & ſummatim tantum retulit, hoc in libro de probitate copioſius docuit, ſic ſcribens:* ἴσθι δὲ γινώσκων ὃ χρὴ ποιέειν πρινὴ ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν πραγμάτων. προσδιασέλλεσθαι δ' ἂν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης, ἔνδοξον γὰρ καὶ εὐμαθές. ἐν δὲ τῇ εἰσόδῳ μεμνῆ-

Reſpõſio ægri expendẽda medico.

Aſſidentes ægro.

1. aph. 1.

A μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης, καὶ καταστολῆς, περιστολῆς, ἀνακρίσεως, βραχυλογίης, ἀταρακτοποιησίης, προσεδρίης, ἐπιμελείης, ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντώμενα, πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους, εὐσταθίης τῆς ἐν ἑαυτῷ, πρὸς τοὺς θορύβους ἐπιπλήξιος, πρὸς τὰς ὑπουργίας ἑτοιμασίης. ἐσκέφθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ περὶ ἀνακλίσεως, ἃ μὲν αὐτέων πρὸς τὴν ὥρην, ἃ δὲ καὶ πρὸς τὰ γένεα. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων εὔπνους, οἱ δὲ ἐς καταγείους καὶ σκοτεινοὺς τόπους, τά τε ἀπὸ ψόφων καὶ ὀσμῶν, μάλιστα δ' ἀπ' οἴνου, χειριστοτάτη γὰρ αὕτη, φυγεῖν δὲ καὶ μεταπιθέναι. πρήσσειν δ' ἅπαντα ταῦτα ἡσύχως, εὐσταλέως μετ' ὑπουργίης, τὰ πολλὰ τὸν νοσέοντα ὑποκρυπτόμενον, ὧδε χρὴ παρακελευόμενον ἱλαρῶς καὶ εὐδιεινῶς. σφέτερα δὲ ἀποτρεπόμενον, ἅμα μὲν ἐπιπλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσεως, ἅμα δὲ παραμυθέεσθαι μετ' ἐπιστροφῆς καὶ ὑποδέξιος, μηδὲν ὑποδεικνύντα τῶν ἐσομένων ἢ ἐνεστώτων αὐτέοισι. πολλοὶ γὰρ δι' αἰτίην ταύτην ἐφ' ἑκάτερα ἀπεώσθησαν τὴν πρόρρησιν τὴν προειρημένην τῶν ἐνεστώτων. ἢ ἐπεσομένων. τῶν δὲ μανθανόντων ἔστω τις ὁ ἐφεστὼς, ὅκως τοῖσι παραγγέλμασιν οὐ πικρῶς χρήσονται. ποιήσῃ δὲ ὑπουργίην τὸ προσταχθέν. ἐκλέγεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων ἤδη τοὺς ἐς τὰ τῆς τέχνης εἰλημμένους, προσδοῦναί τι τῶν ἐς τὸ χρέος ἢ ἀσφαλέως προσενεγκεῖν, ὅκως τε ἐν διαστήμα-

B σι μηδέν σε λανθάνῃ. quod eſt: Priuſquàm ægrum accedas, quo facto ſit opus cognoſcito. Multæ enim res nõ ratiocinationẽ, ſed auxilium expetunt. Explicatum ac diſquiſitum eſſe quod euenturum eſt, rerum uſu & peritia oportet: glorioſum ſiquidem, & cognitu haud difficile. In ingreſſu meminiſſe conuenit ſedilis, habitus, decori in amictu, interrogationis, breuiloquentiæ, ne turbetur æger, aſſeſsionis, diligentiæ, ad obiecta reſponſionis, conſtantiæ ſuipſius ad factas turbas, increpationis aduerſus tumultus, promptitudinisq; ad miniſteria. Contemplare oportet etiam ea quæ circa decubitũ, quæ quidem illorum ad præſentem horam, & quæ ad alia genera neceſſaria ſunt. Nõnulli enim ægrorum in perſpirabiles ac altos, quidam in ſubterraneos ac tenebricoſos locos reclinandi ſunt. Quinetiam à ſtrepitu & odore, uini potiſsimũ, quod peſsimus ſit, fugere & transferre decet. Hæc autem omnia te quiete, decenter ac frugaliter, plurima ægrotum celantem, cum miniſtris tranſigere oportet: hocq; modo hilariter & ſereno uultu hortator, à ſuisq; auertito, ſimul quidem hunc cum acerbitate & uultus auſteritate increpando, ſimul etiam ad illum conuerſus, eumq; ſuſcipiens conſolando, nihil neq; futurorum, neq; præſentiũ illi ſubindicans. Nam pleriq; ob hanc cauſam in utranq; partem iam dictam inſtantium & futurorum prædictionem repudiauerunt. Qui ægro præfectus eſt, ex eorum quiſpiam qui artem diſcunt numero ſit, quo præceptis non acerbe reſiſtat. Subeat autem miniſterium iuxta id quod

ſibi præſcriptum eſt. Eligere uero ex illis oportet qui iam ad artem exercen C *dam ſuſcepti ſunt, ut aliquid eorum quæ neceſſaria ſunt exhibeant, & tutò offerant, ut interim dum interuallo quodam abes, nihil te lateat. Hactenus Hippocrates. Cuius ſanè uerba etſi prolixa admodum fuerint, quia tamen pulchre huc quadrare uidebantur, omittere haud potui.*

APHORISMVS XXX.

Quia in calidiore ſolidioreq́ parte, dextra nimirũ, mares concipiun tur, ideo nigri ſunt, & uenę illis extra apparent, magisq́ biliosi exiſtũt.

Satis ex iis quæ antea diximus conſtat, librum hunc non in hoc ut ederetur, ſed memoriæ tantum cauſa ſcriptum eſſe, ne ſcilicet rerum à ſe obſeruatarũ periret memoria. Hinc eſt quod multa in eo conciſa oratione & ſine capite ſcripta offendantur, quibus niſi quod data opera, & breuitatis ſtudio ab Hippocrate omiſſum eſt adieceris, non facile ſenſum erues. Id quod præſens certe ſententia demonſtrat, in qua ἄρσενες *dictio, totius ſententiæ caput, omiſſa eſt: quandoquidem hic nihil aliud niſi marium conceptionem tractet: ideoq́; in noſtra uerſione eam dictionem, quo plenior eſſet ſenſus, omittere noluimus. Quod uero ad ſententiæ genuinam explicationẽ attinet, primum omnium Hippocrates aperte innuit, mares in dextra, fœminas uero in*
5.aph.48. *ſiniſtra uteri parte magis concipi: id quod & alibi iis docuit uerbis:* ἔμβρυα D τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον. *hoc eſt: Fœtus qui mares ſunt, parte uteri dextra continentur: qui fœminæ, magis ſiniſtra. Idem quoq; ex ueteribus Parmenides quoq; teſtatus eſt, ſic ſcribens:* δεξιτεροῖσι μὲν κούρους, λαιοῖσι δ' αὖ κούρας. *quod eſt: In dextris puellos, in ſiniſtris uera puellas concipiunt. Et Empedocles:* ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄῤῥενα ἔπλετο γαίης, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες, καὶ λαχνήεντες μᾶλλον. *id eſt: Siquidem in calidiore loco*
Mares fœminis calidiores. *terræ ſemen maris fuit, ideo uiri nigri, & robuſtiores, magisq́; piloſi. Per terram uero uterum intelligit, quod in eum haud ſecus quàm terram ſemen proiiciatur. Cæterum cum in dextra uteri parte concipiantur mares, quæ ſiniſtra quidem calidior eſt atq; ſolidior, par eſt ut hi ipſi & fœminis ſint calidiores. Hinc eſt quod Galenus cõm. xlviii. aph. quinto ita ſcriptũ reliquerit:* θερμοτέρα γὰρ ἡ κρᾶσις γίνεται τοῖς ἐμβρύοις οὐχ ἥκιστα καὶ διὰ τὸ χωρίον, ὅπερ ἐστὶ τὸ δεξιὸν τῶν ὑστέρας μορίων. αὐτίκα δὲ τοῦτο θερμότερόν ἐστι τῇ γειτνιάσει τοῦ ἥπατος. *hoc eſt: Calidior temperatura fœtibus non minimum fit ob locum qui dextra uteri pars eſt: ſtatim uero hic propter iecoris uicinitatem calidior eſt. Id quod multo clarius docet lib. xiiii. de uſu partium corporis humani, ita ſcribens:* δῆλον οὖν ὡς ἀκάθαρτον ἔτι καὶ περιττωματικὸν καὶ ὑγρὸν καὶ ὀῤῥῶδες ὅτε ἀριστερὸς ὄρχις τοῦ τῶν ἀῤῥένων. ὅτι ἀριστερὰ μήτρα

A ῥᾶ μήτρα ταῖς γυναιξὶ δέχονται τὸ αἷμα, κἀκ τούτου συμβαίνει καὶ αὐτοῖς τοῖς δεχομένοις ὀργάνοις οὐχ ὁμοίοις γίνεσθαι τὴν κρᾶσιν. ὡς γὰρ τὸ καθαρὸν αἷμα θερμότερον τοῦ περιττωματικοῦ, οὕτω καὶ τὰ πρὸς αὐτοῦ τρεφόμενα μόρια τὰ δεξιὰ, θερμότερα τῶν ἀριστερῶν ἀποτελεῖται, καίτοι καὶ παρὰ τῆς φύσεως ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς ἐπλεονέκτει. δέδεικται γὰρ καὶ τοῦθ' ἡμῖν πολλάκις ὑφ' Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἰρημένον, ὡς τὰ κατ' ἰθὺ κείμενα μόρια, πλέον ἀλλήλων ἀπολαύειν ἀνάγκη. μὴ τοίνυν ἄρα θαυμάζειν, εἰ τῶν γε μητρῶν ἡ δεξιὰ, καὶ τῶν ὀρχέων ὁ ταύτῃ κείμενος, οὐ μόνον τῷ τρέφεσθαι διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ τῷ κατ' ἰθὺ τετάχθαι τοῦ ἥπατος, ἱκανῶς ἐστι τῶν ἀριστερῶν θερμότερος. εἰ μὲν εἴπερ τοῦτ' ἀποδέδεικται, συγχωρεῖται δ' εἶναι τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος θερμότερον, οὐδὲν ἄλογον ἔτι τὰ μὲν δεξιὰ μόρια τῶν ἀρρένων εἶναι γεννητικά, τὰ δ' ἀριστερὰ τῶν θηλέων. id eſt: *Manifeſtū igitur quod impurū adhuc & excrementoſum, humidum & ſeroſum ſanguinem, ſiniſter in maribus teſticulus, & ſiniſtra in fœminis uteri pars, ſuſcipiant: qua ex re contingit, ut & ipſa inſtrumenta ſuſcipientia temperamento diſſimilia fiant. Quemadmodū enim purus ſanguis excrementoſo calidior eſt, ſic & partes dextræ quæ ab ipſo nutriuntur, ſiniſtris calidiores efficiuntur, etſi natura hæ ab initio plus caloris habeant.*

B *Demonſtratum enim multoties à nobis eſt, hoc quoq; ab Hippocrate recte eſſe dictum, quòd neceſſe ſit particulas ſecundum rectitudinem ſitas, plus inuicem frui ac potiri. Non itaq; mireris ſi dextra uteri pars, ibidemq; ſitus teſticulus, non ſolum quia excellenter nutriuntur, ſed etiam quia ſecundum rectum iecinoris diſpoſita ſunt, ſiniſtris ſufficienter calidiora exiſtant. Et ſi hoc demonſtratum eſt, conceditur autem hoc quod mas fœmina calidior ſit, nihil à ratione alienum eſt, etiam dextram quidem partem maſculos, ſiniſtrā uero fœminas generare. Hæc Galenus. Porrò calidiores eſſe mares, & in calidiore loco conceptos, quibuſdam notis deprehendere nos poſſe Hippocrates aſſerit. Nigri enim ſunt, quod fieri haud poſſet, niſi illorum temperamentum calidius eſſet. Nam nemo eſt qui neſciat nigredinem à calore, haud aliter quàm à frigore albedinem, procreari. Nigredo igitur monſtrat mares mulieribus in uniuerſum eſſe calidiores. Præterea uenæ maſculis extra apparent, hoc eſt, inflatæ & latæ exiſtunt: quod iterum caloris indicium eſt. Teſtis Galenus, qui libro ſecundo de temperamentis ita ſcriptum reliquit:* ὅσοι μὲν γὰρ εὐρυτέρας ἔχουσι τὰς φλέβας, θερμότεροι φύσει. τοῦ θερμοῦ γὰρ ἔργον ἀνευρῦναί τε καὶ διαφυσῆσαι ταύτας. quod eſt: *Quicunq; latiores uenas habent, hi calidiores natura ſunt. Caloris nanq; opus eſt has dilatare, & inflatas reddere. Quod autem latas non tantum uenas, imò etiā alias corporis partes habeant mares, omnium euidentiſſime oſtendit Gale-*

Notæ quibus marium caliditas cognoſcitur.

nus lib. ſecundo de ſemine, in eum modum ſcribens: ὀγκείας ἀρτηρίας καὶ φλέβας καὶ θώρακα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἁπάσας τῶν μορίων τὰς κοιλότητας ἔχει τὸ διαφυσώμενον, ἐπεὶ μᾶλλον ἐργάζεσθαί τι τοῦτο πέφυκε πολὺ πνεῦμα θερμόν. ταῦτά τοι καὶ ἀρτηρίας μείζονάς τε καὶ ἰσχυρότερον ἴσχει σφυζούσας, καὶ ὅλον τὸ σῶμα εὔτονόν τε καὶ ἕτοιμον εἰς τὰς κινήσεις. τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀποκυηθέντων μόνον, ἀλλὰ καὶ κυουμένων ἔτι θερμοῦ κρατοῦντος τὰ ἅπαντα ἐστὶν γνωρίσματα. διὰ ταῦτα καὶ τῇ δεξιᾷ μήτρᾳ φαίνεται κυούμενα τὰ ἄρρενα, καὶ σπανίως ὤφθη ποτὲ θῆλυ κατὰ ταύτην τὴν μήτραν, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὴν ἀριστερὰν ἄρρεν. id eſt: Inflatum ac diſcriminatum, arterias, uenas, thoracem, & ut ſummatim dicam, omnes particularum cõcauitates latas continet, quod id copioſus calens ſpiritus magis efficere conſueuit. Ideo ſanè arterias ampliores, ualidiusq́; pulſantes tales obtinent, ac totum corpus robuſtum, ac ad motus expeditum. Hæ autem omnes non ſolum æditorum, ſed conceptorum adhuc in utero præpollentis caloris notæ ſunt. Hac ratione maſculi quoq; dextra uteri parte concipi uidentur, ac raro in ea uteri parte fœmina, quemadmodum etiam in ſiniſtra mas uiſus eſt. Poſtremum, calidiores eſſe maſculos inde colligere licet, quod bilioſiores ſint, fœminæ uero magis pituitoſæ. Nemo autem eſt qui neſciat, inter humores flauam bilem eſſe calidiſsimam, pituitam uero frigidiſsimam: id quod teſtatur Galenus lib. ſecundo de tempe. ita ſcribens: ἡ ξανθὴ τοῦ αἵματος θερμοτέρα μακρῷ. ψυχρότατος δὲ καὶ ὑγρότατος ἁπάντων τῶν ἐν τῷ ζώῳ τὸ φλέγμα. Caluus iam enarratam à nobis ſententiam, præter Hippoc. mentem ac omnium exemplariorũ fidem, cum præcedenti & ſequenti coniungens, prodigioſam ſententiã peperit, nempe illam: Si quid extra compareat, utpote loco calidiore, cur potius in dextris, quod nigri propter hoc, & extra uenæ ſi tumeant, cum decretorio conſident. Diceret quis Heraclitũ iſta produxiſſe, niſi Caluum ſatis notum haberet, cui unum hoc in uotis erat, ut obſcurum nobis redderet Hippocratem: quo nomine meritò omnibus Hippocraticæ medicinæ ſtudioſis infenſus ac ſuſpectus eſſe debet.

Mares bilioſiores fœminis.

APHORISMVS XXXI.

Mas in utero citius concretus ac formatus ubi mouetur ceſſat, & tardius, prolixioriq́ꝫ tempore augetur.

Iterum ab initio huius ſententiæ, ἄρρεν dictio inaudienda erit: quod iterũ Caluus ignorans, primam huius ſententiæ dictionem συνεχεῖσθαι, cum priori connectere uoluit, ac cum decretorio conſident, ineptiſsime tranſtulit, cum concretus eſt & coagmentatus, hoc loco ſignificet. Nam Hippoc. priori ſententia de maris conceptione agens, hic de eiuſdem formatione uerba facit, hunc ipſum in utero citius quàm fœminã concreſcere & formari dicens: poſtquam

A uero motus ac æditus iam fuerit, tum quidem illum à celeri illa cõcretione ac formatione ceſſare, et tardius ac prolixiori tempore augeri inquit. Quod uero mas fœmina citius concreſcat & formetur, alibi etiam docuit Hippocrates, præſerim in lib. de natura fœtus, ubi ita tradit: τὸ μὲν θῆλυ τὴν πρώτην πῆξιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι καὶ δύο τὸ μακρότατον. τὸ δὲ ἄῤῥεν ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσι τὸ μακρότατον. quod eſt: Fœmina quidem primam concretionẽ in duobus & quadraginta diebus recipit, quod longiſsimum eſt: mas uero in triginta. Confirmant hoc ipſum etiam quæ habentur apud Galenum lib. ſecundo de ſemine, ubi ſic inquit: ὥστε φαίνεται καὶ λόγῳ καὶ ἀνάγκῃ ἡ διάρθρωσις ἐοῦσα. ἔστι μὲν τῇ κούρῃ ἐν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμέρῃσι, ἔστι δὲ κούρῳ ἐν τριήκοντα. ἰσορρέουσι γὰρ αἱ ἐξαμβλώσιες τῶν παιδίων καὶ τῶν λοχείων αἱ καθάρσιες. αἴτιον δὲ ἐστιν, ὅτι τὸ θῆλυ πήγνυται ὕστερον καὶ διαρθροῦται, ὅτι ἡ γονὴ ἀσθενεστέρη ἐστὶ, καὶ ὑγροτέρη τῆς θηλείης ἢ τοῦ ἄῤῥενος. καὶ ἀνάγκη ἐστὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ὕστερον πήγνυσθαι τὸ θῆλυ ἢ τὸ ἄῤῥεν. καὶ ἡ κάθαρσις χρονιωτέρη τούτου εἵνεκεν ἔστι τῇ θηλείᾳ ἢ τῷ ἄρσενι. id eſt: Ratione & neceſsitate per articulos formatio ſic fieri apparet: in puella quidem, in duobus & quadraginta diebus conſtat: in maſculo uero, in triginta. Id enim fœtuum aborſus, & puerpe-

B riorum purgationes oculis ſubijciunt & teſtantur. Quod autẽ fœmina tardius concreſcit, & per membra componitur, cauſa eſt, quod ſemen fœminæ quàm maris ſit imbecillius & humidius. Hinc neceſſe eſt ut hac ratione fœmina tardius quàm mas concreſcat: & huius quoq; gratia in fœmina quàm maſculo prolixior purgatio exiſtit. Hippocratis ſententiam confirmant quæ ſcribit Galenus lib. ſecundo de ſemine, inquiens: φαίνεται δὲ καὶ αὐτόθεν τῶν κυουμένων ἔτι τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος οὐ μόνον θερμότερον, ἀλλὰ καὶ ξηρότερον εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον, οἷον αὐτίκα τὸ μὲν ἄῤῥεν ἅπαντες οἷς τούτων ἠμέλησεν, οὐχ Ἱπποκράτης μόνος, ἐλάττονι χρόνῳ διαπλάττεσθαι καὶ μορφοῦσθαι φασὶ, τὸ δὲ θῆλυ πλέονι. φαίνεται γὰρ οὕτως ἔν τε ταῖς ἐκτρώσεσι καὶ ταῖς τῶν κυουμένων ζώων ἀνατομαῖς. quod eſt: Apparet in ipſis adhuc conceptibus mas non ſolum fœmina calidior, uerum ſiccior quoq; iam inde eſſe ab initio: quemadmodũ ſtatim marem omnes quibus hæc curæ ſunt, non Hippoc. ſolum, breuiori tempore fingi & formari, fœminam uero longiori, affirmant: id enim ita in abortu, & utero geſtantiũ animaliũ conſectionibus apparet. In confeſſo etiam omnibus propè medicis eſt, non ſolum citius formari marem fœmina, imò etiam ocyus moueri. Quibus ſubſcribit quoq; Ariſtot. lib. vij. hiſtor. animal. cap. iij. ſic dicens: ἔστι μὲν τῶν ἀῤῥένων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐν τῷ δεξιῷ μᾶλλον περὶ τὰς τετταράκοντα γίνεται ἡ κίνησις. τῶν δὲ θηλειῶν ἐν τῷ ἀριστερῷ περὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας. id eſt:

Mas fœmina citius concreſcat & formatur.

Mares magna ex parte dextro potius latere circa quadrageſimum diem mouentur, fœminæ ſiniſtro circiter nonageſimũ. Porrò licet corpus maris in utero materno citius concreſcat, formetur & moueatur, tamen ſimulatq; motũ fuerit, & in lucem prodierit, tum à celeri concretione, formatione & motu ceſſat: id enim hoc loco ἐμολιώθη, quod Caluus ineptiſſime remolleſcit interpretatus eſt, ſignificat: & tardius deinceps augetur, prolixioriq; tempore quàm fœmineum ad perfectionem peruenit. Cuius rei teſtis eſt Ariſtoteles, loco paulò ante citato ſic ſcribens: πάσαν μὲν οὖν τελείωσιν τῶν μορίων βραδύτερον ἀπολαμβάνει τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, καὶ διακόμισιν γίνεται μᾶλλον τῶν ἀρρένων. ὅταν δὲ γένηται, θᾶττον τὰ θήλεα τῶν ἀρρένων καὶ νεότητα καὶ ἀκμὴν λαμβάνει καὶ γῆρας. hoc eſt: Omnem itaq; partium perfectionem fœmina tardius quàm mas recipit, & magis in decimum menſem quàm mas protrahitur. Verũ cum in lucem prodierit, fœmina ocyus maribus & iuuentutem acquirit, & ætate floret, & ſenectute maceratur. Et lib. quoq; de generat. animal. quarto, cap. ſexto, ubi ita ſcriptum reliquit: αἴτιον δ' ὅτι ἐν τοῖς ἀνθρώποις πολὺ διαφέρει τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τῇ θερμότητι τῆς φύσεως. διὸ κινητικώτερα ἐστὶ κυούμενα τὰ ἄρρενα τῶν θηλέων. διὰ δὲ τὸ κινεῖσθαι θραύεται μᾶλλον, εὔθραυστον γὰρ τὸ νέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. διὰ τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην αἰτίαν καὶ τελειοῦται τὰ θήλεα τοῖς ἄρρεσιν οὐχ ὁμοίως ἐν ταῖς γυναιξίν. ἐν μὲν γὰρ τῇ μητρὶ ἐν πλείονι χρόνῳ διακρίνεται τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, ἐξελθόντων δὲ πάντα πρότερον ἐπιτελεῖται, οἷον ἥβη καὶ ἀκμὴ καὶ γῆρας, τοῖς θήλεσιν, ἢ τοῖς ἄρρεσιν. ἀσθενέστερα γάρ εἰσι καὶ ψυχρότερα τὰ θήλεα τὴν φύσιν, καὶ δεῖ ὑπολαμβάνειν ὥσπερ ἀναπηρίαν εἶναι τὴν θηλύτητα φυσικήν. ἔσω μὲν οὖν διακρίνεται διὰ τὴν ψυχρότητα βραδέως, ἡ γὰρ διάκρισις πέψις ἐστί. πέττει δ' ἡ θερμότης, εὐπεπτότερον δὲ τὸ θερμότερον, ἐκτὸς δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν ταχὺ συνάπτει πρὸς τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ γῆρας. πάντα γὰρ τὰ ἐλάττω πρὸς τὸ τέλος ἔρχεται θᾶττον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην ἔργοις, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσεως συνισταμένοις. quod eſt: Cuius rei cauſa eſt, quod in hominibus longe mas à fœmina calore naturæ differt: quo fit ut mobiliores multo in utero mares quàm fœminæ. Motu autem ipſo magis franguntur: quod enim recens eſt, facile ob ſuam imbecillitatem frangitur. Hæc eadem cauſa eſt ne fœminæ ſimiliter atq; mares in mulieribus perficiantur: quippe intra matrẽ fœmina quàm mas longiore tempore diſcriminatur ac cõficitur: in lucem autẽ ubi prodierint, tum omnia, pubes ſcilicet, uigor, & ſenectus, prius fœminis quàm maribus abſoluũtur. Sunt enim fœminæ natura debiliores & frigidiores, fœmineamq; naturam quaſi mutilationẽ quandã eſſe putandũ. Intus igitur tarde præ ſua frigiditate diſcernuntur, hæc etenim diſcretio cõcoctio eſt, calor autẽ

A calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facile eſt. Sed foris propter debilitatem citò ad ætatis uigorem, ſenectutemq́; perueniunt. Etenim omnia minora, ut in artis operibus, ſic etiam in iis quæ à natura conſiſtunt, citius ad finem deueniunt. Hactenus Ariſtotelis uerba, Hippocratis ſententiam confirmantia, recenſuimus. Quod uero citius augeantur fœminæ, corporis etiam mollities in cauſa eſt: facilius nanq; hoc corpus in tres dimenſiones, longum, profundum & latum augetur. Quod autem illis prius quàm maribus augmentum ceſſat, non ob corporis mollitiem, ſed propter imbecillitatẽ qua præditæ ſunt, fieri ſolet. Imbecilliores nanq; fœminis omnes facultates naturales quàm maribus exiſtunt, ut illæ hoc nomine neceſſariò citius ab auctione deſinant.

APHORISMVS XXXII.

Propterea mas robuſtior, bilioſior, magisq́ ſanguine prǽditus eſt, quia locus ille animalium in quo concipitur calidior.

Non eget multa enarratione hæc Hippocratis ſententia, quandoquidem in duabus hanc ipſam præcedentibus, abunde omnium quæ hic commemorantur ratio eſt reddita. Cum enim locus animalium in quo concipiuntur mares, id eſt, dextra uteri pars, quemadmodum ſuprà monſtrauimus, calidior ſit,
B *quid mirum ſi & idipſum quod in eo formatur calidius, atq; adeò robuſtius, ac magis ſanguine præditum fuerit? Nam cum frigida quæuis ſint imbecilliora ac exanguia, fit ut calida contrà ſint robuſtiora, magisq́; ſanguine prædita. Quod ſi plura ad inſtitutum facientia ſcire deſideras, lege quæ antea annotauimus, & quæ in libro ſecundo de ſemine producit Galenus. Hic Caluum præterire non poſſum, qui certe eò temeritatis & impudentiæ peruenit, ut hanc ſententiam cum ea quæ mox ſequitur, connectere non ſit ueritus, reclamantibus non ſolum Galeno & ratione ipſa, imò etiam omnibus exemplaribus, quæ hoc loco ſecundæ particulæ finem præſcribunt. Ita hic homo paſſim ſibi omnia licere, & Hippocratẽ pro libidine ſua poſſe deprauare putauit.*

PARTICVLAE SECVNDAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA TERTIA, c

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

SI cutis raritas, uentris denſitudo: ſi cutis adſtrictio, carnium auctio: ſi uentris torpedo, uniuerſorum turbatio, uaſorumq́ꝫ immunditiès: cerebri diminutio, ob id & caluitium, inſtrumentorumq́ꝫ attritio.

Eleganti uſus συζυγίᾳ, uel, ut Latini dicunt, coniugatione, Hippocrates, ea quæ mutuò ſibi inſtar orbium in catena copulata ſunt, & quorum quodlibet ſine eo cui coniungitur eſſe non poteſt, recenſet, quo ſcilicet medicus in ſcrutandis naturæ operibus diligenter admodum ad hæc ipſa reſpiciat, et unum alterius eſſe ueluti cauſam agnoſcat. Quatuor autem in uniuerſum combinationes affert, quarum prima hæc: Si cutis raritas fuerit, tum uentris denſitudo cõiuncta erit. Ventrem uero denſum, ſeu ut Hippocrates loquitur, κοιλίαν πυκνὴν, intellige ἐπεχομένην καὶ στεγνὴν, hoc eſt, retentum & adſtrictum, qui nimirum nihil aut parum ſaltem deijcit. Nam denſum raro planè contrarium eſt, quemadmodũ oſtendit Galenus lib. ſecundo de tuen. uale. ubi eum in modum ſcribit: τὸ μὲν κυρίως ἀραιὸν ὅτι τοῖς μεγάλοις διαλαμβανόμενον πόροις, ὥσπερ γε πυκνὸν τὸ μικροῖς. τὸ δ' ἐκ μεταφορᾶς, ἢ καταχρήσεως, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν, καὶ ἐπὶ τοῦ κεχυμένου τε καὶ πεπιλημένου λέγεται. *id eſt: Rarum quidem propriè eſt, quod magnos meatus obtinet: ſicuti denſum, quod eoſdem paruos. Ac per metaphoram, ſiue abuſum, ſiue quomodocunq́ꝫ appellare libet, de laxo, coactoq́ꝫ, ſeu adſtricto, hæc ipſa uocabula dicuntur. Rarum ſanè hoc loco propriè de cute, multos eosq́ꝫ laxos habente meatus dicitur. Denſum uero metaphoricῶς de uentre, ut diximus, adſtricto. Nihil autem mirum ubi cutis eſt raritas ac meatuum magnorum copia, ut illic etiam uentris ſit adſtrictio & retentio. Nam cum continua per illos ſuperuacuorum fiat euacuatio & tranſpiratio, neceſſariò aluus conſtringitur: ſicuti è diuerſo ubi cutis & meatuum eſt adſtrictio & denſitudo, ibi humores non facile per cutem tranſpirant, ideoq́ꝫ aluus per inferna multa deijcit, ac planè laxa exiſtit. Altera coniugatio eſt illa, ſi cutis adſtrictio fuerit, tunc carnium coniuncta eſt auctio & incrementum. Cutis autem adſtrictionem multoties immodici carniũ incrementi fieri cauſam nihil mirum, quandoquidẽ in eiuſmodi cute præditis hominibus calor innatus multus ſit, uirtusq́ꝫ uitalis robuſta, neq́ꝫ quicquam ob meatus cõcluſos exhalari poſſit, ita ut neceſſariò carnium, cum planè nulla aut modica admodum fiat reſolutio, auctio ſequatur. Tertia combina-*

Venter denſus qui.

Rari & denſi ſignificationes.

Carnis incrementi cauſa.

A *combinatio eſt, ut ubi uentris ſit torpedo, ibi uniuerſorũ quoq; turbationem ac confuſionem eſſe neceſſe ſit. Per torpedinem autem uentris, νάρκωσιν uocat Hippoc. inaudire uentris circa alimentorũ concoctionem imbecillitatem oportet. Hæc ſanè ubi aderit, omnium quæ in corpore fiunt turbationũ & affectuum cauſam fieri neceſſe eſt. A uentriculo enim ſi non probè concoxerit, ſuccus non affatim concoctus ad iecur pertingit, quem cum in ſanguinem ſatis purum tranſmutare non queat, talem ad uenas ac uaſa quoq; tranſmittit, ut ea ratione meritò illorum fiat immundities, hoc eſt, malorũ humorum abundantia, Galeno teſte, qui ἀκαθαρσίαν μοχθηρῶν χυμῶν πλεονεξίαν interpretatur. Quarta coniugatio eſt, ut ubi cerebri eſt diminutio, illic ſit etiam caluitium, & inſtrumentorum attritio. Cerebri diminutionem hoc loco ἀνάλωσιν ἐγκεφάλου Hippoc. nominat, nõ extremam perfectamq; abolitionem & perditionem, quam in uiuente animãte ne imaginari quidem licebit, ſed, Galeno teſte, μείωσιν, hoc eſt, imminutionem aliqualem, quæ ob nimiam ſiccitatem contingit, dum ſcilicet cerebrum ſeipſo minus fit: id quod accidit quando ſyncipitis oſſa, quæ alijs laxiora & teneriora exiſtunt, & supernè cerebro adiacentia, ob eiuſdem defectum nec ultra ad ea pertingentis (ſubſidet enim cerebrũ, ac depreſſum ad ſuiipſius baſim decidit) ſicca fiunt. His* Torpedo uentris Immundities uaſorum. Caluitiei cauſa.

B *uero exiccatis, cutem quoq; illis prætenſam exiccari neceſſe erit: hac autem nimium exiccata, capilli in ea naſci nequeunt, ideoq; caluitiũ fit. Facile autem cutis quæ in ſyncipite eſt exiccatur, quod illud omnium capitis partium, Galeno libro ſecundo de tempera. autore, ſicciſsimum ſit, & cutis illic oſsi nudo hæreat. Hinc eſt quod homines à ſyncipite magis quàm alia capitis parte calui fiant, ut etiam Ariſtoteles lib. quinto de generat. animal. cap. tertio, & Galenus loco iam citato indicarunt. Cæterum quando cerebrũ ſupra modum ſiccatum fuerit, ut nõnullis in extrema contingit ſenecta, tum neruorum etiam productiones exiccari neceſſarium eſt. Hinc neq; uidere ſimiliter, neque audire, neq; aliquem ſenſum alium, aut motum uoluntarium efficere ualide qui ſic affecti ſunt, poſſunt, ſed omnia ſenſuum inſtrumenta fracta, hebetia & imbecillia fiunt, obſcureq; & debiliter ſuas perficiunt functiones. Metaphoricos itaq; eam inſtrumentorũ ſenſuum imbecillitatem, attritionem nominauit, metaphora à ueſtibus ac uaſis tritis deſumpta. Quemadmodũ enim hæc ipſa ſicciora ſeipſis poſt diuturnos uſus facta, trita eſſe dicimus, ſic etiam ſenſuũ inſtrumenta iam ob nimiã ſiccitatem imbecillia, attrita appellamus.*

APHORISMVS II.

Extenuatio fit curſu, luctis, quiete, multis celeribus deambulationibus. His quoq; elixa maza ut plurimũ, panis uero modicè dandus eſt.

Hac ſententia Hippoc. breuiſsime, quo pacto ij qui immodicè obeſi ext-

ſtunt, extenuandi ſint docet. Neq; id ſanè temerè: non enim cõmittendum erit ut ad ſummum incrementum corpus perueniat, ſed in tempore idoneis auxilijs ſuccurrendum. Quum uero omnis curatio per contraria fiat, euidentiſſimum eſt plus iuſto obeſos nulla alia re, niſi ſola extenuatione, quam καθαίρεσιν nominat Hippocrates, curari, & ad mediocrẽ corporis ſtatum reduci.

καθαίρεσις. In hoc autem καθαίρεσις ſeu extenuatio à uacuatione, quæ Græcis κένωσις

κένωσις. eſt, differt, quod hæc de ſolis humoribus, illa uero de ſolidis quidem potius, interdum tamen etiam de humoribus dicatur. Vt igitur quibus auxilijs extenuatio efficiatur medicus compertũ habeat, hic eorundem, maxime quæ tam humorum, quàm ſolidorum extenuationi cõmunia ſunt, recenſet. Neq; etiam quæ hic commemorat adaptari niſi ſanis poſſunt: nemo enim ægrotantem uel curſu uel lucta curabit, quæ tamen duo præcipua ſunt quæ ab Hippoc. cõmemorantur extenuationis auxilia. Sub iis autem alia quoq; id genus exercitia complectitur, qualia ſunt ſaltus, diſci iactus, folle, pila, & iis ſimilibus corpus fatigare, omniaq; alia quæ ſimul exercitia & opera ſunt, ut quũ quis fodit, arat, metit, remigat, uites putat, onus geſtat, equitat, iter facit, uenatur, piſcatur, uel aliud quicquam in uita uſus cauſa exercet, de quibus multa Galenus lib. ſecundo de tuen. uale. & Paulus lib. i. cap. xvij. Omnia igitur iam commemorata exercitia, carnes & pinguedinem, humorumq; multitudinem diminuunt. Hinc eſt quod Galenus lib. xiiij. ther. meth. hunc in modum ſcriptum reliquerit: ὀξέα γυμνάσια, καὶ ἡ λεπτύνουσα δίαιτα, καὶ φάρμακα τοιαῦτα, καὶ τοῖς ψυχῆς αἱ φροντίδες, ἀποφαίνουσι τήν τε κρᾶσιν ὅλην θερμοτέραν καὶ ξηροτέραν, καὶ διὰ ταύτην τὸ σῶμα λεπτότερον. ἐν μὲν δὴ τοῖς γυμνασίοις οἱ ὀξύτατοι δρόμοι μάλιστα ἁρμόζουσιν. hoc eſt: Acuta ſeu uehemens exercitatio, & tenuans uictus, & id genus medicamenta, & animi ſolicitudines, uniuerſam temperaturã calidiorem & ſicciorem, ac ob eã rem corpus ipſum tenuius efficiunt. Igitur inter exercitia celerrimus curſus potiſſimũ conducit. Hæc ſanè Galeni uerba repetit Paulus Aegineta lib. primo cap. lvij. Porrò exercitia paulò ante à nobis recitata, non uni corpori adaptari debent, ſed iuxta conſuetudinem, uirtutem, ætatem, corporiſq; habitum, unicuiq; quod ſibi maxime idoneum eſt, ut in libris de tuenda ualetudine monſtrauit Galenus, adhibendum. Sed mirum fortè nonnullis uidetur, quod inter extenuationis præſidia, quietis mentionem faciat Hippocrates, quum hæc potius obeſum ac craſſum efficere corpus, quàm extenuare poſſit. Proinde animaduertendum hic non ſimpliciter de quiete, ut planè cum ocio coincidat, loqui Hippocratẽ, ſed de ea potius quæ ab exercitio fit. Nam modis omnibus conuenit ut obeſi ab exercitio paululum interquieſcant, & ſi fieri poteſt ſomnum capeſſant, antequam cibos aſſumant. Quum enim ſuperuacua ac

A uacua ac humorum multitudo quæ in extremis corporis partibus conſiſtunt, ut exercitiorum conſumantur, reliquum eſt ut & ea quæ in interioribus partibus corporis eſt humorum ſuperuacuorum copia, reuocato huc natiuo calore, per ſubſequentem quietem, ſomnum præſertim, abſumatur. Hinc eſt quod Galenus lib. ſexto de tuen. ualet. præpinguem quendã paruo tempore ad mediocritatem carnis à ſe reductum eſſe ſcribit, quod primum celeri curſu illum uti coegerit, dein ſudore deterſo unguentis euaporantibus perfricuerit, ac póſt ad balneum perduxerit, à quo non protinus cibum dederit, ſed quieſcere interim iuſſerit. Nam quod quies poſt exercitium, idipſum etiam à balneo poteſt. Sic idem Galenus lib. xiiij. ther. meth. ubi obeſorum curationem ex profeſſo tractat, cibum iis exhibendum non ſtatim à balneo eſſe, ſed interpoſito ſomno conſulit. Præterea non temerè ſubinde dictũ ab Hippocrate eſt, multis celeribus deambulationibus extenuationem fieri. Nam quemadmodũ celeres extenuant, ita tardæ auctius & obeſius corpus reddunt. Calor enim tum mediocris, quem tarda deambulatio excitat, ſanguinem rectius generat, & plenius nutrit. Hinc eſt etiam quod lócis antea citatis, Galenus celeres curſus in extenuandis obeſis mirum in modum cõmendet. Celer nanq; motus calorem plus ſatis inaugens, corpus colliquat, carniumq; tumorem extenuat,

Deambulationes quæ extenuent.

B & humorum multitudinem euacuat. Cæterum poſt cõmemorationem eorum quæ iam diximus, etiam quo illi qui extenuatione opus habent, alimento uti debeant, oſtendit, unius atq; alterius exemplo, ea quæ omnibus conferunt intelligens. Per mazam enim & panem modicum, in uniuerſum illis non eſſe exhibenda alimenta multum nutrientia innuit. Maza autem, teſte Galeno lib. primo de alimentorũ facultatibus, eſt polenta liquore conſperſa & ſubacta. Aetius quoq; lib. primo mazam ex polenta hordeacea cum melle aut ſapa aut conſimili liquore confici ſcribit. Parum autem nutrire mazam euidentiſſimum eſt, quod Galeno loco iam citato autore, uentrem inflatione magis impleat, atq; ſi in eo diu maneat, concitet perturbationes: macerata uero prolixius, promptius deſcendat. Quin ſi mel quoq; addatur, citius etiã ob hoc ipſum uentrem ad excretionem incitabit. Quum itaq; neq; concoquatur, neq; in uenas diſtribuatur maza, id quod Aetius etiam docet, aluo ſecedat neceſſe eſt: ob id obeſis cibus eſt accõmodatiſſimus: indigent enim eiuſmodi cibis quæ aluum aſſidue deijciant. Cuius rei teſtis eſt Galenus lib. ſexto de tuenda ualetud. ſic ſcribens: ἔμπαλιν δὲ τῶν ἀμέτρως παχυνθέντων ἐκλύειν μὲν χρὴ τὴν ἀνάδοσιν, αὐξάνειν δὲ χρὴ ἀποῤῥοίας τοῦ σώματος. ἡ μὲν οὖν ἀνάδοσις ἐκλύεται συνεχέσιν ὑπαγωγαῖς γαστρὸς, ἐθισάντων ἡμῶν τὰ τῆς τροφῆς ὄργανα κάτω ταχέως ὠθεῖν ὅσα περιέχεται κατὰ ταῦτα. τὰς δὲ ἀποῤῥοίας τοῦ σώματος αὐξήσομεν ὀξέσι γυμνασίοις, ὧν ἔστι

Alimenta obeſis quæ danda.

Maza quid.

καὶ δρόμος. quod eſt: Contrà uero in his qui immodicè obeſi ſunt, minuenda C
diſtributio eſt, augenda uero corporis exhalatio. Porrò minuenda digeſtio aſsidua uentris deiectione, nempe aſſuefacientibus nobis inſtrumenta nutritionis, quæcunq; in ipſis cõtinent ſtatim ad inferna propellere. Corporis autem exhalatio inaugebitur celeri exercitatione, cuius generis curſus eſt. Demum cum panis plurimũ nutriat, fit ut de illo parum obeſis eſſe dandum præcipiat. Tũ uero per panẽ alia quoq; alimenta copioſe nutrientia, ut eſt caro ſuilla, et id genus alia, intellige. Caluus hanc ſententiã priori connectens ita obſcurauit, ut ne uerbũ quidẽ Hippoc. mentẽ referre uideatur. Sed ualeat Caluus.

APHORISMVS III.

Extenuationis immodicæ ſignũ eadem hora diei obſeruare oportet: ſtatim enim labores ſubeundo tumor corporis contrahitur atque exhauritur, pariterq́ totum corpus concidit. Quum itaq; iam cõciderit, carnes ſuillas aſſas adhibere conuenit. Vbi uero reficiuntur, ſignũ eſt quia corpus rurſus fit floridum.

Obſcuriſsima certe hæc Hippoc. eſt ſententia, nec ulla alia in toto hoc libro illa obſcurior eſt, ita ut nec Galenus quid ijs uerbis uoluerit ſignificare Hippocrates, explicuerit, contentus eo, quod ueterum diuerſas lectiones indicarit. Obſcuritatis uero nulla alia fuit ratio, niſi quod ſibi tantũ memoriæ D
cauſa hunc libellum pararit Hippocrates: hinc non raro Delio certe natatore opus erit, ſi quis commode ex ijs obſcuris locis uerum & genuinum ſenſum eruere uelit. Non eſt autem cur dubitemus, quin Hippocrates hac ſententia immodicæ extenuationis nobis aliquod ſignum præſcripſerit, quo liceat deprehendere, num debitam ac conuenientem in adhibendis paulò ante dictis extenuationis auxilijs quantitatem obſeruemus. Inquit ergo, immodicæ extenuationis ſignum eadem hora diei, qua ſcilicet exercitari is cuius extenuare corpus intendimus, conſueuit, obſeruare oportet. Quibus ſanè uerbis innuit, quod non quouis tempore, exercitio & præſidijs ad extenuationem neceſſarijs utendum ſit, ſed conſtituto aliquo, in quo nimirũ corpus à cibis uacuum ſit. Nam ut alibi etiam docet, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, hoc eſt, labores cibos præcedant. Eodem autem tempore, hoc eſt, ante comeſtionem, immodicæ quoq; extenuationis ſignum obſeruandum erit, quod tum certius uirtutis caſus ſeſe oſtentet. Facilius enim exceſſus extenuationis cum à cibis uacuum eſt corpus apparebit. Accepto enim cibo paulũlum reficiuntur uires, nec ita prompte ſeſe corporis imbecillitas agnoſcendã exhibet. Signum uero quo immodicam eſſe extenuationẽ dijudicamus, hoc eſt. Statim cum ante comeſtionẽ labores ſubire incipit is qui immodicè extenuatus eſt, corporis tumor contrahitur & diſsipatur. Nã ὑφαιρέειν τῶν πόνων nihil aliud ſignificare hoc

6. Epid. 4. part. aph. ult.

Signum immodicæ extenuationis quod.

A *re hoc loco uidetur, niſi ſubire labores, ſeu indulgere laboribus: ab* ὑφίε- *ὑφίεμαι.*
μαι, quod Galeno cõm. xviij. huius partis autore, idem quod συγχωρέω, *id eſt, acquieſco, indulgeo, ſignificat. Quod contrahitur interpretati ſumus, id Hippocrati* ἐρύεται *eſt, quod Galeno teſte, contrahi ſignificat. Apte* *ἐρύεται.* *autẽ hoc loco de tumore corporis effertur, quem contrahi & minorẽ effici, ac planè ſubſidere ac detumeſcere in immodicè extenuatis innuit. Deniq; quod diſsipatur ſeu exhauritur diximus, id Hippocrati* ξύεται *eſt, à* ξύομαι, *ξύομαι.* *quod defluo, exhaurio, diſsipo, & exhalo ſignificat. Cæterum nihil mirum ſi illi qui immodice extenuatus eſt, cum labores ante comeſtionem ſubire cœperit, tumor corporis ſtatim contrahatur, atq; diſsipetur, imò totum etiam corpus concidat, cum iam nihil aliud, niſi ſucci boni, & ad alimoniã corporis neceſſarij, per exercitia & labores educatur. Id ſanè quod in alijs etiã quibus exercitia præſcribimus, cauendũ eſſe, lib. ij. de tuen. uale. Gal. ijs monet uerbis:* μετὰ ταῦτα δ' ἤδη γυμναζέσθω μέχρις ἂν εἰς ὄγκον αἴρηται τὸ σῶμα, καὶ εὐανθὲς ὑπάρχῃ, καὶ αἱ κινήσεις ἑτοῖμοί τε καὶ ὁμαλαὶ καὶ εὔρυθμοι γίνονται. ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἱδρῶτα θεάσῃ θερμῷ ἀτμῷ συμμιγῆ. παύεσθαι τηνικαῦτα πρῶτον ἐπειδὰν ἕν τι τῶν εἰρημένων ἀλλοιωθῇ. καὶ γὰρ εἰ φανείη σοι συστελλόμενος ὁ τοῦ σώματος ὄγκος, αὐτίκα παύειν. εἰ γὰρ δὲ πλέον γυμνάζοις, ἐκ-
B κενώσεις τι καὶ τῶν χρηστῶν. καὶ δὲ τὸν ἱδρῶτα γίγνοιτό τις ἢ κατὰ τὸ πλῆθος, ἢ κατὰ τὴν ποιότητα μεταβολήν. πλέονα γὰρ ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐτὸν γίγνεσθαι χρὴ θερμότερον, εἰς ὅσον ἂν αἱ κινήσεις ἀνάγονται πρὸς τὸ σφοδρότερον. ὅταν οὖν ἢ ἐλάττων ἢ ψυχρότερος γίγνηται διαφορεῖται ἤδη τὸ σῶμα καὶ ψύχεται καὶ ξηραίνεται περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. ἀκριβῶς οὖν προσέχειν τὸν νοῦν τῷ γυμναζομένῳ σώματι, καὶ διαπαύειν εὐθέως ἐπειδὰν προσφαίνεταί τι τῶν εἰρημένων σημείων. *hoc eſt: Poſt hæc exercitetur dum corpus in tumorem attollatur, & floridum fiat, & motus prompte, æquabiliter & cõcinne edat. Inter hæc autem & ſudorem cum calido uapore mixtum cernes. Ceſſandum uero ab exercitio tum primum eſt, cum aliquod horum fuerit immutatum. Quippe ſi contractior corporis moles uidebitur, ſtatim deſiſtendum eſt. Si enim ultra exercitio uſus fueris, etiam bonorum ſuccorũ nõnihil euacuabis. Itidem ſi in ſudore ulla quantitatis eius, aut qualitatis mutatio accidat, quippe quem & copioſiorem ſemper, & magis incalentẽ fieri oportet, prout motibus uehementiæ plus acceſſerit. Quũ igitur is aut minor, aut frigidior fiat, tum diſcutitur exhauriturue corpus, refrigeratur, & ſiccatur plus iuſto. Accurate igitur animũ attendere corpori exercitando oportet, ut quum dictarũ iam notarum aliqua apparuerit, protinus ab exercitio ceſſemus. Locum hũc Galeni in ſua tranſtulit Paulus lib. primo cap. xvij. & Aetius lib. tertio cap. tertio, ubi ita ſcribit: Exer-*

cendum autem quouſq; in tumorem eleuetur, ruborq́; efflorеſcat corpus, motionesq́; expeditæ, æquales & ualidæ ſint, ac donec ſudorem conſpexeris uapori commixtum. Vbi uero aliquid eorum quæ dicta ſunt inmutetur, illico quieſcendum: ut ſi tumorem corporis contrahi uideris, aut floridum colorem tabeſcere, aut motionum uigorem remitti, aut ſudorem multitudine uel qualitate uariari. Hactenus itaq; ſigna quibus immodicam extenuationem obſeruare licet, Hippocrates monſtrauit. Iam pergit docere, quandoquidem inuitis nobis aliquando accidat ut immodicè concidant ac extenuentur corpora, quomodo ijs quæ ita conciderunt ſit ſuccurrendum. Non eſt autem præſentius remedium, quàm ut defectum ac ſubſtantiam defluxam reſtituamus alimento quod exercetæ ſubſtantiæ ſimillimũ ſit. Huiuſmodi autem eſt caro C

Suilla caro. *ſuilla, hæc enim maximã cum carne humana ſimilitudinem habet, & omnium maxime nutrit. Cuius rei teſtis eſt Galenus lib. tertio de aliment. facul. ſic ſcribens:* πάντων μὲν οὖν ἐδεσμάτων ἡ σὰρξ τῶν ὑῶν ἐστὶ τροφιμωτάτη, καὶ τούτου πεῖραν ἐναργεστάτην οἱ ἀθλοῦντες ἔχουσιν. εἰ γὰρ τοῖς ἴσοις γυμνασίοις, ἑτέρας τροφῆς ἴσον ὄγκον ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ προσενεγκάμενοι, κατὰ τὴν ὑστεραίαν εὐθέως ἀσθενέστεροι γίνονται. πλείοσι δ' ἐφεξῆς ἡμέραις τοῦτο πράξαντες, οὐκ ἀσθενέστεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀτροφώτεροι σαφῶς φαίνονται. πρὸς τὴν ἀνθρώπου ὁμοιότητα, καταμαθεῖν δ' ἔνεστι κἀκ τοῦ τινὰς ἐδηδοκότας ἀνθρώπων κρεῶν ὡς χοιρείων, οὐδεμίαν ὑπόνοιαν ἐσχηκέναι κατὰ τὴν γεῦσιν αὐτῶν, καὶ τὴν ὀσμήν, ἐφωράθη γὰρ ἤδη τοῦτο γεγονὸς ὑπὸ πονηρῶν πανδοχέων καὶ ἄλλων τινῶν. *quod eſt: Inter omnia edulia ualentiſsime nutrit ſuilla caro. Argumento ſunt euidentiſsimo ipſi athletæ: nam hi ſi de exercitijs conſuetis nihil remittentes, alterius cuiuſpiam eſcæ parem modum uel uno die aſſumant, poſtridie cõfeſtim redduntur imbecilliores. Quod ſi plures exinde dies idem fecerint, non tantũ infirmiores, uerumetiã palàm macilentiores euadent. Similitudinem uero quæ illi cum carne humana eſt, uel ex hoc diſcere licet, quod quidam humanis carnibus quaſi porcinis ueſcentes, nullam eius neq; ex guſtu, neq; olfactu ſuſpicionem habuerunt. Nam hoc ſanè maligni hoſpites, ac alij quidã patrauiſſe aliquando deprehenſi ſunt. Idem hoc teſtatur Aetius lib. ſecundo cap. cxix. ubi ita ſcriptum reliquit: Inter omnia edulia ſuilla raro maxime nutrit, bonum ſuccum præſtans, concoctioniq; aptiſsimum, multorum quidem ratione, ſed præcipue humanæ carnis ſimilitudine. Et Paulus lib. primo cap. lxxxiij. ſic ſcribens: Inter animalium quæ pedibus gradiuntur carnes, ſuilla maius quàm alij cibi alimentum præbet, eo quod guſtu & odore familiaritatem cum humanis corporibus ſortita eſt, ut nonnulli qui imprudenter humanas carnes guſtarunt, cognouerunt. Etſi uero ſuilla caro omnium maxime nutriat, attamen con-* D

A *men concoctu nõ admodum facilis eſt, & glutinoſum ac craſſum ſuccum generat, ut uidere licet apud Galenum lib. ſeptimo ther. meth. ubi in hunc modum ſcribit:* τροφιμώτατον οὖν ἐστιν ἁπάντων ὧν ἴσμεν ἐδεσμάτων χοίρειον κρέας, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως τοῖς εἰρημένοις εὔπεπτον, καὶ χυμοῦ γλίσχρου καὶ παχέος γεννητικόν. οὐ γὰρ δὴ ἄλλως οἷόν τε γενέσθαι τὸ ἄκρως τρόφιμον. *hoc eſt: Omnium igitur quæ nouimus eduliorum maxime nutriens ſuilla caro eſt, uerum non æque ac prædicta concoctu facilis, glutinoſum etiam ſuccũ at craſſum generat: neq; enim alio habitu eſſe poteſt, quod ſit in ſummo nutriens. Quum itaq; caro ſuilla glutinoſum ac craſſum generet ſuccum, fit ut illam aſſam eſſe exhibendam præcipiat, ita enim humiditas ignis caliditate nonnihil conſumitur, adeoq; carnem ſolidam & in modicam molem coactam, ac minime humidam & flaccidam efficiet. Porrò ut nota aliqua medicus, quando corpora quæ ſupra modũ extenuata fuerunt, iterum iam illa uictus ratione reficiantur, intelligere poßit, ſic inquit Hippoc. Vbi uero corpora extenuata reficiuntur, tum color corporis planè floridus fit, hoc eſt, rubore quodã uniuerſum corpus afficitur. Nihil autem miri eſt ut aucto denuò ſanguine bono ac puro, corporis rubor, ac floridus color appareat. Caluus ſententias iam enarratas mirabiliter ſua ineptißima uerſione obſcurauit. Singula illius errata proſequi minus neceſſariũ puto: conferat quis uerſionem ſuam cum græcis, & facile quod quærit inueniet.* Cur aſſæ carnes ſuillæ exhibẽdæ.

B

APHORISMVS IIII.

In exercitationibus extenuationis ſignum eſt ſudor guttatim emanans, qui tanquam è riuulis egreditur, aut à tumore contractio.

Hæc ſententia ex ſuperioris explicatione manifeſtißima eſt, ob id multa aut prolixa enarratione non eget. Poteſt autem generatim ad omnes transferri exercitationes, ut nimirum quando ab ijs ceſſandum ſit, ſigna præſcribat, ſudorem guttatim emanantem ex corpore, & cõtractionem ſubitã poſt tumorem corporis accidentẽ. Et ea ſanè interpretatio cum ijs quæ antea ex lib. ſecundo Galeni de tuen. uale. citauimus, pulchre conuenit. Poteſt tamen etiam ad immodicam extenuationem referri, ut nos fecimus, Galenum in eo ſecuti, qui aliquid hic deficere, & ob id τὸ συμπτώσεως, ἢ καθαιρέσεως, ἤ τι τοιοῦτον *ſubaudiendum eſſe ait. Sine controuerſia nanq; eſt, ſudorem ita immodicè emanantem corporis uires deijcere, ideoq; neceſſariò corporis molem contractiorem fieri, atq; adeò utraq; immodicæ extenuationis ſigna eſſe. Caluus, quod præterire non poſſum, iam dictis uerbis contrarium planè ſenſum reddidit. Nam cum Hippoc. in exercitijs nimium è corpore manantem ſudorẽ, & contractionẽ molis, utpote extenuationis immodicæ ſigna, damnaret, Caluus cõtrà laudauit, dum ita tranſtulit: Cũ ſudor in exercitationibus*

multus tanquam riuulis manat, cumq́; poſt eum concidit, optimum ſignum eſt. Ita in pleriſq́; etiam alijs locis contrarium Hippocratis menti ſenſum inuexit, ut certe eius uerſio nihil aliud meruerit, niſi ut Vulcano dicatur. C

APHORISMVS V.

Mulieri, quam primũ in Cranone curaui, lien natura magnus erat, febris ardens, admodum rubicunda, difficilis ſpiratio. Decimo die ſudor in ſupernis partibus multis factus eſt: ſed & decimoquarto die in infernis, non tamen effatu dignus.

Et hanc hiſtoriam ſibi quoq́; Hippocrates, ut aliquando rei à ſe obſeruatæ memoriam ſuggereret, annotauit. Mentionem facit cuiuſdam mulieris, nomen ſubticet, quam primum in Cranone Theſſaliæ ciuitate à ſe curatam eſſe ait: quo tamẽ morbi genere affecta fuerit, haud aperte explicat. Videtur autem lienis obſtructione, aut aliquo alio eius affectu laboraſſe, quandoquidem dicat natura illi lienem magnum fuiſſe. Quocunq́; uero morbi genere affecta ſit, ſine controuerſia eſt illam recidiuam paſſam eſſe, aut quia in uictu deliquerit, aut quia alia occaſione illi febris obuenerit: id quod ex uerbis, primum curaui, abunde liquet. Morbus itaq́; alter febris ardens erat, & admodum rubicunda: quibus utiq́; uerbis immodicũ in ea febre calorẽ ſubindicare uidetur: niſi quis ad mulierem ipſam referre uelit, quam natura rubicundam D *& bono colore præditam fuiſſe, utpote ſanguine abundantẽ, & ob id ardenti febre correptam dicat. Difficilis quoq́; illi mulieri ſpiratio erat, quam hic & alibi quoq́; ſimpliciter* πνεῦμα *Hippoc. uocat, ut teſtatur Galenus lib. tertio de ſpirandi difficultate, ſic ſcribens:* τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γράφων ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων ἐδείχθη συνδρομαῖς ἀντὶ τῆς δυσπνοίας, ἀφ᾽ ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα, ὥστε ἐπὶ τῆς ἐν Κρανῶνι γυναικὸς, ἐφ᾽ ἧς οὕτω γράφει. σπλὴν φύσει μέγας, πυρετὸς καυσώδης, ὑπέρυθρος, πνεῦμα τὴν προειρημένην δύσπνοιαν ἀκουστέον, ἐφ᾽ ἧς πυκνοῦται τὸ πνεῦμα. *quod eſt: Demonſtratũ eſt ſpirationem ſimpliciter & ſe ſola in morborũ concurſu ſcriptam, pro difficili ſpiratione accipi, in qua ſcilicet crebra fit ſpiratio, quemadmodum in muliere quæ in Cranone fuit, de qua ita ſcribit: Lien natura magnus, febris ardens, rubicunda: ſpirationem, iam dictam dyſpnœã, in qua crebra fit ſpiratio, inaudire oportet. Impudentiſſime itaq́; hoc loco Caluus errat, qui* πνεῦμα *contrario planè ſenſu, pro eo quod eſt bene ſpirabat, interpretatus eſt: tanta eſt paſſim illius hominis præfracta temeritas. Præterea decimo eius febris die, in multis partibus ſuperioribus ſudor factus eſt. Quibus ſanè uerbis ſatis ſudorem hunc malum fuiſſe, nec morbũ integre iudicaſſe, innuit. Malum autem fuiſſe duplici ratione oſtendi poteſt. Primũ, quod non factus ſit in die iudicatorio.*

πνεῦμα ſimpliciter quid ſignificet.

Decimus

A *Decimus nanque dies inter iudicatorios nō habetur, id quod Hippoc. alibi ijs uerbis monſtrauit:* ἱδρῶτες πυρεταίνοντι ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μίῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ, καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριηκοστῇ τετάρτῃ, οὗτοι γὰρ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς. *quod eſt: Sudores febricitanti ſi cœperint, boni die tertio, quinto, ſeptimo, nono, undecimo, quartodecimo, decimoſeptimo, uigeſimoprimo, uigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto: hi enim ſudores morbos iudicant. Qui uero non ita fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & reciduā. Dein ſudorem decimo factum die malum fuiſſe inde colligitur, quod tantum circa partes corporis ſuperiores, hoc eſt, caput, uel faciem, uel ceruicem, factus eſt: illum enim pernicioſum eſſe in prognoſtico ijs uerbis indicat:* οἱ ἱδρῶτες ἄριστοι μὲν εἰσὶν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, ὁκόσοι ἂν ἐν ἡμέρῃσι τε κρισίμοισι γίνωνται, καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάξωσι, ἀγαθοὶ δὲ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. οἱ δ᾽ ἂν μὴ τουτέων τι ἐξεργάσονται, οὐ λυσιτελέες. κάκιστοι δὲ οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ 1. progno. 29.
B τὸ πρόσωπον καὶ τὸν αὐχένα, οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηυτέρῳ μῆκος νόσου. *quod eſt: Sudores optimi quidem ſunt in omnibus acutis morbis, qui in diebus decretorijs eueniunt, & integre febrem finiunt. Boni etiam qui per totum corpus facti, hominem morbum facilius ferre monſtrant. Qui uero nihil tale efficient, nequaquā utiles. Peſſimi uero ſunt frigidi, & circa caput tantummodo, uultum & ceruicem facti: hi enim cum acuta febre mortem, cum mitiore autem morbi longitudinē indicant. Hactenus Hippocrates. Quum itaque natura qui febrem procrearunt humores decimo die temerè per ſudores expellere tentarit, decimoquarto, qui ſanè decretorius eſt, iterum febris reliquias euacuare per ſudorem conata eſt, at non ſatis robuſta, nec morbum uincere potens, ſuccubuit. Sudor enim circa infernas tantum corporis partes ob febris uehementiā & tumorum malitiam, factus eſt: nec effatu dignus, hoc eſt, non tantus qui morbum integre iudicare potuiſſet. Ideo ueriſimile eſt, uel mulierem illam de qua hic fit mentio, decimoquarto die mortuam eſſe, uel morbum in longius protractum tempus. Certi tamen nihil ſtatui poteſt.*

APHORISMVS VI.

Quibus capitis grauedine ac raucedine affectis ſuperueniūt febres, his ſanè, ut exiſtimo, recidiuæ non fiunt.

Aperta ſatis hæc eſt Hippocratis ſententia, in qua monſtrat, quod his

quibus poſt grauedinem & raucedinem ſuperuenit febris, nõ fiant recidiuæ. C
Febris enim illis ſuccedens exquiſitã efficit humorũ noxiorum cõcoctionem, neq; tantum frigidam ſimul atq; humidam iſtam fluxionem calefacit & extenuat, ſed etiam diſſoluit, ita ut non facile iiſdem recidiuæ fiant. Atq; hinc ratio illius quod alibi ſcribit Hippocrates iis uerbis, βράγχοι καὶ κόρυζαι τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται, id eſt, raucedines & grauedines admodum ſenibus concoqui nequeunt, reddi poteſt: calor ſiquidem natiuus in ſenibus imbecillis, humores à quibus raucedo & grauedo fiunt cõcoquere nequit. Cæterum quod nos grauedinẽ, hoc Hippocrates κόρυζαν appellat, quæ ſanè nihil aliud eſt, quàm humoris à capite fluxio, & in nares deſtillatio. Raucedinem uero, quam ille & Græci alij βράγχους dicunt, quæ fit quando excrementoſus humor à capite in guttur & arteriã defertur. Licet autem non ſolum è capite cadente defluxione, ſed etiam ex uehementi uocis conatu, ex aere frigido, aliisq; cauſis fieri poſſit raucedo, hic tamen de ea tantũ ſermo fit, quæ ex capitis deſtillatione generatur. Hinc eſt quod dicat Hippocrates, ἀπὸ κεφαλῆς βραγχώδεες, aperte iis uerbis innuens, ſe de iis tantũ loqui, qui ob naturalem quandam capitis debilitatem hoc morbi genere prompte & leuiter corripiuntur. Caluus hanc ſententiam haud aliter quàm huius particulæ quartam inuertit, ac in contrarium ſenſum detorſit, hunc in modum D
interpretatus: Qui capitis deſtillatione ſuperfebriunt, his uti reor reueniet. Mirũ autẽ hominẽ tanta cæcitate præditũ eſſe, ut nihil horũ animaduerterit.

2. aph. 40.

Raucedines & grauedines concoctionem in ſenibus reſpuunt.

APHORISMVS VII.

Quicquid ad ſuppurationem ductum eſt, id recidiuam non efficit: ipſa enim concoctio, iudicatio ſimul atq; excretio eſt.

Exemplo illius quod ad ſuppurationem ductum eſt, ſingula quæ in morbis probè concoquuntur, recidiuam non poſſe facere monſtrat. Id ut rectius aſſequatur, annotandum erit quod duplex ſit concoctio. Vna eorum quæ ſecundum naturam ſe habent, ut eſt concoctio qua in uentre cibus concoquitur, aut in uiſceribus & uaſis generatur ſuccus, in quibus ſcilicet alteratio in propriã eius quod nutritur fit qualitatem: & hæc à Græcis proprie πέψις nominatur. Altera eſt morbi, dum uidelicet aliqua humoris morbum generantis fit alteratio, quæ Græcis, Hippocrati præſertim, πεπασμὸς dicitur. Teſtis Galenus, qui in cõmentariis ſuper lib. primũ Epid. ſect. ſecundæ, ſtatum tertium, in hunc modum ſcribit: πέψις γάρ τις ἐστὶ τῶν παρὰ φύσιν. ὁ πεπασμὸς τοῦ νοσήματος. Et lib. quinto de ſimpl. med. facul. cap. octauo, ubi ita ſcriptum reliquit: ἔστι δὲ δή που τῶν φυσικῶν ἔργων ἕν τι καὶ ἡ εἰς τὸ πύον μεταβολή. πέψις γάρ τις ἐστὶ καὶ ἥδε τόδε. quod eſt: Eſt uero unum ex naturalibus operibus, ea quæ in pus fit conuerſio. Nam & illic quædam perficitur coctio.

Cõcoctio duplex

πέψις.

πεπασμός.

A coctio. In hoc itaq; cõueniunt, quod utraq; fit à natiuo calore, et à ſimili quoq;
extrinſecus iuuatur. Differunt autem, quod prima planè ſecundum naturam
alteratio eſt: nam in ea id quod concoctũ eſt, in ſubſtantiã eius quod cõcoquit
tranſit. Quum enim ſecundũ naturam ſe habuerit corpus, & concoctũ cum eo
quod concoquit naturæ quandã familiaritatẽ habuerit, tum eius quod cõcoqui
tur totius ſubſtantiæ, aut plurimæ illius partis mutatio & alteratio fit, pa
rum eius quod ſemicoctum ſit abundante. Altera uero partim ſecundum na-
turam exiſtit, partim præter naturam, atq; adeò media eſt inter eam alte-
rationem quæ ſecundum naturam eſt, de qua antea dictum eſt, & eam quæ
planè præter naturã exiſtit, & putrefactio nominatur: de qua re plura Ga-
lenus lib. quinto de ſimpl. med. facul. cap. quinto. Hanc itaq; cõcoctione in ſe-
cundam duo neceſſariò ſequuntur, puris generatio, & abſceſſus. Sic omnes
præter naturã tumores ubi in illis iam pus in uniuerſum conſtiterit, concocti
eſſe dicuntur. Et quia natura pus generatum de affecta parte ſecernere cona
tur, ſæpiusq; finem aſſequitur, quoties meatus ad excretionẽ ueluti quoſdam
aquæductus idoneos nacta fuerit, fieri non poteſt, ut quod ſemel ad ſuppu-
rationem ductũ eſt, cum idipſum mox à natura expellatur, recidiuam efficiat. Tumores
Quũ uero natura in ſuppurationibus internis pus excernere haud potis eſt, concocti.
B tum mortem ſubſequi neceſſe eſt, ut iterum recidiuæ locus non ſit. Quemad-
modum autem in ſuppurationibus nullus eſt recidiuæ timor, ita etiam in om-
nibus alijs morbis, in quibus concoctio à calore natiuo fit, humorum morbum
facientium nulla planè recidiua ſperanda erit. Rationem in contextu ijs uer-
bis Hippocrates reddit, nam cõcoctio iudicatio ſimul & excretio eſt. Quod
concoctio iudicatio ſit, ita intelligendum erit, concoctionem ſequi mox morbi Concoctio eſt
iudicationem. Hinc eſt quod Hippocrates libro primo Epidemiωn ſcribat: indicatio.
πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι.
quod eſt: Concoctio celerem iudicationem, ac ſecuram ſanitatem portendit.
Sic etiam excretio eſt, eo quod quæ cõcocta iam ſunt, per naturam ſtatim ex- Concoctio eſt
cernantur. Quum itaq; concoctionem morbi iudicatio integra & perfecta, excretio.
ac noxiorum expulſio ſequatur, nulla certe ea exiſtente recidiua fieri poteſt:
neq; enim cõcoctio fit, niſi ubi natura morbificas iam cauſas ſuperauerit. Po-
teſt quis ultimam etiam ſententiæ partem ita uertere: Concoctio eſt excre-
tio ſimul atq; abſceſſus: hoc eſt, concoctionem ſequitur puris excretio, uel ab-
ſceſſus. Prior tamen interpretatio melior eſt. Nam cum ἀπόστασις ſit pro ἀπόστασις.
prie abſceſſus, poteſt etiam interpretari pro excretione: quandoquidem ab-
ſceſſus, ut ait Galenus cõm. lxiij. lib. quarto uict. acut. αὐτὴν τὴν κρίσιν
ἐπιφέρει, καὶ ἀπαλλάττει ἁπάντων τῶν ὀχληρῶν τὸν κάμνοντα. hoc eſt,
iudicationem infert, & ægrum à moleſtijs omnibus liberat: quod certe niſi

eſſet, noxiorum excretio perficere haud poſſet. Quid multa? cum ſuppuratio C
ſit concoctio, & concoctio iudicatio ſimul & excretio exiſtat, fieri non poteſt ut ſuppurationem recidiua ſequatur.

APHORISMVS VIII.

Nonnulli in uenerē pronis, haud aliter q̄ Damagoræ, uenter inflatur. Quibuſdā uero in hoc tēpore perinde ut Arceſilao, crepitus fit.

Qui uarias de hac ſententia ueterum interpretū opiniones ſcire cupit, is Galeni cōmentarios legat. Nos breuitati ſtudentes, quæ genuina duntaxat ſit eiuſdem interpretatio indicabimus. Primum omnium, exemplo Damagoræ cuiuſdam, dicit nonnullos eſſe in rem uenereā pronos, quibus uenter inflatur. Et hi ſunt ſanè qui flatuoſa, & hypochondriaca, melancholicaq́; uocata affectione, de qua uerba facit Galenus lib. tertio cap. ſexto de affectis locis, correpti ſunt. Patiuntur autem hunc affectum in ea ætate quæ παρακμαστικὴ à Græcis dicitur, hoc eſt, declinans, quod tum ob innati caloris imbecillitatem multo flatu impleantur: nam eo ualido ac robuſto exiſtente, nihil tale contingit. Hinc eſt quod Galenus lib. ſecundo de facul. natural. in eum modum ſcribat: καὶ μὴν ἥ γε μέλαινα χολὴ τοιοῦτός ἐστι χυμὸς, ὃν οἱ σωφρονοῦντες ἰατροὶ καὶ φιλόσοφοι πλεονεκτεῖν ἔφασαν, τῶν μὲν ὡρῶν τοῦ ἔτους ἐν φθινοπώρῳ μάλιστα, τῶν δ' ἡλικιῶν ἐν ταῖς μετὰ τὴν ἀκμήν. *id eſt:* D
Et ſanè nigra bilis eiuſmodi eſt ſuccus, quem ſapientes medici & philoſophi abundare cenſuerunt, ex anni quidē temporibus in autumno potiſſimū, ex ætatibus in ea quæ uigori ſuccedit. Proinde ex iis quæ diximus euidentiſſimū eſt, eos qui in declināte cōſiſtunt ætate, eſſe flatuoſos & melancholicos. Ariſtoteles quoq́; in problematis nō aliam cauſam cur libidinoſi melancholici ſint affert, quàm quod iis in hypochondriis nō modica flatuoſi ſpiritus copia generetur. Sed præſtat eius uerba ſubſcribere: διατί ἀφροδισιαστικοὶ οἱ μελαγχολικοί; ἢ ὅτι πνευματώδεις, τὸ γὰρ σπέρμα πνεύματος ἔξοδός ἐστιν. οἷς οὖν πολὺ τὸ τοιοῦτον, ἀνάγκη πολλάκις ἐπιθυμεῖν τούτους ἀποκαθαίρεσθαι, κουφίζονται γάρ. *quod eſt: Cur in uenerē proni melancholici ſunt? Num quod flatu abundant. Semen enim exitus flatus eſt. Quibus itaq́; idipſum copioſum eſt, hos ſæpius ut purgentur appetere neceſſe eſt, ſic enim leuantur. Vnde iam ſatis liquet,* ἀφροδισιάζειν *hoc loco non ſimpliciter rem ueneream agere, ſed in illam pronū eſſe ſignificare, quod ſanè plus eſt quàm re uenerea uti. Vtuntur enim qui ſemel aut bis anno coeunt. Proni uero ſunt qui ſæpius & appetunt & coeunt. Ita ut idem cū Ariſtotele hoc loco doceat Hippocrates, nempe quoſdam in uenerem procliues eſſe, quia illis uenter flatuoſo ſpiritu refertus ſit. Deinceps exemplo Arceſilai docet quoſdā in uenerem pronos tantam habere in uentre & hypochondriis flatuum copiam, ut ob motum ac*

[Margin notes: Flatuoſa ſeu hypochondriaca affectio. — Cur libidinoſi melancholici. — Sect. 4. probl. 31. — ἀφροδισιάζειν.]

A *tum ac concuſſionem corporis uehementem in coitu factam, eoſdem etiam per inferna excernant, adeoq; uentris crepitum faciant, id quod per ψόφους hic intellexit uocem, quæ nihil aliud niſi βορβορυγμὸν, καὶ τὰς κάτω διεξιούσας φύσας, hoc eſt, uentris ſtrepitū, & per inferna prodeuntes flatus ſignificat. Hanc ſanè eſſe præſentis ſententiæ genuinam interpretationem, ex ea quam infra repetet ſententia ſatis liquet, ubi ita ſcribit:* ἐν τοῖσι προσόδοισιν Aph. 19. *τῶν ἀφροδισίων*ὁ ἀποψοφέουσιν οἷον Ἀρκεσίλαος. οἱ δ᾽ ἐπὴν προσέλθωσι φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμαγόρας. *Cuius interpretationem uide ſuo loco.*

APHORISMVS IX.

Flatuoſus ſpiritus ĳs qui inſtar alarū auiū opertas ſcoptulas à tergo procliues ac procedētes habēt; cōcauſa exiſtit: ſunt etenī illi flatulenti.

Quum totius ſententiæ intellectus ex duorum uocabulorum recta interpretatione pendeat, omnium primum illa explicanda eſſe duximus. Primum itaq; quos nos, longa circunlocutione uſi, inſtar alarum auium opertas ſcoptulas à tergo pronas & eminentes habere diximus, hos uno uocabulo Hippocrates πτερυγώδεις *appellauit. Eos uero hoc nomine uocari, in primis* πτερυγώδεις. *Galenus in eius ſententiæ explicatione ĳs uerbis monſtrat:* ἔμαθετο δ᾽ ὅτι πτερυγώδεις ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζειν τοὺς ὁμοίους ὀρνίθων πτέρυ-
B ξι τὰς ὠμοπλάτας ἔχοντας ἐκκειμένας τε καὶ προνευούσας εἰς τοὐπίσω. *Et libro ſecundo de temper. ubi ita ſcriptum reliquit:* ὅταν δὲ καὶ τὰ κατ᾽ ὠμοπλάτας αὐτοῖς ἄσαρκα τελέως ᾖ, καὶ γυμνὰ καὶ προπετῆ δίκην πτερύγων, ὀνομάζονται μὲν αἱ τοιαῦται φύσεις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν πτερυγώδεις. *hoc eſt: Quando partes hæ quæ circa opertas ſcoptulas ſunt, illis planè ſine carne et nudæ fuerint, ac alarū more promineant, nominantur quidē à medicis eiuſmodi naturæ pterygodes. Tales certe ſunt tabidi, quiq; ad tabem proni ac idonei ſunt, ut teſtatur Galenus in libro de cauſis morborum, ſic ſcribens:* ῥὶς δ᾽ ὀξεῖα, καὶ κρόταφοι συμπεπτωκότες, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τὰ κατ᾽ ὠμοπλάτας τε καὶ βραχίονας οἱονεὶ πτέρυγες ἔξωθεν αἰωρούμεναι τοῖς φθίνουσι φαίνονται. *quod eſt: Naſus uero acutus, tempora collapſa, oculi concaui, & partes quæ ſunt circa opertas ſcoptulas ac brachia, inſtar alarū eleuatæ ac prominentes in tabidis apparent. Caluus illos quos* πτερυγώδεις *Græcorum medici uocant, improprie ſuſpirioſos interpretatus eſt: multo enim eius uocabuli ſignificatio latior eſt, quàm ut ad pterygodes contrahi queat. Inſuper ubi nos flatuoſus ſpiritus interpretati ſumus, hic Hippocrati ſimpliciter* φυσώδης, *quod flatuoſum ſignificat, exiſtit. Sine tamen controuerſia eſt, ipſum per hoc nomen flatuum copiam ac multitudinem intelligere. Ex ĳs itaq; facile quid uelit Hippocrates ſciri poteſt: nihil ſanè aliud, quàm quod flatuum multitudo interdum cōcauſa ſit ut aliqui fiant pterygodes.*

Concauſa quid. *& tabidi. Cõcauſam uero uocant medici eam, quæ etſi ui ſua poßit generare* C
affectum, idipſum tamen alteri coniuncta facit. Sic enim autor Medici, qui Galeno lib. ſexto Epid. cõm. xxxi. part. ſecunda teſte, Herodotus eſt, cuius etiam Aetius meminit, definit dicens: συναίτιον δὲ τὸ καθ᾽ αὑτὸ μὲν δυνάμενον ποιεῖν τὸ πάθος, ποιοῦν δὲ καὶ σὺν ἑτέρῳ. Vocatur alio nomine
Flatus ruptionis concauſa. *cauſa adiutrix. Pterygodibus uero & ad tabem idoneis, flatuoſum ſpiritum eſſe concauſam, inde colligi poteſt: facit enim ad ruptionem uaſorum quæ circa pulmonem ſunt, potißimum ubi ſanguinem tanquam cauſam coadiutricem habeat. Nihil enim ad uenarum ruptionem magis idoneum eſt, quàm ſi flatus copia ſanguini cõiuncta fuerit. Hinc Galenus lib. quinto ther. meth. ubi ex profeſſo ruptionis uaſorum cauſas recenſet, inter illas etiam ſanguinẽ flatulentum connumerat, dum ita inquit: ὅτι δὲ καὶ διὰ τὸ μὴ στέγειν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς αἷμα, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ᾖ πνευματικὸν, οὐκ ὀλίγα ῥήγνυται, δηλοῦσιν οἵ τε πίθοι πρὸς τοῦ γλεύκους ἀναῤῥηγνύμενοι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἰσχυροτάτων σωμάτων. id eſt: Non pauca rumpuntur, propterea quod ſanguinem quem in ſe habent, non continent, potißimum quando flatulentus ſit. Indicio ſunt dolia à muſto rupta, tum alia multa ualentißimorum corporum. Et lib. quarto de affect. lo. cap. nono, ubi ita ſcribit: τῆς ῥήξεως δ᾽ αὐτῆς τὸ αἴτιον ἥ τε σφοδρὰ κίνησις ἐστὶ, καὶ τὸ πλῆθος τῶν χυμῶν* D
αὐτῶν τε καθ᾽ ἑαυτοὺς καὶ σὺν ἀπέπτῳ τε ψυχρῷ καὶ φυσώδει πνεύματι συνδιατείνοντι τοῖς χυμοῖς τὰς φλέβας. quod eſt: Ruptionis ipſius cauſa eſt uehemens motus, & humorum ipſorum abundantia, qui uel per ſe, uel unà cum crudo, frigido, & flatuoſo ſpiritu uenas extendunt. Cæterum confeſtim Hippocrates cauſam, cur flatulentus ſpiritus concauſa ſit ut nõ-
Pterygodes ſunt flatulenti. *nulli pterygodes fiant, reddit, dicens: Etenim ſunt flatulenti. Nam cum pterygodes anguſtum habeant thoracem, & ob hanc cauſam etiam Græcis στενώδεις, Galeno libro ſecundo de temp. autore, quod tabulæ ritu anguſtum thoracem habeant, dicuntur, fit ut omnia etiã uiſcera in eo cõtenta parua ſint. Paruum itaq; cor eorum quoq; erit, & in eo modicus calor uitalis. Hinc eſt quod parum caloris ex eo in uniuerſum corpus confluat, ideoq; frigidum ſit, neq; concoctionem probè efficiens neceſſe eſt, adeoq; mirum non eſt ſi hoc nomine flatuum multitudo in ijs procretur. Solet enim calor imbecillis flatus gignere copiã, ut docet Galenus lib. tertio de ſymptomatũ cauſis, dum in hunc modum ſcribit: οὔτε ταῖς ἐσχάταις ἀτονίαις τῆς θερμασίας, οὔθ᾽ ὅταν ἰσχυρῶς ἐῤῥωσθῇ, κατὰ δὲ τὰς μεταξὺ τούτων ἀπογεννᾶται τὸ φυσῶδες περίττωμα. hoc eſt: Neq; caloris extrema imbecillitate, neq; cum uehementer robuſtus fuerit, ſed quum medium inter has affectiones obtinet, flatuoſa redundantia generatur. Caluus monſtroſam huius ſententiæ interpretationem*

commen

A *commentus eſt, quam nec ipſe unquam intellexit, tantum abeſt ut cæteri aſſe qui poßint. Sed facit ſuo more, hoc eſt, nugatur inſigniter.*

APHORISMVS X.

Admodum frigidū, ueluti nix & glacies, uenas rumpit, tuſſes mouet, & colligit ac coaleſcere facit, ut ſunt pherea, & gongronæ. Concauſa uero eſt durities ipſa.

Immodicè frigidi hac ſententia uires nonnullas Hippoc. recenſet: quare non eſt cur quiſpiam illas omni frigido ineſſe putet: atq; hinc eſt quod dicat, πάνυ ψυχρὸν, hoc eſt, ualde frigidum, ueluti eſt nix aut glacies. Prima uis quam impenſe frigido tribuit, eſt, quod uenas rumpat: frigidū ſiquidem con- Frigidum uenas rumpit. *ſtringit, cōtrahit, ac denſiora reddit omnia ea quibus admouetur. Hinc etiam corpora ſanguinem continentiū uenarum ita conſtringuntur ac contrahuntur ab illo, ut earundem aliquando tunicæ rumpantur. Nimium enim conſtringendo, duræ & ad extenſionem contumaces redduntur, ideoq; promptius dein rumpuntur. Altera eſt ut tuſſes moueat, quod ſcilicet ex capite in thoracē &* Tuſſes mouet. *pulmonē deſtillationes efficiat: id quod & in aphoriſmis dixit, ita ſcribens: τὰ ψυχρὰ οἷον χιὼν καὶ κρύσταλλος, στήθεσι πολέμια, βηχέων κινητικὰ,* 5.aph.24. *καὶ αἱμοῤῥαγικὰ, καὶ καταῤῥοϊκά. quod eſt: Frigida qualis nix & glacies,*
B *pectori inimica, tuſſes mouent, & ſanguinem, & deſtillationem. Tertia uis frigidi eſt, ut colligat ea atq; coaleſcere faciat quæ in partem aliquam conflu* Colligit quæ in partem aliquā confluunt. *unt: id quod per uerbum συστρεπτικὸν, quod Galeno teſte idem eſt quod συναπτικὸν, ſignificare uoluit Hippoc. Eſt enim, ut obiter dicam, συστρέφεσθαι propriè, agmen militum in anguſtum redigere, & quod Liuius orbem colligere & uoluere dicit. Medicis uſus eſt illius uerbi in humoribus uitioſis qui in partem aliquam confluunt, atq; in ea aceruantur & colliguntur. Teſtis eſt Galenus, qui lib.iiij. de uict. rat. in morb. acu. cōm. xix. ita ſcribit: ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συῤῥέωσί τε καὶ ἀθροίζωνται κατά τι μόριον ὅπως συστρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷδε τῷ μορίῳ. Hinc συστροφαὶ ſunt mor* συστροφαί. *borū collectiones, quæ in partibus tumeſcentibus fiunt. Et aliquando hoc nomine omnes tumores præter naturā, in Aſia uocatos eſſe Gal. loco iam citato cōm. xviij. ſcribit, dicens: εἰκὸς δ᾽ ἐστι συστροφὰς εἰρῆσθαι νοσημάτων τῶν αὐτοῦ τὰς ὑπὸ τοῖς ὀγκουμένοις μορίοις γιγνομένας. ἀκούω γὰρ καὶ νῦν πολλῶν ὀνομαζόντων οὕτως ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ἀσίᾳ πάντας τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους. Dioſcor. συστροφὰς nodos in articulis digitorū ab articulari morbo collectos nominat in pleriſq; locis, ut cap. ρπς. περὶ ὀλύνθων. πᾶσαν συστροφὴν καὶ χοιράδας ἐκμαλάσσουσιν. id eſt: Nodos omnes & ſtrumas emolliunt. Colligit itaq; frigidū uitioſos humores, & efficit in neruoſis præſertim partibus tumores, quales ſunt pherea & gongronæ. Sunt autē pherea tumores oblon-* Pherea.

gi, Satyrorũ ſimilitudinẽ & effigiem habentes: oblongas enim hi circa aures C
eminentias obtinent. Sic in cõmentarijs definit Galenus, dum inquit: μοὶ δοκεῖ τὰς περιμήκεις ὥρας ὠνομακέναι φήρεα. φήρεα μὲν εἰπὼν, τὰ τὴν ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρέων. οὕτω γὰρ ὠνομάκασιν ἔνιοι τῶν ἰώνων σατύρους, οὓς γράφουσί τε καὶ πλάττουσι περιμήκεις ἐξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσί. *Et in libro cui titulum indidit de expoſitione antiquarum dictionum Hippocratis:* φήρεα αἱ περιμήκεις ὑπὸ τὰ ὦτα ἀδενώδεις ἐξοχαί. *quod eſt: Pherea ſunt prominẽtes in glanduloſis quæ ſub auribus ſunt partibus eminẽtiæ. Et quod prælongas has eminentias Hippocrates uocauerit pherea, fidem faciunt ea quæ in ſeptimo Epidemiωn ſcripta reliquit, dum ſic inquit:* ἐπεδήμησαν βῆχες, μάλιστα δὲ παιδίοις τὰ περὶ τὰ ὦτα πολλοῖσιν οἷα τοῖς σατύροις. *hoc eſt: Tuſſes populariter uagabantur: pueris uero potiſsimũ quãplurimis*

Gongronæ. *quæ circa aures fuerunt, talia qualia Satyris, facta ſunt. Gongronæ autem rotundiores ſunt cum aliqua duritie tumores, ueluti ſunt quæ in arborib. quibuſdam adnaſcentiæ, quas Græci* γόγγρους *appellant, ueluti Theophraſtus lib. i. de hiſt. plant. ubi ita ſcribit:* ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἐλαία. *id eſt: Aliquæ arbores obtinent à nõnullis uocatos gongros, aut quod proportione reſpondet, uelut olea. Sic deſcribit in explicatione huius ſententiæ gongronas, dicens:* γογγρώνας δὲ τὰς D.
περιφερεστέρας ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, οἷαί περ εἰσὶν αἱ γινόμεναι κατὰ τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους. *In lib. de expoſitione antiquarũ dictionũ Hippoc. ad gutturis tantũ tumores uocem cõtraxit, dicens:* γογγρώνα, βρογχοκήλην ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πρέμνοις τῶν δένδρων ἐπιγινομένων στρογγύλων ἐξοχῶν. *quod eſt: Gongrona gutturis tumorem à rotundis in arborum truncis enatis eminentijs uocant. Porrò cum latina prædictorũ tumorum nomina, quod ſciam, non habeamus, græcis uti cogimur: id ſanè quod multo conſultius eſt, quàm latinis parum proprijs genuinas illarum uocum ſignificationes obſcurare. Caluus non ſine magno errore primum tumoris genus tonſillas nominauit, cum nemo ſit uel mediocriter ſaltem eruditus, qui ne ſciat tonſillas Græcis eſſe* παρίσθμια, *morbum ſanè faucium, ab illo qui circa aures potiſsimum generatur, longe diuerſiſsimũ. Ita paſsim proprietatis dicendi neglector ac contemptor Caluus exiſtit. Gongronas uero duras appellauit collectiones, quod nomen multo eſt generalius ꝙ ut ad gongronas tantum referri queat. Nam et* συστροφαὶ *Græcis dictæ ſunt collectiones duræ, at circa articulos digitorum propriæ. Sic gongronæ ſunt quidem collectiones duræ, at rotundæ, & circa guttur tantum. Quare ſi reddidiſſet, collectiones gutturis rotundæ ac duræ, potuiſſet fortaſsis effugere reprehenſionem. At melius ſemper in dubijs rebus uti græcis nominibus. Inſuper eius quod in fine ſenten*

A *ne ſententiæ adiectum eſt, hic ſenſus eſt. Prædictorũ affectuũ à frigido generatorũ cõcauſa exiſtit durities ipſa corporis, in quo eiuſmodi affectus conſiſtunt. Nam ſi quis ſuapte natura cutem duram habuerit, tum ſanè humores ſub ipſa collecti, exhalari diſflarię; per illam haud poſſunt. Quũ itaq; craſſi & glutinoſi humores ſub cute congregati, diſcuti & exhalari nõ poſſint, quid miri ſi prædictos iam duros tumores efficiant? Concauſa quoq; eſt ruptioni uenarũ durities, adeoq; in natura durioribus citius quàm alijs uenarũ ruptio accidit. Nã propter duritiem uenæ difficulter dilatantur, & ad extenſionẽ contumaces fiunt, atq; adeò accedente frigore facillime rumpuntur, quod continere ob nimiam conſtrictionẽ ſanguinẽ copioſum diutius non poſſint. Pari modo durities quoq; tuſsis concauſa erit, quod dura mollioribus citius aſperitatem, quæ tuſsim concitat, contrahant. Proinde rectiſsime ab Hipp. dictũ eſt, omniũ iam cõmemoratorũ affectuũ unà cum frigore duritiẽ cauſam eſſe. Eam tamen partem Caluus, ut mul ta alia, nõ intelligens, ſilentio præterijt.* Durities concauſa.

APHORISMVS XI.

Conſiderandum an à mictione facta concretio puerulis magis, eo quod calidiores ſint, accidat.

Quod Hippocrati de pueris lapide ueſicæ affectis hac ſententia ſermo B *ſit, omnibus in confeſſo eſt. Vſus eſt autem periphraſi quadam ac circunlocutione, lapidem in ueſica* τὸ σύναγμα μετὰ οὔρησιν, *id eſt, concretionem poſt mictionem uocans: per hæc nanq; uerba ſecludit lapidem renum, qui* πρὸ τῆς οὐρήσεως σύναγμα, *hoc eſt, concretio ante mictionẽ dicitur. Proinde etſi nomen* σύναγμα *rarum admodum ſit etiam apud Hippoc. ſignificat tamen hic idem quod* σύστασις, *quæ uox Latinis eſt craſſitudo & coagmentũ ac concretio. Galenus quoque in libro de expoſitione antiquarũ dictionum Hipp.* ὑπόστασιν *interpretatur: ut omnium euidentiſsimũ ſit* σύναγμα μετὰ οὔρησιν, *hoc loco nihil aliud eſſe, niſi* σύστασιν καὶ ὑπόστασιν τῶν ἐν κύστει μετὰ τὴν οὔρησιν, *id eſt, eorum quæ in ueſica poſt mictionem remanent, concretionẽ & ſubſidentiam, atq; adeò lapidem qui ex illa ſubſidentia poſt mictionem in ueſica relicta generatur. Cæterũ cum de cauſa generationis lapidis in ueſica non omnibus conueniat, fit ut hic moneat Hippoc. diligenter admodum eſſe conſiderandum, num puerulis magis lapis in ueſica quàm renibus, eo quod calidiores ſint, aut aliam quandam ob cauſam, generetur. De eo autem, quod propter craſſitudinem urinarũ pueris in ueſica procreetur lapis, nulla eſt controuerſia. Craſſum enim hoc in ueſica ubi congregatũ & collectum fuerit, ſi ſemel ſuo & conuenienti tempore non excretũ, intus longiori temporis ſpatio permanſerit, concretionis initium aſſumit, hocq; aſſumpto, prompte reliquum omne quod craſſum tandem in ueſicã peruenit, priori affigitur, & ita indies*

Concretio à mictione quid.

σύναγμα.

Craſsitudo generatiõis lapidis in ueſica cauſa.

fit auctius, quouſq; in ſolidum uertatur lapidem: id quod extrinſecus in aquis C
ſuapte natura calidis, & in uaſis in quibus quotidie calefit aqua, accidere uidemus. Proinde perſpicuum eſt primam & potiſsimã generationis lapidum
Caliditas cauſa generationis lapidis ueſicæ. in ueſica eſſe craſsitudinem illam urinæ. De altero autem, num ſcilicet pueris lapis in ueſica potius quàm in renibus, ob calorem illorum quo præditi ſunt, fiat, quaſi dubitabundus loquitur: non quod ipſe quicquam ea de re dubitet,
1.aph.14. quum aperte in aphoriſmis pronunciet, τὰ αὐξανόμενα πλείστην ἔχειν τὴν ἔμφυτον θέρμην, ſed propter alios quoſdam, quos hoc pacto in ueram cauſæ generationis lapidis pertrahere uoluit. Fuerunt enim nonnulli, qui ideo lapide ueſicæ laborare magis pueros dicerent, quod omnes corporis meatus anguſtos haberent. Atqui ea ratione, quum & renum exitus anguſtos habeant, renum quoq; lapide cruciarentur. Hinc aliam planè cauſam ſubeſſe, nimirum calorem illũ, oportet. Calor enim ſiue tepidus ſeu moderatus, ſiue uehemens fuerit, ad generationem lapidis conducit. Moderatus ſanè ſufficit, ubi materia craſſa exiſtit, quod facile hæc ipſa firmetur, & luti modo induretur. Vehemens uero ubi materia paulò tenuior fuerit. Quapropter caliditas puerorum quæ uehemens eſt, etſi potiſsima cauſa non ſit, proxima tamen poſt craſſitudinem erit. Proinde rectiſsime quadrant quæ autor libri de renum affectus dignot. & medic. ſcribit in eum modum: ἐν ἡμῖν ψύξις λίθον οὐ ποιεῖ, D
οὐδὲ γὰρ ἐν ζῶντι σώματι δυνατόν ἐστιν ὑποδέξασθαι τοσαύτην ψύξιν, ὥστε δυνηθῆναι τὴν ψύξιν ποιῆσαι λίθον ἡμῖν, ὡς τὸν ἐκτὸς ὁρῶμεν γινόμενον, ἀλλὰ ἀπὸ θερμότητος ἐν ἡμῖν γίνεται λίθος, ἢ σφοδρᾶς, ἢ χλιαρᾶς. ἀλλ' εἰ μὲν παχεῖα ἐστιν ἡ ὕλη, τότε ἀρκοῦσά ἐστι καὶ ἡ χλιαρὰ καὶ μετρία καὶ κατὰ φύσιν θερμότης πρὸς τὸ ἰσχῦσαι καὶ ἀπογαιῶσαι τὴν παχεῖαν ὕλην. ἑτοίμη γὰρ ὡς παχεῖα πρὸς τὴν γένεσιν τοῦ λίθου. εἰ δὲ λεπτοτέρα ἐστὶ, τότε πάνυ σφοδροτέρας δεῖται τῆς κατὰ φύσιν, καὶ παρὰ φύσιν θερμότητος, ἵνα ἀπογαιώσῃ αὐτήν. θέλει γὰρ διαφορῆσαι τὸ λεπτομερὲς αὐτῆς, καὶ οὕτως ἵνα ἰσχύσῃ ποιῆσαι λίθον. ἁπλῶς γοῦν ἀπὸ θερμότητος γίνεται ἐν ἡμῖν ὁ λίθος. ὑλικὸν δὲ αἴτιον ἢ παχὺς, ἢ γλίσχρος χυμὸς, ἢ ἀμφότεροι. Quorum ſanè uerborum ſenſus facilis eſt, & ob id interpretatione nõ egent, quandoquidem in præcedentibus ad uerbum ferè à nobis explicata ſint. Nihil autem aliud docent, niſi efficientem lapidis cauſam eſſe calorem, materialẽ uero craſsitudinẽ. Porrò hactenus calorem in uniuerſum generationis lapidis eſſe cauſam diximus: atqui cur is in pueris ueſicæ, in progreſſis uero ætate ac iam ſenioribus exiſtentibus renum generet lapidem, nondũ
Pueris cur ueſicæ, ſenioribus uero renũ lapis generetur. monſtratum eſt. Pueris autem cur potius ueſicæ quàm renum lapidem procreet, nulla alia ratio eſt, niſi quia in ijs calidum innatum abundet, & omnes actiones naturales fortes ſint, quæ ut in illis humorũ craſsitudo fuſa & diſ-

ſoluta

A *ſoluta ſit, efficiunt. Hinc etſi humores craſſi ad renes perueniat, tamen quia calor innatus pueris multus eſt, uirtusq́; naturalis robuſta, ideo craſſitudo diſſoluta à renibus facile in ueſicam pellitur. Quoniam uero ueſica frigida, membranoſa enim & pauci ſanguinis, amplæq́; capacitatis eſt, rurſus hic conſiſtit, & concreſcit coagmentaturq́;, & in lapidis conſiſtentiam abit. Progreſſis autem ætate & ſenioribus cum calor natiuus imbecillis ſit, actiones q́; naturales debiles, fit ut craſſitudo humorum non diſſoluatur, nec deorſum in ueſicā pellatur, ſed coacta in renibus remaneat, ac in lapidis conſiſtentiam abeat, quemadmodum autor iam citati libri prolixius monſtrat, dicens:* τὰ μὲν οὖν παιδία τοὺς ἐν κύστει γεννῶντα λίθους φαίνεται, τοὺς δ' ἐν τοῖς νεφροῖς οἱ ἀκμάζοντες. τῶν μὲν γὰρ τῶν παιδίων ἰσχυρῶν ἁπασῶν τῶν φυσικῶν ἐνεργειῶν οὐσῶν, κέχυται καὶ διαλέλυται τὸ πάχος τῶν χυμῶν. τῶν δὲ τῶν παρηκόντων κατὰ τὴν ἡλικίαν, τοὐναντίον, ἀσθενῶν οὐσῶν συμβαίνει. φαίνεται δὲ κἀπὶ τῶν ἐκτὸς ὅσα παχέα φύσει διά τινων λεπτῶν διηθεῖν βουλόμεθα. τὰ μὲν ὑπὸ θερμασίας χυθέντα διερχόμενα ῥᾳδίως ταχύ, τὰ δ' ἄτηκτά τε καὶ ἄχυτα μὴ διεξόντα. παραδείγματά τε τῶν τοιούτων ὑλῶν πίττα, καὶ ῥητίνη, στέαρ, κηρός τε καὶ μέλι. τῶν παιδίων οὖν ἐχόντων τὸ πολὺ τὸ ἔμφυτον θερμὸν καὶ τὰς ἐνεργείας ἰσχυ-
B ρὰς, τὸ πάχος τῆς ὕλης κεχυμένον εἰς τοὺς νεφροὺς ἀφικνεῖται, καὶ διὰ τούτων διηθεῖται ῥᾳδίως εἰς τὴν κύστιν, ὃ σμικρὸν οὐδὲ τῆς τῶν ἐνεργειῶν ῥώμης εἰς τὸ πάχος τῆς διεξόδου συντελούσης. ἅτε δὴ τῆς κύστεως οὔσης ψυχρᾶς, ὅτι τε ὑμενώδης ἐστὶ καὶ ὀλίγαιμος, ὅτι τε πλείστην εὐρυχωρίαν ἐντὸς ἑαυτῆς ἔχει, συνίσταται πάλιν ἐνταῦθα καὶ πήγνυται τὸ διεξελθὸν εἰς ταύτην πάχος, ἀρχὴν λαμβάνον τῆς τοιαύτης συστάσεως, ὅταν ἤδη πλέον ἐν τῇ κύστει χρονίσῃ. *Hactenus uerba autoris libri de dignotione affectuum quæ in renibus ſunt, quod ad huius ſententiæ intellectū mirum conducere uideantur, recenſere uolui, quæ ſanè ex commentarijs Galeni in hanc ſententiam ſcriptis deſumpta ſunt, ut appareat eum autorem, quiſquis ille fuerit, & Hippocratis & Galeni ſtudioſiſſimum fuiſſe. Quum autem facilia ſint, & partim antea explicata, non eſt cur latina interpretatione opus habeant. Et hæc ſanè pro præſentis Hippoc. ſententiæ explicatione ſufficere arbitror. Quodſi tamen quis plura deſiderat, libellum citatum legat. Inſuper monſtroſam Calui uerſionem præterire non poſſum, ut ſaltem ex uno hoc loco, quid ille in reliquis præſtiterit, ſtudioſi conijcere queant, diſcantq́; quàm periculoſum ſit fidere interpreti: atq; hoc nomine ſe ad græcarum literarum ſtudia conferant, ne illis cum interpretibus temerè aberrare contingat. Caluus itaq; ſententiam hanc ita reddidit: Cum lotio autem diſrumpi laxariq́; puerulis potius cadit, num ne quia calidiores. ? Qua quid ineptius aut obſcu*

Progreſſis ætate cur lapis generetur.

rius dici potuiſſet, non uideo. Nemo enim quod dixit aſſequi poteſt, & diſpe C
ream ſi ſeipſum intelligat Caluus. In has uero anguſtias illum unius uocabu li συνάγμα ignorantia coniecit, cui planè contrariam attribuit ſignificationem. Sed relinquamus hominem: dignum enim eſt ut cæcis, dux cæcus ſit: nobis ad ſequentia potius feſtinandum erit.

APHORISMVS XII.

Partiũ corporis figuræ ut melius habeamus in cauſa ſunt, id quod ex eo perſpicuum fit. Quidam quum manu plicaret ac torqueret ſarmenta, decumbens præ doloribus, ſummum ſuffixi paxilli apprehendens retinuit, ac melius ſe habuit.

Nihil aliud hac ſententia docere Hippoc. conatur, quàm quod ex hiſtoria quadã probat, figuras & ſchemata partiũ corporis interdũ eſſe ῥαΐζοντα, hoc ῥαΐζω. *eſt, in cauſa cur ex morbo refocillemur. Eſt enim participiũ à uerbo ῥαΐζω, quod Latinis ſignificat ex morbo refocillor, & melius habeo. Quendã enim fuiſſe ait, nomen ſubticet, qui cum manu plicaret & torqueret ſarmenta, manus muſculum inter torquendum peruertens, adeoq́; præ doloribus in terra, aut loco alio decumbens, in aliam atque aliam uolutando ſeſe figuram iactabat, ac interea ſummũ paxilli apprehendit & retinuit, atq; muſculum antea contortum hac figura ad ſuam natiuam diſpoſitionem reduxit, ac in locũ ſibi* D *conuenientẽ repoſuit, ita ut ex doloribus quos ex diſtorto prius habebat muſculo, prorſus hac figura refocillatus ſit, & meliuſcule ſeſe iam habere cœperit. Et cum Hippocrates cauſam non apertis uerbis explicet, fieri etiam potuit ut ſpiritus flatuoſus qui inter duos muſculos contentus, progredi & exire non potuit, cur doloribus ita iactatus ſit homo iſte, in cauſa fuerit. Hic autem ex conuenienti ac decenti figura uacuatus cum fuerit, quid mirum ſi dolores omnes poſtea deſierint, atque ex hoc ipſo ſchemate homo ille melius ſe ha* Situs membrorũ non negligendus *buerit? Videtur autem hoc exemplo clàm nos monere Hippoc. quo naturalem figuram ac ſitum membrorũ diligenter attendamus, ut ſi quando pars aliqua à naturali ſua diſpoſitione ac habitudine ſituq́; recedat, mox in ſuũ locum reponatur. Id enim ſi neglectum fuerit, dictu mirum quantis illum doloribus affectum iri contingat. Caluus ſententiam illam haud aliter quàm præcedentem, inepta ſua interpretatione prorſus obſcurauit. Quid enim, per Apollinẽ oro, iis uerbis eſſe obſcurius poſſet? Quod uero calidiora refectiora ſchemata corpora modosq́; deducit, qui ſarmenta cõnectebat oſtendit &c. Quis enim unquam calidiora ſchemata dixit, cum alterum in ordine qualitatum, alterum uero in ordine quantitatum ſit uocabulum, adeoq́; differentia uera eſſe unum alterius non queat. Rectum quidem, obliquum, contortum, & iis ſimilia, figuræ differentiæ erunt: minime autem calidum & frigidum, quæ qua*

litatis

A *litatis quidem differentiæ exiſtunt. Deniq; quis utcunq; ingenio ualens, diui nare poſſet, quæ ille diceret refectiora ſchemata? Qu od ſi reficientia dixiſſet, planè intelligi potuiſſet. At decet hominē obſcurū, obſcuris quoq; uti uerbis.*

APHORISMVS XIII.

Quem iuxta Gephyram ex montano labore crura hincinde proijcientem uidi, huic altera tibia minimum extenuabatur, femora uero maxime. Vrina autem ſemenq; genitale haud retinebantur.

Hæc ſanè ſententia anatomicā quandā ſpeculationē complectitur, quam in memoriam rei olim uiſæ ſibi annotauit Hippoc. nobis hoc ipſo exemplum exhibens, quo in cognoſcendis humani corporis partibus haud ſegnes eſſemus, quum illarū exacta notitia multū ad rectā medendi rationē momenti afferat. Mentionē uero facit hominis cuiuſdam, nomen non adijciens, quem uidit ex montano labore hincinde proijcientē crura, quod fortè ea pars ſpinalis medullæ quæ circa lumbos eſt, unde nerui crura mouentes prodeunt, inter laborandum læſa eſſet. Id ſanè quod ueriſimile eſt: nam qui iſtis laboribus deſtinati ſunt, facile tale quid patiūtur. Sunt enim illi qui ex montibus ligna, lapides, & id genus alia grauia in urbes cōuehunt, quos Græci ὀρειτύπους *nominant.* ὀρείτυποι. *Teſtis eſt Gal. qui in cōm. in hanc ſententiā ſcriptis ſic ait:* ὀρειτύπους ὀνομά-
B ζουσιν οἱ Ἕλληνες τοὺς ὁτιοῦν ἐκ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν πόλιν καταφέροντας, οἷον ξύλα, καὶ λίθους, ἤ τι τοιοῦτον. *Labor itaq; quem illi in montibus ſubeunt, hoc loco Hippocrati* ὀρειτυπίῃ *nominatur. Facile itaq; contingere potuit, ut uel lapis, aut lignum immenſi ponderis, ſuper partem ſpinalis medullæ quæ circa lumbos eſt cadens, neruum inde procedentem affecerit, ac ideo crurum quoq; motus conueniens perierit. Quod uero ait circa Gephyram, id memoriæ cauſa adiectum eſſe conſtat. Incertum uero eſt quid Gephyræ nomine intelligat, ſiquidem* γέφυρα *Græcis pons eſt. Strabo libro nono Gephyram fluuium eſſe ſcribit, à quo accolæ propter dicacitatem & conuicia Gephyriſmi dicti ſunt. Ptolemæus lib. v. cap. v. tab. iiij. Aſiæ, Gephyram Seleucidis ciuitatem facit. Stephanus de urbibus ciuitatem eſſe Bœotiæ Gephyram ait.* γέφυρα. *Itaq; uel circa pontem aliquem, uel fluuium, uel oppidum ſic nominatū, prædictum hominem inordinate inter eundum ſpargentem crura, ob reſolutos nimirum neruos, Hippocrates uidit. Metaphora autem quadam uſus, crura* ἐξιποῦντα *dixit, quod haud aliter inter eundum illorū fiat circumactio ſeu reuolutio, quàm ſi ipſa ad exteriorem illam regionem proijcerētur. Porrò huic cui crura hoc pacto reſoluta fuerunt, femora magis quàm tibiæ attenuabantur, eo quod nerui affecti femoribus quàm tibijs proximiores erant. Vna etiam tibia quàm altera minus attenuata fuit, quod uidelicet nerui unius q̃ alterius plus læſi fuerint. Sed quæ dicta ſunt hactenus, nullius planè, præ*

ijs quæ iam dicenda ſunt, momenti exiſtunt. Quæ enim ſequuntur, ad diſſectio C *num peritiam ſpectant: ob id, ut ad medendi rationem utilia, magna diligen-*

Cur urina non retenta.

tia perpendẽda. Vrina, inquit, & ſemen genitale haud retenta aut ſuppreſſa ſunt. Quibus utiq; uerbis innuere uidetur, neruos tantum illos qui ex ſpinali medulla iuxta lumbos procedunt, affectos fuiſſe: ueſicam uero & inteſtinum quod rectum nominant, nequaquam. Nam prædictis neruis tantummodo læſis, ſine omni iam dictorum inſtrumentorum conſenſu, non naturales quidem actiones, uelut eſt urinæ ac ſeminis genitalis excretio, ſed uoluntarias potius, ut eſt crurum motio, affici contingit. Deniq; his uerbis ſatis monſtrat uertebras è ſuo loco non fuiſſe motas: nam aliàs ob inflammationem, quæ mox ſequitur, & duros tumores, quos uertebræ ſuo motæ loco circa ueſicam & rectum inteſtinum efficiunt, conſenſus ratione, naturales actiones illorum læſæ fuiſſent, atq; adeò quæ excernebantur retenta potius fuiſſent. Hinc non te-

5. aph. 58.

merè in aphoriſmis ab eo dictum eſt: τῷ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι, ἢ τῇ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, στραγγουρίη ἐπιγίνεται. *quod eſt: Recto inteſtino, aut utero inflammatione laborante, urinæ ſtillicidium accidit. Verum cum dicat ſimpliciter urinam & ſemen non retenta eſſe, incertum eſt num uoluntariè, aut citra uoluntatẽ excreta ſint. Si uoluntariè excreta ſunt, id factũ eſt quod antea diximus, nimirum naturales actiones illæſæ permanſerunt. Sin citra* D

Quãdo citra uoluntatẽ urina promanet.

uoluntatem promanarunt, tum perfecta eorum neruorum qui ad muſculos qui in extremitatibus ſunt ueſicæ ac inteſtini recti, à quibus illorum oſcula clauduntur & conſtringuntur, pertingunt, fuit facta reſolutio. Nam ubi hoc accidit, citra uoluntatem utraq; promanant. Proinde etſi de excrementis uentris nulla ab Hippocrate facta ſit mentio, tamen eadem ſub urinæ mentione comprehendere uoluit, quod illa haud aliter quàm urina, interdũ uoluntariè, interdum autem citra uoluntatẽ excernantur ac profluant. Sic ſeminis quoq; haud aliter quàm urinæ & ſtercoris excretio naturalis eſt.

APHORISMVS XIIII.

Quotquot laterũ naturę, quę auium inſtar alarũ à tergo prominentes, opertas ſcoptulas habẽt, propter cauſę efficiẽtis imbecillitatẽ fiũt.

Hac ſententia Hippoc. oſtendit cauſam quapropter nõnulli pterygodes fiant, hoc eſt, à tergo alarum auium inſtar opertas ſcoptulas prominentes habeant: id enim ſignificare apud medicos hanc dictionem, ſuprà in noni aphoriſmi huius particulæ enarratione docuimus. Quod autẽ nos cauſam efficientem diximus, neq; enim cõmodiore dictione reddere potuimus, hoc Hip-

ἀφορμή.

pocrates ἀφορμὴν *nominauit. Quid autem hac dictione Hippoc. ac alij uettres intellexerint, Galenus in cõmentarijs ſic ſcribens explicat:* ἀφορμὴν δὲ λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ πᾶσαν ὕλην

A ὕλην πράγματος ἀφ᾽ ἧς ὁρμὴ γίνεται πρὸς τὰς ἐφεξῆς ἐνεργείας, εἴτε ἀργύριον, εἴτε τὶς ἄλλη κτῆσις, εἴτε δύναμις εἴη τις, εἴτε χωρίον, εἴτε πίστις, εἴτε πρᾶξις, εἴτε αἴτιον, εἴτε ὁτιοῦν ἁπλῶς ἄλλο. *id eſt: Hippoc. & omnes ferè ueteres conſueuerunt* ἀφορμὴν *dicere omnem rei alicuius materiam, à qua fit deinceps ad actiones ipſas motus ſeu initium, ſiue ſit argentum, ſiue aliqua alia poſſeſsio, ſiue facultas fuerit quædam, ſiue præſidium, ſiue autoritas, ſiue actio, ſiue cauſa, ſiue quodlibet deniq; aliud fuerit. Proinde cu m hoc loco primã originem cur quiſpiam pterygodes fiat, Hippoc. dicat, recte pro cauſa efficiente, uel actione ipſa interpretari poteſt, ut ſit ſenſus: Quod aliqui pterygodes ſunt, alio nomine non fit, niſi ob imbecillitatem uel cauſæ, uel actionis. Actio uero nihil aliud eſt, Galeno lib. primo de facul. natural. teſte, quàm ipſe motus actiuus. Cauſa uero, à qua hæc procedit facultas. Siue itaq; cauſam ſiue actionem interpretatus fueris, nihil refert: manifeſtum ſiquidem eſt uitalem facultatem initium eſſe cur thorax uel amplus, uel anguſtus fiat. Hæc enim ſi imbecillis erit, cor quoq;, quod illius ſedes eſt, paruum erit, necnon innatus calor qui ex corde ceu fonte aliquo procedit, debilis ſit oportet. Debili uero exiſtente calore inſito, nunq̃ ſatis dilatabitur pectus ac thorax. Proinde fit ut anguſto iam exiſtente thorace, neceſſariò ſcoptulæ opertæ inſtar alarum auium à tergo promineant. Proinde recte uel facultas uitalis, uel motus ille actiuus ab ea procedens, ſi imbecillis fuerit,* ἀφορμὴ *pterygodis naturæ ab Hippoc. dicitur. Hinc caloris innati imbecillitas, qui ex corde initiũ habet, facultatisq; uitalis ſubſtantia exiſtit, uerè cauſa erit efficiens cur pterygodes quidam ſint. Huius enim imbecillitatem ſemper thoracis anguſtia, ut eiuſdem robur latitudo, concomitari ſolet. Atque hoc eſt quod cap. xxix. artis medicinalis dixerit Galenus:* ἡ τοῦ θώρακος εὐρύτης θερμότητος γνώρισμα. *Et cap. xxx.* εἰ μὲν τοσοῦτον μικρότερος ὁ θώραξ, ὅσον ἡ καρδία ψυχροτέρα. *Quapropter, ut ſummatim rem complectar, ſi calor natiuus, atq; adeò facultas uitalis cuius ille ſubſtantia eſt, imbecillis fuerit, motus actiuus, ſeu actio ipſa quæ ab ea procedit, debilis quoq; erit: ut meritò naturarum prædictarum cauſæ efficientes tam facultas quàm actio ipſa dici poſsint. Caluus* πτερυγώδεις, *ut antea quoq;, perperàm ſuſpirioſos interpretatus eſt.* ἀφορμῆς *dictionem penitus omiſit, eius genuinam ſignificationem ignorans.*

Actio. Cauſa.

B

APHORISMVS XV.

In malignis deſtillationibus ſiue excretio fiat, ſiue minus fiat, malũ.

De malignis, quas κακοήθεις *appellat, deſtillationibus hoc loco Hippocrati ſermo eſt. Sic autem eas, in quibus ea quæ à capite in pulmonem deſtillant tenuia, & erodendi ui prædita ſunt, appellat. In his itaq; tenuia quæ* Malignæ deſtillationes.

deſtillant, quouſq; concocta craſſiora fiant, in pulmone manere haud cõuenit: C
quemadmodum alia tenuia quæ erodendi uim non obtinent, neq; etiam confe-
ſtim excernere licet. Si enim in pulmone remanſerint, nõ prompte concoquun-
tur, & uiſcus ipſum exulcerant. Quod ſi uero excernere conabimur, ſine
continua & uehementi tuſsi idipſum efficere haud poſſumus: quæ ſanè caput
rurſus ob concuſsionem nimiam humoribus replet, qui iterum in pulmonem
deſtillantes tuſsim indies uehementiorem faciunt, ita ut uaſorum quæ ſunt in
pulmone ruptionis periculum immineat. Proinde recte dictum eſt ab Hip-
pocrate, malas eſſe eiuſmodi deſtillationes, ſiue excretio in ijs fiat, ſiue non,
quia pulmonem exulcerant, & in tabem ſtatim interitũ afferentẽ deducunt.

APHORISMVS XVI.

Rigores incipiunt mulieribus quidẽ ex lumbis magis, & per dorſum deinceps ad caput. Sed & uiris parte corporis poſteriore magis, quàm anteriore: horrent enim in exterioribus magis quàm interioribus, ueluti cubitis, femoribus. Atqui & cutis rara, indicio autem eſt
Pars adulterina. pilus. ☛ Quod ſi uero ab alijs quibuſdam rigent, ſicuti ulceribus, à uaſis rigor incipit.

In præſenti aphoriſmo oſtendit Hippoc. quod in uniuerſum tam mulieribus quàm uiris rigores à poſteriore corporis parte magis quàm anteriore D *incipiant, quod ſcilicet paratiores non ſolum ad ſuſcipiendũ, ſed etiam ſentiendum frigus ſint dorſi partes. Fiunt autem hi citius mulieribus, quod natura frigidiores ſint uiris. Recurrit itaq; ex lumbis incipiẽs rigor per dorſum ad caput, quod neruorũ principium eſt, celerrima facta per ſpinalem medullam compaſsione, quoniam & ipſa frigidior eſt, ſicut & cerebrũ, propterq; ſubſtantiæ mollitiem ſimiliter promptè alterationem ſuſcipiens. Ex partibus uero anterioribus rigores nunquam inchoant, eo quod calidiorem quàm poſteriores corporis partes habeant temperaturam. Quod autem hoc loco ait, horrent enim in exterioribus magis quàm interioribus, per alium adiectum*
Sect.3. *eſſe uidetur, quod neque in ſecundo Epidemiωn, neq; in aphoriſmis, ubi hæc*
5.aph.69. *ſententia ijs repetitur uerbis, habeatur:* ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον, καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν τοῦ σώματος μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν, οἷον πηχέων, μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν, δηλοῖ δὲ ἡ θρίξ. *Si uero ab Hippoc. ſic ſcriptum eſt, ſine controuerſia per exteriores partes intellexit poſteriores, & per interiores anteriores, id quod exemplũ mox ſubſequens ſatis oſtendit. Cubitus enim & femora poſteriores quædam corporis, atq; adeò frigida natura prædite par*
Femur. *tes exiſtunt, ideoq; ab illis rigoris ſunt initia. Femur autem ſub coxa incipit, & ad genua uſq; deducitur. Pars itaq; exterior ſiue poſterior proprie fe-*

mur,

A *mur, interior autem ſeu anterior femen dicitur. Recte itaq; femora hic inter partes poſteriores ab Hippoc. cõmemorantur, dum ab illis oriri rigorẽ aſſerit. Cæterũ partes corporis anteriores poſterioribus eſſe calidiores, ex cutis anteriorum partium raritate deprehenditur. Quicquid enim rarum eſt, calidum ſit oportet: quandoquidem ut Hippoc. in lib. de carnibus ait:* τὸ μὲν ψυχρὸν πήγνυσι, τὸ δὲ θερμὸν διαχέει. *quod eſt: frigidum quidem conſtringit, calidum nero diffundit. Cutem uero anteriorũ partium eſſe rariorem, pilorum multitudo indicat. Nam quanto denſior eſt cutis, tanto minus pili naſcuntur: id quod animalia illa quæ Græcis, quod teſtaceam cutem habeant,* ὀστρακόδερμα *dicta ſunt, abunde ſatis monſtrant: qua de re plura Galenus lib. ij. de temp. habet. Raræ igitur cum ſint partes piloſæ, calidæ quoque ſint neceſſe eſt. Quod autẽ calidæ ſint, libro iam citato Galenus ijs uerbis docet:* δασεῖα μὲν ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ κρᾶσίς ἐστι. ψιλαὶ δὲ τριχῶν αἱ ψυχραὶ πᾶσαι κράσεις, εἴτ' οὖν ἀμέτρως ἔχοιεν ὑγρότητος, εἴτε μετρίως. ἀλλ' ἐσχάτως μὲν ἄτριχος ἡ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ κρᾶσίς ἐστιν. *quod eſt: Calida & ſicca temperies hirſuta eſt. Nuda uero pilis ſunt omnia temperamenta frigida, ſiue mediocriter ſe habeant in humiditate, ſiue immodicè. Sed ad ſummum glabra, eſt frigida & humida temperies. Præterea quod in fine adie-*
B *ctum eſt, planè adulterinum eſſe exiſtimandũ eſt, quòd id quod ab Hippoc. in uniuerſum dictum eſt, planè euertat. Hinc eſt quod in aphoriſmis, in quibus, ut quos poſt libros Epidemiωn ſcripſerit, ſuam potiſsimũ ſolet declarare ſententiã, & in ſecundo quoq; Epid. prorſus omiſſum ſit. Vult autem hæc particula nihil aliud docere, niſi quod rigores qui fiunt propter aliquam particulam corporis affectam, uerbi gratia, ulcera partis cuiuſdam, non ſimiliter alijs rigoribus, qui ſine particula quadã affecta fiunt, à lumbis & tergo, ſed ab ipſa potius particula affecta, ſiue in anteriore, ſiue poſteriore corporis parte fuerit. Id quod falſum eſt, cum omnis rigor tam in uiris quàm in mulieribus, & in quocunq; morbo à lumbis initiũ ſumat. Hinc eſt quod Galenus etiam illum, ſiue is Theſſalus, ſiue alius quiſpiã fuerit, qui librũ hunc in ordinem digeſſit, reprehendat, quod partẽ illam ultimã aſſuerit, quũ illa quæ in aphoriſmis ſcripta ſint, generales ſẽtẽtiæ, multoq; magis certa & experientia comperta exiſtant, quàm ea quæ ante illos prodita et annotata ſunt. Sed ſatis ſit lectorẽ hic nos obiter monuiſſe eam partem non eſſe genuinam. Omittere autem prorſus illam, ne quis à nobis non eſſe intellectam diceret, noluimus.*

Femen.

Partes corporis anteriores poſterioribus calidiores.

ὀστρακόδερμα

Partes piloſæ calidæ.

APHORISMVS XVII.

Summa curationis ex naturæ ægrotantis à prima generatione notitia, cauſæ ob quam ægrotat, multis ægri ſermonibus, exq́; his quæ partim cognita ſunt, contrahenda eſt, ac perdiſcendum n um ſimilia

aut diſſimilia inuicē ſint, ut ex diſſimilitudine, una aliqua ſimilitudo fiat. Hæc utiq; ratio rectè ſe habentium eſt exploratio, minusq; rectè ſe habentium deprehenſio. C

Hac ſententia docet Hippoc. quo pacto, & ex quibus ſumma medendi rationis ſit contrahenda, & in concordiam redigenda. Diligenter itaq; quæ hic λακωνικῶς ab Hippoc. ſcribuntur, omnibus qui ueram curandi rationem ſequi uolunt expendenda erunt, quod iis neglectis nunquam probè mederi poſſint. Primum omnium ex quo curationis ſumma nobis cōtrahenda eſt, naturæ quã à prima generatione habuit æger, notitia exiſtit: id enim iis uerbis, ἐκ τῆς γενέσιος, indicauit Hippoc. Naturam uero hic ut aliàs ſæpe intelligit temperaturam illam quæ ex mixtura quatuor elementorũ conſtat: in qua ſignificatione quoque uſus eſt naturæ uocabulo Galenus lib. iij. de temp. ubi ſic ſcriptum reliquit: φύσιν ὅταν εἴπω ὅλην τὴν οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ. hoc eſt: Naturam cum dico, uniuerſam ſubſtantiam ac temperiem, quæ ex primis elementis calido & frigido, humido & ſicco conſtat, ſignifico. Quantum autem momenti huius cognitio ad curandi exquiſitam rationem adferat, nemo ſanè niſi qui rudis planè omnis medicinæ fuerit, ignorat. Fieri enim non poteſt, ut quiſpiam ad naturalem ſuam temperaturã aliquem reducat, cuius illi natura prorſus ignota fuerit. Hinc primum omnium calidi, frigidi, humidi & ſicci mixtura, dein etiam humorũ inter ſe proportio, membra, facultates, & quicquid corporis ſubſtantiæ, quæ ex elementis conſtat, ineſt, cognoſcere decet, ut Galenus abunde in iis libris quos de elementis et temperamentis ſcripſit, demonſtrauit. Proinde acerbius in Theſſalum inuehitur primo ther. meth. lib. quod corporis totius naturæ cognitionem, ad curandi rationem non eſſe neceſſariam aſſerere auſus ſit. Alterũ ex quo curationis ſumma contrahitur, eſt cauſæ morbi cognitio: id enim ἀφορμῆς uoce innuere uoluit Hippoc. quam niſi perſpectam quis habuerit, non eſt ut morbo unquam mederi queat. Hinc eſt quod tam diligenter paſſim moneat Galenus, morbi cauſam primum eſſe perdiſcendam, quod nimirum hac ipſa abolita, morbus quoq; ſoluatur. Sic lib. quarto ther. meth. de curatione ulcerum agens, cauſas primũ quæ illa creant abſcindendas eſſe, æque ut omnium reliquorum morborum, iis uerbis docet: πορίζονται ἀπὸ πάντων σχεδὸν τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ὅσοι γε λόγῳ τινὶ καὶ μεθόδῳ περὶ θεραπείας ἑλκῶν ἔγραψαν, ὡς ἐκκοπτέους δεῖ τὰς ἐργαζομένας αἰτίας αὐτά, καθάπερ οἶμαι καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων νοσημάτων. Tertium ex quo curationis ſumma cōtrahitur, ſunt ægri ſermones: quantũ enim illi ad rectam medendi rationem conducant, in explicatione aph. xxix. particulæ ſecundæ huius libri diximus, in qua Hippocrates monet ut

Natura ægrotantis cognoſcenda.

D

Cauſa morbi cognoſcenda.

Aegri ſermones expendendi.

conſidere-

A *cõſideremus ἃ δηλεῖ) οἷα ſint. Nõ eſt itaq; cur illa denuò repetamus. Quarto ex his quæ partim à nobis in arte cognita ſunt: nã ſi illa ad priora acceſſerint, tum certe abſoluta iam erit curandi ratio. Nã ita facile quæ ſimilia aut diſsimilia ſint, agnoſcere licebit. Natura enim ægrotantis perſpecta, facile ars ipſa ſuggeret quæ illi ſimilia ſint. Porrò cum cauſarũ morbum facientiũ abolitio per contraria fiat, promptè cauſa cognita, ars ipſa quæ contraria ac diſsimilia ſunt mõſtrabit. Si enim ex refrigeratione morbus fiat, curatio per calefactionẽ eſt, & contrà. Ita ſanè ex diſsimilitudine iſta rurſus, eo qui præter naturam adfuit ſedato affecto, ſimilitudo una omniũ quæ ſunt in corpore humano efficitur, adeò ut planè nullus neq; exceſſus neq; defectus ſit, ſed æquabilis potius tẽperatura. In ſumma, per ſimilia & quæ cõueniunt, natura conſeruatur, per contraria deſtruitur. Cauſa morbifica contrà per contraria deſtruitur & aboletur, per ſimilia uero fouetur. Quapropter diligenter ex ægri ſermonibus, & ex iis quæ nos particulatim in arte cognouimus, diiudicadum ac perdiſcendũ erit quæ ſimilia, & quæ diſsimilia: nã iis cognitis morbum facile propulſabimus, & eo propulſato, prompte quoq; ſanitatem tuebimur. Morbũ enim contrariis abigemus, ſanitatẽ uero ſimilibus fouebimus.* Similia & diſſimilia perdiſcẽda

Et cum in contrariis ſint gradus aliqui, ita ut quædam magis, quædã minus

B *cõtraria ſint, oportet ſanè illam diſsimilitudinẽ, hoc eſt, cõtraria illa ſic inuicẽ temperare, ut ex iis una fiat ſimilitudo, id eſt, ſanitas: quæ ſanè nihil aliud eſt, niſi corporis bona quædã temperatura, et æquabilitas ac ſimilitudo eorũ quæ ſunt in corpore. Proinde cõtraria ita diſponenda ſunt ex mutua inter ſe comparatione, ut ad ſanitatẽ conducant. Et hæc ſanè collatio ſimiliũ et diſsimiliũ eſt ratio, ſeu ut Hippoc. loquitur ὁδὸς. quod enim poſteriores medici μέθοδος, hoc ille ὁδοὺς dixit, qua ea quæ recte ſe habent exploramus, & ea quæ non recte ſe habent deprehendimus. ἔλεγχος enim certiſsimam hic notitiam, re ita deprehenſa ut nihil deinceps dubitemus, ſignificat: ab ἐλέγχειν, quod conuincere, argumentis oſtendere & probare denotat. Nam cum contulerimus ita ſimilia & diſsimilia, deprehendimus certe ea quæ recte ſe habent, eſſe naturæ noſtræ ſimilia: cõtrà quæ minus recte, diſsimilia: adeoq; tota in iis cognoſcendis medendi ratio cõſiſtit, nimirũ ut quæ ſimilia naturæ noſtræ ſint conſeruemus, quæ uero diſsimilia, deſtruamus. Conſeruamus autem ſimilibus, deſtruimus uero contrariis. Caluus ſententiam hanc Hippoc. non aſſecutus eſt, id quod facile deprehendet qui illã cum græcis conferre uoluerit.* Sanitas quid. ὁδὸς.

APHORISMVS XVIII.

Sanguinis ex naribus profluuiũ, uel pallide atris, uel pallide rubeis, uel ſubpallidis accidit. Ea quibus paulum acquieuimus, ſicco medicamento obſtruere oportet. Aliis uero obſtruentia haud adhiben-

da. Alba autem ubi ex naribus profluxerint, ſicco, ut galla & alumine, obſtruere conuenit. C

Eſt & ea quoque ex obſcurioribus Hippoc. in hoc libro ſententijs una, quam ſibi tantum in memoriæ ſubſidiũ annotauit, adeò ut nõ facile ſit exacte quid in ea uoluerit iudicare. Accedit quod in ijs nõnullæ ſint uoces, quas neq; ueteres illius interpretes aſſequuti ſunt, neque nos latinis nominibus digne efferre potuimus. Quantũ uero coniectura aſſequi licet, is illorũ quæ reddidimus ſenſus genuinus erit. Quũ enim hic de ſanguinis narium profluuio agat, primũ quibus illud præ alijs magis accidat, dein etiã quibus cõſtringendũ ſit, & quibus nõ, ediſſerit. Sanguinis itaq; narium profluuiũ primũ omnium magis accidit ὑποχλωρομέλασιν, *id eſt, ut nos uertimus, pallidenigris: neq; enim conuenientiore uocabulo efferre licuit. Sic autẽ uocat eos quibus pallida ſeu flaua bilis cum atra permixta eſt, cõpoſita dictione ex* χλωρὸς καὶ μέλαν. *Solet autẽ Hippoc. teſte Galeno cõm. xlvij. ſecundi prognoſt. libri, ſæpe pro* ὠχρῷ, *id eſt pallido, accipere* χλωρὸν. *Id quod etiam teſtatur cõm. xxij. libri ſecundi de uictus ratione in morbis acutis, ubi hunc in modũ ſcribit:* χλωροὺς κατά γε τὸ τῶν τῆς ἀσίας ἑλλήνων ἔθος, ὅ ἐστι καὶ νῦν διασωζόμενον. ὠχροὺς γάρ τινας ἰδόντες ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὕτω γεγόνασι χλωροί, μηδὲν διαφέρειν ἡγούμενοι χλωρὸν εἰπεῖν ἢ ὠχρόν. ἑωρακέναι γὰρ τὸν δέ τινα χλωρότερον ἑαυτοῦ φασί, τὸν ὠχρότερον οὕτω δηλοῦντες. D ἔστιν δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον οἷον πυρὸς, καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας ὀξυνομένης κατὰ τὴν προσῳδίαν τῆς πρώτης συλλαβῆς, ἢ γίγνεται τοιοῦτον ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς ἢ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς. ὅσον γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξανθὸν, τοσοῦτον τὸ ὠχρόν. *quod eſt:* χλωρὸν, *id eſt, uiride, iuxta morem quendam in Aſia Græcorũ, qui & nunc obſeruatur: pallidos ſiquidem quoſdã uidentes, cauſam cur ita uirides facti ſunt interrogant, uiride & pallidum nihil differre exiſtimantes, uiſumq; quendam uiridiorem ſeipſo dicũt, pallidiorẽ ita ſignificantes. Eſt uero color pallidus ueluti ignis, & color ochræ uocatæ, cuius prima ſyllaba acuitur. Fitq; talis color permixta aquoſo excremento pallida, amara, & flaua appellata bile. Quantum enim flauus color à rubro in albidiorem ſecedit, tantũ à flauo pallidus. Hactenus Galenus. Perſpicuũ itaq; fit, quod Hippoc. hoc loco* χλωρομέλασιν *pro* ὠχρομέλασιν *dixerit. Sunt uerò illi ad ſanguinis narium profluuium magis idonei, eo quod pallida bilis ſua acrimonia uaſorum oſcula adaperire potis ſit, utranq; bilem, quæ ſuapte natura craſſa eſt, ad profluuiũ concitet, & idoneam reddat. Deinde ad ſanguinis ex naribus profluuiũ paratiores ſunt* ἐρυθρόχλωροι, *hoc eſt, pallide rubei: fingenda enim erit pro ratione*

Sanguinis nariũ profluuiũ quibus magis accidat.

φλεβόχλωροι.

græcæ

A *græcæ compoſitionis accõmoda dictio. Sic autem appellat eos qui multã palli dam bilem cum ſanguine cõmixtam habent: qui certe hoc nomine ad ſanguinis ex naribus eruptionem magis idonei exiſtunt, quod bilis ſanguinem aliàs ad excretionem ſatis promptũ, ſua acritudine multo concitatiorem faciat. Tertio ad ſanguinis nariũ profluuia apti ſunt ὑπόχλωροι, hoc eſt, ὕπωχροι, id eſt, ſubpallidi: quo ſanè nomine uidetur ſignificare pituitoſos, quibus tamen nonnihil flauæ bilis cõmixtum ſit. Hi autem ratione pituitæ inepti planè ad ſanguinis profluuia eſſent, uerum cum nonnihil bilis accedat, fit ut illius acritudine etiam apti ad eaipſa fiant, minus tamen quàm illi de quibus antea diximus. Prorſus igitur ad ſanguinis profluuium inepti ſunt λευκόχρωοι, id eſt, albi coloris homines, quod hi planè exangues ſint, craſſosq́; ac glutinoſos humores, & ad excretionẽ penitus inhabiles obtineant. Proinde cum color corporis abundantiam in eo humorũ denunciet, non ab re hac ſententia ex colore corporis qui ad ſanguinis narium profluuiũ apti ſunt, Hippocrates eſſe cognoſcendos docet. Sic etiam Galenus in aphoriſmorũ explicatione, humorem abundantem ex colore eſſe coniectandum ijs uerbis admonet: τεκμαίρεσθαι δὲ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χρόᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαιεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος, τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐοικὸς αὐθέως. Cæterum ſequi*

B *tur pars ſecunda, in qua de conſtrictione profluuij ſanguinis nariũ Hippoc. agit. Primum uero omnium quando conſtringendum ſit docet: obſtruere ſicco aliquo medicamento oportere dicens, ea quibus paululũ acquieuimus & indulſimus. Quibus ſanè uerbis id innuere uoluit, nõ mox ſanguinis nariũ profluuia eſſe ſiſtenda, ſed tum tandem ubi illis tantiſper acquieuimus ac indulſimus, donec noxia quæuis per eaipſa excreta eſſe intelligamus: quo ſanè facto, mox aliquo medicamẽto ſicco, et obſtruendi ui prædito, cõſtringenda ueniunt. Idq́; breuibus ijs uerbis, βραχέα ὑφέντας παχύνειν ξηρῷ, ſignificat: eſt enim ὑφίεμαι, ut ſuprà eiuſdem particulæ aphor. iij. quoq; monuimus, idem quod συγχωρέω, quod latinis eſt acquieſco & indulgeo. Qualia uero ſint medicamenta illa ſicca, quibus παχύνειν, hoc eſt, obſtruere oportet, diſcendũ ex lib. v. ther. meth. Gal. erit, ubi hanc rem ex profeſſo agit. Porrò ſunt quibus prorſus obſtruentia medicamenta nõ ſunt admouenda, ut ſunt quibus ob multitudinem ſanguinis uitioſi, profluuiũ ſanguinis narium accidit: quinimò natura in expellendis noxijs potius iuuanda, & ea quæ illudipſum magis irritant adhibenda. Verũ quum etiã interdũ profluuia ex uitioſo ſanguine procreata modũ excedant, ut & illa, ne planè uires deijciant, in tempore ſupprimamus, mox notam aliquã qua immodicè iam profluentẽ ſanguinẽ deprehẽdere liceat ſubijcere uoluit, dicens: Alba, hoc eſt, tenuia, qualia ferè poſt omnẽ immodicã ſanguinis uacuationẽ emanare uidemus, ubi ex naribus iam profluere cœpe-*

Marginalia: ὑπόχλωροι. — Color humores demonſtrat. — 1. aph. cõm. 2. — Quando ſanguinis profluuiũ cõſtringendum. — ὑφίεμαι. — Quando prorſus non conſtringendum ſit ſanguinis nariũ profluuiũ. — Immodici ſanguinis profluuij nota.

rint, tũ ſanè medicamẽto aliquo ſicco, et adſtringendi ui prædito, ueluti eſt gal- C
la et alumẽ, ſanguis emanans cõſtringendus erit. Exẽpli uero uice Hippoc.
gallæ & aluminis meminit, quod ſcilicet hæc, Dioſcoride ac Gal. autoribus,
impenſius adſtringant. Per hæc ipſa uero omnia alia eadem ui prædita intel-
ligenda eſſe uoluit. Hæc ſanè uidetur nobis eſſe genuina Hippoc. ſententiæ
explicatio, quam certe Caluus nõ intellexit, ut patebit ſua cum noſtris confe-
κηκίς. renti. Valde uero ridiculum eſt quod κηκὶς uocem, quæ Latinis galla eſt,
pro cicis, ſeu cicino oleo, cuius hic nulla prorſus fit mentio, interpretatus eſt.

APHORISMVS XIX.

Vbi rem uenerem agere, aut hircire incipiunt, tum profluuio ſan
guinis narium capiuntur.

*Superiori ſententia quos potiſſimum ſanguinis ex naribus profluuio capi
contingat docuit: hic uero quo tempore illud maxime accidat demonſtrat,
dicens: Vbi re uenerea uti (id enim ἀφροδισιάζειν hoc loco Hippocrati eſt)
aut hircire incipiunt, tum ſanguinis narium profluuio magis quàm alia æta-
te capiuntur homines. Verba enim αἱμοῤῥαγέω καὶ αἱμοῤῥαγεῖν, quando
ſine additione alicuius corporis partis efferũtur, ſemper de ſanguinis ex na-
ribus profluuio dicta eſſe intelliguntur. Animaduertendum uero nos uer-
τραγίζειν. bum quo hic utitur Hippoc. τραγίζειν, hircire interpretatos eſſe, quod ita a- D
pud Ariſtotelem Theodorus quoq; Gaza reddiderit, quodq; hæc uox planè
uerbo græco reſponderet. Eſt uero τραγίζειν ſeu hircire nihil aliud, niſi aſpe-
riorem reddere iam uocem, ſimilitudine à uocis hircinæ aſperitate deſumpta.
Id certe quod facere incipiunt adoleſcentes plerunq; circa ſeptimum & deci-
mum annum, per id enim tempus uox illorum in ſonum aſperiorem ac grauio
rem mutatur. Eius rei teſtis eſt Ariſtoteles lib. ſeptimo hiſtoriæ anima-
lium, cap. primo, ubi ſic ſcriptum reliquit: φέρειν σπέρμα πρότερον ἄρχεται
τὸ ἄῤῥεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ τετελεσμένοις, ἅμα
δὲ καὶ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ
σπέρμα. περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ
τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτε ἡ ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα, οὔ-
τε πᾶσα ὁμαλὴ, ἀλλ᾽ ὁμοία φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τρα-
χείαις χορδαῖς, ὃ καλοῦσι τραγίζειν. γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον τοῖς πειρω-
μένοις ἀφροδισιάζειν. τοῖς γὰρ περὶ ταῦτα προθυμουμένοις, καὶ μετα-
βάλλουσιν αἱ φωναὶ εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν φωνήν. quod eſt: Mas prius
genitale ſemen magna ex parte ferre incipit, anno peracto bis ſeptimo. Simul
etiam pilorum in pube ſuccretio, haud aliter quàm ſtirpes ſemen laturæ, inci-
pit. Vox item per id tempus in ſonum aſperiorem inæquabilioremq; mutari
incipit, neq; acuta, neq; grauis, neq; tota æquabilis, ſed ſimilis incontentis &
aſperis*

A *aſperis fidibus eſſe apparet, quod hircire denominant. Idq́; potiſſimum accidit iis qui rem ueneream incipiunt agere: circa hanc enim occupatis, uoces in ſonos uiriles mutantur. Et lib. quinto de generat. animal. cap. ſeptimo, ubi in eum modum ſcribit:* διόπερ καὶ τῶν σπερματικῶν πόρων μεταβαλλόντων πρὸς τὴν ἡλικίαν ἣ δύνανται τὸ σπέρμα ἐκκρίνειν, συμμεταβάλλει καὶ τοῦτο τὸ μόριον. τούτου δὲ μεταβάλλοντος καὶ ἡ φωνὴ μεταβάλλει, μᾶλλον μὲν τοῖς ἄρρεσι. συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ περὶ τὰς θηλείας, ἀλλ᾽ ἀδηλότερον γίνεται, ὃ καλοῦσί τινες τραγίζειν, ὅταν ἀνώμαλος ᾖ ἡ φωνή. *hoc eſt: Quamobrem ſeminalibus meatibus immutatis ad eam qua ſemẽ excernere poſſunt ætatem, pars illa quoq; iis immutatur: qua immutata, uox etiam mutatur, maxime maribus. Sed fœminis etiam idem accidit, quanquã obſcurius, quod nõnulli hircire appellant. Ex iis itaq; locis dilucidũ planè exiſtit quid per* τραγίζειν *uerbum Hippoc. ac Græci alij ſignificare uoluerint: adeò ut toto cœlo erret Caluus, qui nõ ſine magna ignorantiæ nota, hoc uerbum pro eo quod eſt hircum olere, interpretatus eſt: ut inde euidentiſſimum omnibus ſit, ne uerbum quidem in hac ſententia intellexiſſe hominem. Rectiſſime itaq; tempus quo potiſſimum profluuio ſanguinis narium capimur, per hæc duo uerba,* ἀφροδισιάζειν καὶ τραγίζειν, *indicauit, quod nimirũ unum ſine alio eſſe nõ poſſit:*
B *dum enim uenere uti incipiunt adoleſcentes, tum quoq; illis uox mutatur: & dum uox mutatur, ſemen quoq; genitale ferre incipiunt, adeoq́; rem etiam ueneream hoc tempore agere poſſunt. Cauſam cur adoleſcentes aſperiorem ac grauiorem uocem per id tempus reddere incipiunt, tradit Alexander Aphrodiſeus lib. primo, proble. cxxiij. Cæterum cur hoc tempore, non tantum cum ægrotant, uerumetiam dum bona adhuc ualetudine fruuntur, ſanguinis narium profluuio capiantur, non ideo fieri ſolet quod in ea ætate ſanguinis plus generetur quàm in pueritia, ſed quod minus ex ipſo abſumatur, cum augmentum hac ætate minus ſit, ut ad corporis portionẽ, quàm priore. His accedit quod ſanguis illis quoq; calidior, atq; adeò ad profluuium promptior ſit. Hinc eſt quod & in aphoriſmis dixerit:* τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι τουτέων τε τὰ πολλά, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες. *quod eſt: Adoleſcentibus iam, & ad pubertatem accedentibus, plurima horum, & febres diutinæ potius, & ſanguinis è naribus profluuia accidunt.*

Cur rem ueneream agere incipientibus profluuium ſanguinis magis accidat.

3. aph. 27.

APHORISMVS XX.

Sunt qui in coitu uentris crepitũ emittant, ut Arceſilaus. Nõnullis uero horror fit. Quibuſdam autem, ſicut Damagoræ, ubi cum mulieribus congreſſi fuerint, uenter inflatur.

Præſens Hippocratis ſententia non eget multa explicatione, modo quis

ad ea quæ in aphoriſmi octaui huius particulæ enarratione diximus reſpici- C
at. Nihil enim hic agit, niſi quod ea quæ ibidem docuit repetat. Nam quod
ſuprà dixit quibuſdam fieri ψόφους, hic per ἀποψοφέουσιν uerbum, quod
crepitum uentris emitto ſignificat, exprimit. Neq; enim ἀποψοφέειν aliud
eſt, Galeno teſte, quàm φύσας προΐεσθαι, id eſt, flatus uentris emittere.
Et quod alibi per uerbũ ἀφροδισιάζωσι innuit idipſum hoc loco per προσέλ-
θωσι uerbum intelligit, quod nihil aliud niſi cum muliere congredi aut rem ha-
πρόσοδος. *bere denotat. Quem utiq; congreſſum προσόδους quoq; hic nominat: nam &*
Galenus περὶ τῆς πρὸς γυναῖκα μίξεως, id eſt, de coitu cum muliere, inter-
pretatur: ut planè hæc ſit eadem cum priore ſententia, id quod uirorũ etiã no-
mina, quorum hic haud ſecus quàm alibi fit mentio, abunde mõſtrare poſſunt.
In hoc uero à priore diuerſa eſt, quod hic etiam quoſdam recenſet, quibus in
coitu horror accidere ſolet. φρικώδεες enim iidem, Galeno etiam annotan-
Cur quoſdã horror in coitu corripiat. *te, qui ῥιγώδεες. Quod uero horrore nonnulli cõcutiuntur, nulla alia cauſa*
eſt, niſi quod corpus illorum uitioſis refertum humoribus ſit. Cum enim per
coitum uehemẽtius caleſiunt, tum ſuccus uitioſus ad cutem uiolenter delatus,
in ipſo per carnem ac cutem tranſitu ſtimulat, pungit, diuidit ac uulnerat om-
nes quibus obuius fit partes, atq; adeò horrorem concitat, haud aliter quàm
in febricitantibus, & iis qui uehementem patiuntur cruditatẽ, & omnibus D
quorũ corpus acribus humoribus redundat. Hos enim ſiue in balneis, ſiue in
locis uehementius à ſole calefactis, ſiue quocunq; alio motu agitentur, ſtatim
quidem uidemus horrere, & ſi diutius in eiſdem perſtiterint, ad rigorẽ con-
cuſſumq; perduci, quod ſcilicet ubi ad balnea, aut alia loca calida atq; exerci-
tia peruentũ fuerit, qui interim conquieuerant humores uehemẽtius moueãn-
tur, & ad cutẽ rapiãtur, & agitati ac per ſentientia corpora delati pungãt,
inæqualemq; ſenſum ac horrorẽ inuehãt. Caluus hanc, ut reliquas ferè omnes
ſententias, nõ intellexit: argumento eſt quod προσόδους primordia uerterit.

APHORISMVS XXI.

Repentinæ mutationes cauendæ.

Quum nemo ſit qui neſciat non in uniuerſum omnes mutationes eſſe cauen-
das medico, ſunt enim quæ ſummopere conducant, & hoc nomine neceſſariæ
exiſtant, ita ut alibi dicat Hippocrates, δεῖ καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μετα-
βάλλειν, hoc eſt, ad inſueta mutare opus eſt: ſine controuerſia erit Hippo-
cratem hoc loco de iis tantum loqui quæ ſubitò ac repente fiunt: hæ nanq; ſolæ,
Repentinæ mutationes cauẽdæ. *utpote ad ſanitatem uel tuendam uel recuperandam, noxiæ ſunt. Proinde il-*
las non tantum in uictus ratione, uerumetiam in contrariorum admotione ca-
ueamus. In uictus ſiquidem ratione repentinas non ægris tantum, uerum-
etiam ſanis plurimũ obeſſe mutationes, lib. ſecundo de uict. rat. in morbis acu-
tis Hippoc.

A *tis Hippoc. iis teſtatur uerbis :* ἀλλὰ μὴν εὐκαταμάθητόν ἐστιν ὅτι φαύ-
λη δίαιτα βρώσεως καὶ πόσεως αὐτὴ ἑωυτῇ ἐμφερὴς ἀεὶ ἀσφαλεστέρη
ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ ἐάν τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι εἰς ἄλλο
κρέασσον. *hoc eſt: Atqui idipſum facile diſcitur, quod uitioſa cibi & potus
uictus ratio ſemper ſibi ſimilis, ad ſanitatem longe tutior ſit, quàm ſi quis ſu-
bitò ad alteram meliorem ſe transferat. Sic & in cōmentariis Galenus* τοῖς
ὑγιαίνουσι τὰς παρὰ τὸ ἔθος ἐξαπίνης μεγάλας μεταβολὰς οὐ μικρὰν
ἐργάζεσθαι βλάβην *ait. Sequenti mox quoq; ibidem aphoriſmo Hippocra-
tes ait :* αἱ ἐξαπιναῖαι μεταβολαὶ βλάβας καὶ ἀρρωστίην παρέχουσιν.
*quod eſt : Repentinæ mutationes noxam imbecillitatēq; pariunt. Et paulò
ſuprà :* τὸ δὲ μεταβάλλειν μὲν εὖ ἔχει μὴ ὀλίγον, ὀρθῶς μέν τοι μεταβιβα- Aph. 18.
στέα ἐστὶν ἡ μεταβολή. *Quam ſanè ſententiam olim, Copi ſecutus interpre-
tationem, non ſatis proprie reddidi. Sic autem interpretanda erit: Mutatio
ipſa quidem non parum conducit, atqui recte transferenda uenit, hoc eſt,
non repentina eſſe debet: quandoquidem, ut Galenus etiam ibidem admonet,
paſſim* φυλάττεσθαι τὰς ἀθρόας μεταβολὰς *Hippoc. præcipiat. Hinc
eſt quod in aphoriſmis ita ſcriptum reliquerit :* τὸ κατὰ πολὺ καὶ ἐξαπίνης 2. aph. 51
κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁπωσοῦν τὸ σῶμα κι-
B νέειν σφαλερὸν, καὶ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, τὸ δὲ κατ᾽ ὀλίγον
ἀσφαλές. καὶ ἄλλως ἢν ἐξ ἑτέρου μεταβαίνῃ εἰς ἕτερον. *quod eſt: Nimis
atq; repente euacuare, implere, calefacere, refrigerare, quóue alio modo cor-
pus mouere, tutum non eſt. Atq; nimium omne naturæ inimicum eſt: quod
uero paulatim fit, tutū, maxime cum ab altero in alterum tranſitus fit. Atq;
adeò non tantum in uictus ratione, ſed in contrariis quoq; & omnibus aliis
adhibendis, corpori noſtro ſubita fugienda mutatio erit, quod naturæ planè
aduerſetur. Nunquam igitur ab exercitiis ſubitò ad ocium, ab ocio rurſus
ad exercitia, à uini potione ad aquæ potionē, & contrà, à calido ad frigidū,
ab humido ad ſiccum, quicquam transferamus. Firma itaq; hæc erit Hippoc.
ſententia dum ait,* ἀθρόαι μεταβολαὶ φυλακτέαι. *Caluus ignorans Hip-
pocratem de repentina duntaxat mutatione loqui, uerbum* φυλακτέαι *in
utramuis partem interpretatus eſt, mutationes & cauendas, & obſer-
uandas eſſe dicens. Quæ ſanè interpretatio etſi uera ſit, quia tamen Hip-
pocratis mentem non planè refert, ideo notanda uenit.*

APHORISMVS XXII.

In mutationibus tria hæc, obſeruanda cibi parcitas, ſitim obrepere prohibens, & laſſitudinem haud inducens.

Hanc quoq; ſententiã ſibi tantum in memoriæ ſubſidium annotaſſe Hippocratē in confeſſo eſt, idipſum enim mirifica quæ in illa eſt breuitas, abunde

ſatis monſtrat. Nō eſt uero cur dubitemus ipſum hic ad præcedentem ſenten C
tiam, in qua de repentina mutatione cauenda uerba fecit, reſpicere, atq; adeò exempla aliquot quæ in mutationibus, duabus præſertim, in uictus uidelicet
Tria in mutationibus obſeruãda *ratione & exercitijs, obſeruanda nobis erunt, producere. Tria autem affert exempla, quorũ ideo potiſsimũ meminit, quod in tuenda ualetudine præcipua ſint, neq; ſine illarũ obſeruatione & diligenti cuſtodia ſanitas conſiſtere poſſit. Priora duo uictus rationem, tertium uero exercitia ipſa reſpicit. Pri-*
Cibi parcitas. *mum eſt cibi parcitas, quam etſi aliàs in uictus ratione ſani obſeruare debeant, tum potiſsimũ autem obſeruabunt, quum in uictus ratione aliqua inſtat mutatio. Verbi gratia, cum à conſueto iamdudũ aliquem cibo abſtrahere cupimus, non confeſtim illius cibi ad quem fit tranſitus, magnam exhibemus copiam, ſed paulatim de eo ſemper ingerimus, donec ad mediocritatẽ illam quæ naturæ conueniens eſt, perueniamus: atq; adeò nemo unquam ſubitò cibo ali-*
ὀλιγοσιτίη. *quo inſueto replendus erit, id quod per ὀλιγοσιτίην hoc loco Hippoc. innue-*
ἄδιψον. *re uoluit. Alterum exemplum potum reſpiciens eſt ἄδιψος, quod proprie ſitim extinguens, ſeu ſitim obrepere prohibens ſignificat. Quo ſanè nos monet, non tantum in tuenda ſanitate ea potus quantitate contentos uiuere debere quæ ſitim extinguere poteſt, ſed in mutationibus quoq; ubi à conſueto ali-*
ἄκοπον. *quo potu ad inconſuetum deducere conamur, maximopere obſeruandum erit,* D
ne plus quàm naturalis ſitis ratio expoſcat ingurgitemus. Sic quum ab aquæ potione hactenus conſueta, ad uini potionem aliquem transferre cogitamus, non oportet ut mox magnam uini copiam exhibeamus, ſed tantã quæ ad ſitis prohibitionẽ ſufficiat, ut, in ſumma, paulatim in omni uictus ratione præſcribenda ad inſueta transferamus. Tertium quod in exercitijs nobis obeundis obſeruandum eſt, id quod ἄκοπον uocat Hippocrates, & nos laſsitudinem non inducens, interpretati ſumus. Quo iterum monet, ut in mutationibus ab otio ad exercitia obſeruemus, ne primũ tam uehemens ſit exercitium ut laſsitudinem inducat, ſed paulatim potius ad id genus exercitij quod ad tuendam ſanitatem conueniens eſt, ab otio transferamus. Quod uero tale etiam quo in tuendæ ualetudinis ratione utimur, mediocre eſſe, ut laſsitudinẽ nõ inducat, debeat, teſtatur Galenus libro tertio de tuen. uale. ſic ſcribens: τοῖς δ' ὑγείας μόνης ἕνεκα γυμναζομένοις, οὔτ' ἀναγκαίους οὔτε χρησίμους ὅλως δεῖν εἰς ὑπερβάλλοντας ἄγεσθαι πόνους, ὥστ' οὐδεὶς φόβος ἁλῶναι κόποις. quod eſt: Qui tuendæ ualetudinis tantum bonæ gratia exercitantur, ijs nec neceſſum eſt nec utile planè immodicos ſubire labores, itaq; nullus inſtat ut laſsitudine capiantur timor. Hæc certe genuina uerborum Hippoc. interpretatio exiſtit. Caluus pro ingenij ſui in rebus medicis acumine, mirificam quandam effinxit interpretationẽ, quam Hippocrates ne ſomniauit quidem,

hanc

A *bant nimirum: Cibus modicus laßitudinē leuat, potio ſitim. Nam in uniuerſum uerum non eſt laßitudinē leuare modicum cibum: neq; enim in bilioſis, & qui nimia inedia laborant, idipſum poteſt. Et quis tam ſtupidæ mentis ſit, qui neſciat potionem ſitim leuare poſſe, non uideo: neq; ad eam rem intelligendam opus erat Hippoc. doctore, cum quiuis agricola, rudißimus etiam licet ſit, hoc ipſum ſciat: ut iterum hinc colligere queas, qualis ſit interpres Caluus.*

APHORISMVS XXIII.

Omnis extenuatio cutem laxat, dein uero intendit. Refectio uice uerſa. Rugoſitas concidentis corporis, extenſio refecti ſignum exiſtit. Inequale uero, leue, ſubbilioſum & ſubrubeum, quodlibet eorum ſeorſim alterius. Sic quod mammæ laxantur, graciles uero attolluntur & intenduntur, nemo utiq; propter extenuationem, ſed potius quia carne explerentur fieri exiſtimaret. Hac quoq; ratione iuguli conſpicui fiunt, necnon uenæ apparent.

Nemo eſt qui non uideat Hippocrati hoc loco ſermonem eſſe de ijs quæ in corporibus noſtris dum uel extenuantur uel reficiuntur apparent: nã utriuſq; effectus quos in corpore noſtro efficere poſſunt, breuiter exponit. Extenuationem autem diximus, quod Hippoc. λεπτυσμὸν, *quæ ſanè dictio huic nihil aliud eſt, niſi, ut autor eſt Galenus,* ὅλου τοῦ ὄγκου καθαίρεσις καὶ σύμπτωσις, ἢ συνίζησις, *id eſt, totius magnitudinis molisúe corporis diminutio & compreßio, ſeu extenuatio, aut ſubſidentia. Refectionē uero, quam ille* ἀνάθρεψιν *nominat, corporis rurſum ad ſuam molem ac magnitudinē reditũ, aut incrementũ eſſe intellige. Vtraq; igitur illa, extenuatio ſcilicet & refectio, cutem & laxiorē reddere & intendere poſſunt, at non eodem modo. Extenuatio enim primũ cutē laxat, deinceps uero intendit: refectio uiceuerſa intendit primum, dein uero laxat. Extenuationē autem laxare, & refectionem intendere omnibus in confeſſo eſt: nam eius rei euidens exemplũ in ueſicis & utribus uidere licet. Vbi enim interior illorum regio euacuatur, tum laxantur: ubi autem implentur, intenduntur. Ad eundem ſanè modũ in animalibus quæ probè nutriuntur, cutis intenſa uidetur: in ijs contrà quæ ſupra modum extenuata ſunt, laxa. Quemadmodum igitur humor in utres infuſus illorum tunicas intendit, ſic quoq; carnes multæ cutem noſtram intendere ualent. Hinc manifeſte cernimus craßis & obeſis ſic intentam eſſe cutem, ut ne paululum quidem à ſubiecta illi carne ſeparari ac auelli queat: contrà tenuibus tam laxam ac remiſſam, ut ſi multum quis illam intendat, acum ſine ſubiacentis carnis uulneratione traijcere poßit. Hæc itaq;, ut diximus, ſenſui quidem manifeſta ſunt, ob id à nullo negata. Verum quod extenuatio quoq; intendere, & refectio laxare queat, id fortè nonnullis mirum uidetur. At ſi*

Extenuatio.

B

Refectio.

Tam extenuatio quàm refectio cutem laxare & intendere poteſt.

quis rem paulò rectius expendat, uerum eſſe quod Hippoc. aſſerit deprehendet. Quũ enim omnis extẽuatio ubi perdurauerit temporis interuallo ſiccet, nihil mirum ſiccitatem ipſam cutem quæ paulò ante laxa erat, iam efficere duram & intentam. Nam & idipſum in pellibus quoq; euenire uidemus, quas ad tantam nonnunquam ſiccitatem & duritiem peruenire conſtat, ut ultra intendi nequeant. Proinde cum extenuatio primum carnium molem auferat, atq; adeò temporis progreſſu impenſius exiccet, rectè ab Hippoc. dictũ eſt quod cutem laxiorem, deinde etiam intentam efficiat. Intendere autem cutem extenuationem ob euacuationem uehementem factam, alibi etiã teſtatus eſt Hip- C

1. progno. 10 *pocrates ita ſcribens:* ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, καὶ οἱ λοβοὶ τῶν ὤτων ἀπεστραμμένοι, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρὸν, καὶ περιτεταμένον. *quod eſt: Oculi caui, compreſſa tempora, aures frigidæ & contractæ, fibræq; harũ uerſæ, & cutis circa frontem dura, & intenta. Poſſe uero etiam refectionẽ cutem ipſam non ſolum intendere, ſed & laxiorem facere, euidentiſsimũ eſt. Nam cum cutis ob eam quæ præceſsit extenuationem dura & ſicca ſit, neceſſariò ob ſuccedentem illi iam refectionem quæ primũ carnes adauget intenditur, quæ progreſſu temporis nutrimento accedente humidior ac mollior fit, atq; adeò laxatur haud aliter quàm aridæ pelles, aut coria ſi aqua aut oleo irrigentur. Proinde ex iam dictis manifeſtiſsimũ eſſe puto, tam extenuationem quàm refectionem laxiorẽ ac intentã cutem efficere poſſe, diuerſis tamen rationibus. Extenuatio enim primum, & ob nutrimenti inopiam: refectio ſecundo, & ob humectationem & mollificationem, laxiorem cutem reddit. Ita quoque extenuatio ſecundo, & propter nimiam ſiccitatem, refectio uero ob deperditi reſtaurationem & carnium incrementũ cutem intendit. Quemadmodum autem humor & ſiccitas cutem intendere poſſunt, ſic quoq; neruos: ueluti lib. iij. de loc. affe. cap. v. Galenus ijs monſtrat uerbis:* ἀνθρώπῳ τοίνυν ἑωρακότι νευρώδη σώματα, τὰς ἐν ταῖς λύραις χορδὰς, οὕτω σφοδρῶς τεινομένας πολλάκις ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος ἀμέτρου κράσεως ὡς ῥήγνυσθαι, χαλεπὸν οὐδὲν ἐννοῆσαι τὴν αὐτὴν διάθεσιν ἐν τοῖς τῶν ζώων νεύροις γίνεσθαι. πῶς δὴ ἔχοντος τοῦ ἀέρος αἱ χορδαὶ τείνονταί τε καὶ ῥήγνυνται ξηροῦ τε πάνυ καὶ λίαν δ' ὑγροῦ γινομένου; τὸ μὲν οὖν ὑγρὸν διαβρέχον αὐτὰς εἰς ὄγκον αἴρει παρὰ φύσιν ἐφ' ᾧ τείνονται. τὸ δὲ ξηρὸν ὥσπερ ὁ ἥλιος, ξηραίνοντας συσπᾷ, καὶ αὐτὸ τὰς χορδὰς, οὕτως ἕλκει τε καὶ τείνει. φαίνονται γοῦν καὶ οἱ ἱμάντες ὅταν ὑπὸ πυρὸς ξηραίνονται συσπώμενοί τε καὶ τεινόμενοι. *hoc eſt: Homini qui aliquando uidit neruoſa corpora, ut lyræ chordas, ob ambientis aeris immodicam temperiem adeò uehementer ut rumpant intenta, haud difficile erit intelligere eundem quoq; affectum in animantium neruis poſſe con-*

Refectio laxiorẽ cutem efficit.

D

A poſſe cõtingere. Quomodo igitur affecto aere tenduntur chordæ & rumpun tur? num ſi uel nimis aridus, uel admodum humidus fuerit? Humor itaque madefaciens ipſas in tumorem præter naturã attollit, qui mox eas extendit. At ſiccum ueluti ſol arefactos contrahit, & ipſum ſic quoque chordas trahit & extendit. Lora quoq; quũ ad ignem exiccantur, cõtrahi tendiq; uidentur. Hactenus Galenus. Deinceps Hippoc. alia quædam quæ extenuationẽ & refectionem ſequuntur, atq; adeò illorum ueluti ſigna ſunt, cõmemorat: inter quæ primum obtinet locum ῥίκνωσις, quam nos rugoſitatem interpretati ſumus: ῥικνὸν enim Græci uocant quicquid rugoſum cum quadam contractione exiſtit. Rugoſitas itaq; non tantum in ſenum, uerumetiam iuniorũ fit corporibus, cum ſcilicet uenæ illorũ uacuantur, maxime quando diſcuſſo iam qui in illis eſt ſanguine, quis medicamentum auſtera & conſtringendi præditum ui appoſuerit. Talis quoq; in cute illorũ quorũ corpora concidunt, hoc eſt, extenuantur, fieri ſolet, ita ut certa quædã nota corporis quod iam conſidet exiſtit rugoſitas. Cõtrà ἔκτασις, quam extenſionẽ uertimus, quæ fit, Galeno teſte, quando εἰς μῆκος καὶ πλάτος ἐπιδιδῷ τὸ σῶμα, id eſt, quando in longitudinẽ atq; latitudinẽ augetur corpus, refecti potius corporis ſignũ eſt: fieri enim nõ poteſt quin cutis ubi carnes auctiores fiunt extendatur. Cæterũ inæquale, læ- ῥίκνωσις. ἔκτασις. Inæquale.

B ue, ſubbilioſum & rubeũ, quodlibet illorũ ſeorſim alterius eſt ſignũ, & neutrum amborũ; neq; ambo ſimul alterius. Inæquale enim extenuationis duntaxat, perinde atq; bilioſum: læue uero & rubeũ refectionis tantum ſigna ſunt. Inæquale autem eſſe ſignum extenuationis corporis, certum ex ijs quæ antea de rugoſitate diximus exiſtit. Si enim rugoſitas ob nimiam extenuationẽ accidit, inæqualitas quoq;, quæ certe nihil aliud eſt quàm cutis rugoſitas, quando in rugoſa cute una pars depreſſa, altera eleuata ſit, ob eandẽ cauſam euenit. Inæqualitas quid.

Hanc uero inæqualitatem cutis Hippoc. τὸ φρικῶδες dixit, quod ſcilicet forma ea quæ in rugoſis fit, ſimilis ſit ijs quæ φρίττουσιν, hoc eſt, horrore concutiuntur: nam in utriſq; fit quædã cutis inæqualitas ſeu aſperitas, partibus nimirũ quibuſdam cauis, quibuſdam uero eminentibus apparentibus. Quando itaq; hoc ipſum per modica admodũ interualla in uniuerſa cute fit, appellatur id genus ſymptωmatis Græcis φρὶξ καὶ φρίκη, hoc eſt, inæqualitas & horror. Sic apud Homerũ in ῃ Iliad. φρὶξ, ἡ ἐπιπολῆς ἀνωμαλία τοῦ κύματος, ut interpretatur Heſychius, id eſt, undæ in ſuperficie inæqualitas. Homeri carmen hoc eſt: οἵη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ, ὀρνυμένοιο νέον. quod eſt: Qualis Zephyro recens concitato effundebatur in pontũ undarũ inæqualitas. Proinde φρικῶδες hoc loco nihil aliud eſt quàm ἀνώμαλον, quod Latinis eſt inæquale, & planitie carens, qualis certe eſt cutis rugoſa. Læue contrà corporis refecti ſignum eſt: nam perinde atque tranquillitate φρὶξ, φρίκη.

in mari exiſtēte, nulla planè inæqualitas apparet, ſed undæ in uniuerſum pla C
næ exiſtunt: ſic quoq; ubi corpus reficitur nulla adeſt rugoſitas, ob id cutis læ
Subbilioſum. *uis & omni inæqualitate carere uidetur. Porrò ſubbilioſum extenuati cor-*
poris nota exiſtit. Bilioſum enim omnium eorū qui extenuantur corpus fit,
quandoquidem extenuatio ipſa uel ob indigentiā nutrimenti, exercitia immo-
dica, uigilias, curas, dolores, morbos eliquantes corpus, medicamenta diſcuſſo-
ria, & iis ſimilia fiat, quæ certe ſingula corpus bilioſum efficere poſſe nemo
Subrubeum. *eſt qui ambigat. Subrubeum autem refecti ſignum eſt: neque enim ſine ſan-*
guine bono nutriri ac refici corpus poteſt, ut hoc nomine meritò magis ſangui-
ne abundet, & ſubrubeum eſſe appareat. Et hæc quidem primæ huius ſen-
tentiæ partis genuina interpretatio eſt. In altera quæ hanc ſequitur parte,
mammarū exemplo extenſionem tam ab extenuatione quàm refectione fieri
poſſe oſtendit, dicens: Quod mammæ laxiores fiunt, graciles autem in altum
tolluntur ac intenduntur, nemo utiq; propter extenuationem, ſed potius quia
carne explentur fieri putaret. Atqui res longe aliter ſe habet: neq; enim
mammæ tantum laxiores fiunt propter extenuationem, uerumetiam refectio-
nem. Nam ut extenuatio primū, ſic refectio ſecundo mammas haud aliter quàm
cutem, ut ſuprà diximus, intendere poteſt. Neq; etiā graciles tantum ob re-
fectionē, & quod carne iam explentur, attolluntur atq; intenduntur, ſed etiā D
propter extenuationem: id quod in ſenio confectis mulierculis manifeſte ap-
paret, quibus primum quidem laxiores fiunt, at tandem ob multam etiam ſic-
citatem in altum tolluntur & intenduntur. Quare is ſeſe falli planè ſciat, qui
propter ſolam extenuationem mammas laxari, aut quod carnium duntaxat
molem accipiant intendi, putat. Caluus, ne id ſilentio tranſeam, eam partem
ſua inepta uerſione prorſus obſcurauit, κατασπᾶσθαι pro tumere, & ἀνα-
κατασπάω. *σπᾶσθαι pro ſubſidere uertens. Nam κατασπάω nō tumeſco, ſed laxiorem*
ἀνασπάω. *reddo, idemq; quod χαλάω ſignificat. ἀνασπάω autem attollo, & idem quod*
παρατείνω, Galeno in cōmentariis teſte, & minime ſido, denotat. Subſcri-
bit Galeno Heſychius, qui κατασπᾶν per χαλᾶν, quod laxare, remittere
& flacceſcere eſt Latinis: ἀνασπᾶν uero per ἐπαίρειν, quod eſt attollere,
erigere, in altum adducere ac intendere, interpretatur. In tertia ac ultima
huius ſententiæ parte iugulorū ac uenarum exemplo monſtrat, quod non tan-
tum refectio, ſed extenuatio etiam intendere poſſit. Iuguli enim in pleriſque
ſupra modum extenuatis haud aliter quàm in iis qui corpulentia quadā præ-
diti ſunt intenduntur, atq; adeò uiſui apparent. Quicquid enim in altum ſub-
latum ac extenſum eſt, citius uiſu apprehenditur, quàm quod ſubſidet ac la-
xum exiſtit. Venas autem ſanguine refertas fieri eminentiores ac magis cō-
ſpicuas, nemo eſt qui neget. Nam ut Galen. cap. xcv. artis medicinalis ait,

in multa

A *in multa ſanguinis abundantia uenæ ita intenduntur, ut non maiores ſolum, ſed etiam paruæ quæ prius ſenſum effugiebant, uiſu complectantur. Deniq; ob extenuationẽ nimia iam exiſtente ſiccitate intenduntur uenæ, & quia car nes uenas tegentes unà pereunt euaneſcuntq́;, ſit ut uiſui manifeſtentur, & conſpicuæ ſiant.*

APHORISMVS XXIIII.

Herodicus interemit febricitantes deambulationibus, curſu, luctis, ac fomentis. Febris enim deambulationibus multis, fami, luctę, frictio níque inimica. Laborem itaq; labore curauit, ideoq; ipſis uenarum ru bor, liuor, pallor, laterumq; dolores molles euenerunt.

Haud temerè hoc loco Herodici inſcitiam nobis ob oculos ponit Hippo crates, ut ſcilicet exemplo illius moniti, cõmuniſſimũ hoc medicorũ optimorũ decretum, Contraria contrarijs curantur, minime negligamus, ne aliàs etiã nobis id quod Herodico contingat, nimirum ut multos admodum interficia mus. Paſſim itaq; nos admonet ne illorum errorem ſequamur, qui curationẽ per ſimilia fieri putant. Nam Herodicus in eo errore uerſatus, febricitan tes deambulationibus, curſu, & id genus alijs exercitijs quæ calorem augere poſſunt, interemit. Animaduertendum autem, etſi Hippocratis & Galeni **Curatio per contraria.**

B *exemplaria Prodici nomen habeant, uidetur tamen ſcribendum eſſe Hero dicus, quandoquidem & in cõmentarijs Galenus Platonẽ quoq; illius, quod multis deambulationibus ſit uſus, mentionem facere dicat. Meminit autem illius Plato in tertio de republica ſub Herodici & non Prodici nomine, ubi in hunc modum ſcribit:* Ἡρόδικος γὰρ παιδοτρίβης ὢν καὶ νοσώδης γενόμενος, μίξας γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ἀπέκναισε πρῶτον μὲν καὶ μάλιστα ἑαυτόν, ἔπειτα ἄλλους, ὕστερον πολλούς. *quod eſt: Herodicus cum eſſet puero rum exercitandorum magiſter, affectusq; ualetudinarius, gymnaſticam me dicinæ miſcens, primum quidem ac potiſſimũ ſeipſum, dein & poſteros alios multos triſtitia affecit. Plutarchus quoq; in libello de ijs qui tarde à nu mine corripiuntur, illius ſub Herodici nomine meminit, ſic ſcribens:* ὥσπερ γὰρ Ἡρόδικον τὸν σιλυμβριανὸν εἰς φθίσιν ἀνήκεστον πάθος ἐμπεσόντα, καὶ μίξαντα πρῶτον ἀνθρώπων γυμναστικὴν ἰατρικῇ, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, μακρὸν ποιῆσαι τὸν θάνατον αὐτῷ καὶ τοῖς ὁμοίως νοσοῦσιν. *hoc eſt: Quemadmodũ enim Herodicus Silymbrianus, cum tabem morbum incidiſſet immedicabilem, gymnaſticamq; medicinæ primus, ut Plato ait, im miſcuiſſet, ſibiipſi cæterisq; ſimili morbo laborantibus multo prolixiorẽ red didit mortem. Antiquus etiam Hippocratis interpres Herodicus legit. Id quod ideo indicare placuit, ne quis temerè Herodici nomẽ ſubſtituiſſe nos putet. Is igitur Herodicus febricitantes immodicis interemit exercitationi-* **Herodicus an Prodicus legendum.**

περίοδοι. bus, inter quæ primum deambulationes, quas περιόδους nominat, recenſet. C.
Sic autem uocat, Galeno teſte, τοὺς βραδεῖς περιπάτους καὶ πλείονα χρόνον ἐκτεινομένους, tardas deambulationes & in longū tempus protractas. Fo-
πυρίαι. menta quoq;, ſic enim πυρίας interpretati ſumus, ex illorū numero fuerunt, quibus febricitātes interfecit Herodicus. πυρίας autē nomine intelligēdus quiuis extrinſecus nobis incidens calor, ſiue ab igne ſiue à balneo fiat. Cæterū rationem cur interfecerit febricitantes tot laboribus, mox indicat Hippoc. dicens: Febris enim deambulationib. multis, & omnibus id genus exercitijs quæ calorē auctiorē efficiunt, inimica exiſtit, quod illius uehementiā mirū in modum adaugeant. Hinc rectiſsime à Gal. lib. xiij. ther. meth. cap. v. dictum eſt: πυρέττοντος γὰρ ἤδη τοῦ κάμνοντος, οὔτε γυμνασίοις ἔτι δυνατὸν ἐκκενῶσαι τὸ πλῆθος, οὔτε θερμαίνουσι χρίσμασιν, οὔτε τρίψει πολλῇ, καθάπερ οὔτε τοῖς λουτροῖς. quod eſt: Si quidē iam febricitet æger, nec exercitatione uacuare multitudinem licet, nec inunctionibus quæ calefaciunt, ſed neq; multa frictione, nec balneis. Porrò febris fami quoq; inimica eſt, quod ſiccita-
7. aph. 60. tem febris augeat: id quod alibi etiam docet Hippoc. ijs uerbis: τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν, λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα. id eſt: Corporibus humidas carnes habentibus famē adhibere conuenit, fames enim corpora ſiccat. His accedit quod fames, ſepoſita etiam D
2. aph. 16. febre, exercitijs copulari nō poſſit. Nam ut in aphoriſmis inquit, ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν, hoc eſt, ubi fames, laborandum non eſt: ita ut planè præpoſtera fuerit Herodici medendi ratio: neq; enim rationalem ſolum inueniendi remedia rationem, ſed empiricam etiam obſeruationem ignorauit, quando iuxta utranq; ſectam nō ſimilia, ſed cōtraria affectui lædenti functiones adhibenda ſint. Proinde cum laborem labori, hoc eſt, noxam noxæ, malum malo addiderit, nihil mirum hæc ſymptomata quæ recenſet ſubſecuta eſſe, nempe uenarum ruborem, liuorem, pallorem, & dolores laterum. Non ſanè quod in uno quolibet hæc omnia apparuerint homine, cum impoſsibile ſit ruborem cum liuore & pallore coniunctum eſſe: ſed quod rubor in illo, liuor autem in alio, iuxta diſsimiles affectus, uiſus ſit. His itaq; quibus uirtus mediocris, ſanguisq; bonus erat, ubi exercitatione aut fomentatione uſi ſunt, uenæ rubicundæ euadebant. In quibus uero uirtus paulò imbecillior, corpusq; uitioſis refertum humoribus erat, ijs aut liuor, aut pallor uenarum fiebat. Liuor in quibus atra, pallor in quibus flaua bilis abundabat. Color enim corporis, ut
Dolores molles. ſuprà quoq; diximus, ſimilis eſt humoribus qui in hoc ipſo exuperant. Dolores quoque molles laterum, ſeu exigui, quos λαπάρας nominat, illis eueniebant. Sic uero appellat, Galeno teſte, τὰς ἄνευ φλεγμονῆς καὶ τάσεως ὀδύνας, id eſt, eos qui inflammatione & tenſione carebant. Perperàm igitur Caluus

A tur Caluus hic λαπαρὰς ilia uentris interpretatus eſt, quando planè ad eorum quæ dicta ſunt ſenſum, illorum mentio nihil conducat.

APHORISMVS XXV.

Os cõtinere, tacere, auráq; cũ potu frigidã inducere, ſitim extinguũt.

Hac ſententia Hippoc. remedia quæ ſitim extinguere poſſunt recenſet, motus fortè ut id faceret Herodici illius inſcitia, qui immodicis exercitijs, alijsq; id genus calefacientibus rebus, febricitantibus antea ſitibundis, maiorem ſubinde ſitim obrepere faciebat. Quatuor autẽ utpote præcipua hic tantum refert quæ ſitim arcere poſſunt, quorũ primum eſt os continere, alterum uero tacere. Tam frequẽs enim & aſsidua oris cõmotio, quàm multa locutio, oris humiditatem abſumunt, atq; adeò, ut experientia docet, ſiccitatẽ quæ ſitis cauſa eſt procreant. Tertiũ quo ſitis extinguitur, eſt frigidæ auræ inſpiratio & attractio: ea enim cordis nimium in febribus alijsq; affectibus ſimilibus calorem minus feruere efficit, hocq; nomine ne ſitis immodicæ cauſa ſit prohibet. Quartum eſt potus frigidus, quem nimirum et ſeorſim & ſe ſolo, aut unà cũ aura frigida haurire licebit: utroq; enim modo ingeſtus ſitim extinguere poteſt. Præter iam dicta quies quoq; non inter poſtrema quæ ſitim in calidis naturis extinguere ualent remedia, putanda erit. Hinc eſt quod alibi ſcribat, ἐν θερμῇ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν. id eſt: In calida natura refrigeratio, aquæ potio, & quies conducunt. Porrò cum in exhibitione frigidæ multa prouidentia opus ſit, quum nec omnibus, nec quouis tempore danda ſit, conſilium eſt ut ea de re Galenũ paſsim in therapeuticis loquentẽ audias: neq; enim opus eſt omnia huc tranſſcribere. Vnum hoc prætereundum nõ erat, quod Caluus poſtrema huius ſententiæ uerba ſenſu planè contrario, ſic nimirũ, uentum & frigus cum potu uitare, interpretatus eſt. Quum autem nemo ſit, qui uel primis tantum labris græcas attigerit literas, qui neſciat εἰσάγειν latinis nõ uitare, ſed introducere ſignificare, mirum certe eſt Caluũ id non animaduertiſſe & ignoraſſe. Sed certe homo ille nihil penſi habuit, ac quicquid in buccam uenerat, hoc ſine omni iudicio & delectu effutiuit.

Sitis remedia. Os continere. Tacere. Aura frigida. Potus frigidus. B 4. par. huius libri aph. 13. εἰσάγειν.

APHORISMVS XXVI.

Contemplandę occaſiones ob quas ægrotare cœperunt, ſiue capitis, ſiue auris, ſiue lateris dolor fuerit. Huius rei ſignũ dentes exiſtunt, & cum ijs inguina.

Iterum hoc loco monet Hippoc. quo morborũ occaſiones, & initia, ſeu loca unde morbi initiũ eſt (nam id propriè uocabulum ἀφορμὴ, id quod antea quoque diximus, ſignificat) accurata opera contemplemur, ne ſcilicet temerè cauſa morbi planè incognita, aut loco affecto ignorato, remedia adhibeamus. Quàm enim ad exquiſitam medendi rationem cauſæ morbi notitia neceſſaria

ἀφορμή. Cauſa morbi.

Aph. 17. eiuſdem partis. Locorũ affectorum notitia.

ſit, ſupra abunde ſatis indicauimus: neque enim fieri poteſt, ut morbũ cauſa non perſpecta amoueamus. Quantum uero affectorũ locorũ cognitio ad medendi rationem conducat, nemo unquam diligentius aut copioſius Galeno noſtro, in libris de ijs ipſis editis demõſtrauit. Ex eo itaq; petas quæ ad præſentis loci enarrationem neceſſaria uidebuntur: neque enim ſingula annotare, ne liber, qui aliàs ſub manibus etiam me inuito creuit, ad immenſum deduceretur, placuit. Cæterum cur affectorũ locorũ notitia ad curandi rationem neceſſaria ſit, nulla alia ratio eſt, niſi quod pro naturæ eorundem uarietate, curandi quoq; rationem uariari neceſſe ſit. Cuius rei ſignum & argumentũ erunt dentes, & inguina. Dentes, quod interdum ob corroſionem, nonnunquam etiam inflammationem dolore afficiantur, atque adeò alia atque alia ratione à doloribus uindicentur. Sunt & aliæ multæ cauſæ cur dentes doleãt, quæ ſingulæ peculiarem quandam medendi rationem, & ſua quoq; remedia expetunt, ut uidere licet apud Aetiũ lib. viij. cap. xxvij. Sic inguina quoq; uarias ob cauſas afficiuntur: iam enim ob ulcera, aut dolores in propinqua aliqua parte exiſtentes, uel propter uenenatos in peſtifera aeris conſtitutione humores: ideoq; diuerſam etiam curandi rationem deſiderant. Si enim propter partis propinquæ ulcus, aut dolorem afficiantur, tum medicamenta refrigerantia ac reprimentia deſiderant. Sin ob uenenatos humores, nequaquam, ne ſcilicet illi denuò ad interiora corporis uiſcera repellantur. Adeò ut uehementer erret Auicenna, qui indiſcriminatim utriſq; reprimẽtia adhibere remedia docuit, quemadmodũ cap. xx. libri ſecundi noſtrorũ Paradoxorũ fuſius indicauimus. Quod autem hoc loco de dentium, inguinumq; affectibus diximus, id in uniuerſum de omnibus reliquis corporis partibus dictũ eſſe intelligas, ita ut non tantum capitis, auris, & lateris, uerumetiam omnium aliarũ partium corporis affectarũ cauſas perſpectas habeas. Repetitur hæc ſententia in ſecundo Epid. lib. ijs uerbis: τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν σκέπτεσθαι, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ. σημεῖον δὲ ἐφ' οἷσιν ὀδόντες, καὶ ἐφ' οἷσι βουβῶνες. *Et hæc ratio eſt cur hoc loco Galeni deſiderentur cõmentarij. Caluus certe ſimiles utrobiq; ſcriptas ſententias diuerſis modis interpretatus eſt. Ineptiſſime aũt eam quã iam enarrauimus ſententiã ſic uertit: Capitis dolor inde uenit, aurium, lateris: ſignum cum dentium gingiuæ turgent, tument inguina. Imperfectũ enim ſenſum hæc illius uerba præ ſe ferunt. Sed ſatis perſpecta eſt iam Calui in interpretando Hipp. fides.*

C

D

Sect. i.

APHORISMVS XXVII.

Vlcera & tubercula ubi facta fuerint, febres iudicant. Quibus autem non eueniunt, & intemperies intus remanſerit, his certiſſimæ ac uelociſſimæ fiunt recidiuæ.

Quod

A Quod hoc loco docet Hippoc. ex eorum eſt numero quæ ut plurimũ accidunt: neque enim ſemper ulcera aut tubercula in febribus facta eaſdem iudicant, & perfecte ſoluunt. Quod certe ubi cõtigerit, tum febres illæ longiſſimæ fiunt, & in multos protrahuntur dies, quemadmodũ in aphoriſmis ijs uerbis teſtatur Hippoc. ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει. quod eſt: Abſceſſus in febribus qui ad primas iudicationes non ſoluunt, morbi longitudinẽ indicant. Abundantia nanq; noxiorum humorũ, & non facultatis expultricis robore ac potentia, eiuſmodi abſceſſus procreantur. Quapropter de febribus diuturnis, & quæ iam in longius tempus protractæ ſunt, hæc Hippocratis ſententĩa inaudienda erit: hæ enim magna ex parte per ulcera & tubercula iudicantur, ſicut teſtatur Hippocrates in aphoriſmis, ubi ita ſcriptũ reliquit: ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι ἢ φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι γίνονται. id eſt: Quos febres longæ exercent, his uel tubercula, uel labores in articulis fiunt. Cauſa uero cur hoc ipſum fiat nulla alia exiſtit, ut Galenus etiam admonet, niſi multitudo ac craſſities frigidorum humorum febres efficientium, qui longo admodum tempore ad concoctionem opus habent, ut hoc nomine par ſit & tubercula, & dolores aut læſiones alias in articulis fieri. *Vlcera & tubercula non ſemper indicant febres.* *4. aph. 51.* *4. aph. 44.*

B Cæterum ſi quibus febres citra tuberculorum ac ulcerum eruptiones ceſſant, ac relinquitur quædam in corpore intemperies, ijs certiſſimæ ac uelociſſimæ recidiuæ fiunt. Nam ut alibi dixit Hippocrates, τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. quod eſt, quæ per morbos relinquuntur à iudicatione, faciunt recidiuam. Annotandũ tamen erit hoc loco, ἀκρασίαν quam intemperiem ſimpliciter interpretati ſumus, proprie de intemperantia quæ in uictus ratione cõmittitur dici, in qua etiam ſignificatione Politianus in Herodiano interpretando uſus eſt. Nihil uero miri ſi poſt febris ceſſationem in uictus ratione delinquentibus tubercula & ulcera unà cum recidiua eueniant, quandoquidem imbecilla adhuc exiſtente uentriculi cõcoctione, facile humorum cruditas in corpore generetur, quæ poſtea recidiuæ & ulcerum atq; tuberculorum cauſa ſit. Atq; id eſt quod alibi dixit: ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίνονται, οὗτοι σιτίοισι πλέοσι χρέονται. hoc eſt: Quibus tubercula aut dolores ex febribus longis in articulos decumbunt, ij plurimis cibis utuntur. Repetitur iam explicata à nobis ſententia in libro ſecundo Epidemiωn ijs uerbis: τὰ γινόμενα ἕλκεα καὶ φύματα κρίνοντα πυρετούς. οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνεται, ἀκρασία οἷσιν ἐγκαταλείπεται, βεβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται. Quo nomine factum eſt, ut cõmentarios non adiecerit huic ſententiæ Galen, *ἀκρασία.* *2. aph. 12.* *Sect. 1.*

APHORISMVS XXVIII. C

Rotunda ſputa, qualia in Pleno fuerunt, delirium portendunt.

*Haud temerè hac ſententia Hippocrates ſputum rotundum ut pernicio-
ſum, ac delirium portendens damnat. Nam etſi materialis ueluti cauſa ſpu-
βρόγχια. ti ſit craßities ac glutinoſitas humorum qui in cartilaginibus, quas βρόγχια
Græci uocant, pulmonis aggregantur, tamen ut rotundum fiat in aliquo loco,
calor ipſe efficit, à quo idipſum ueluti aſſatur. Quum itaq; immodicus calor
Delirij cauſa. ſputum rotundum efficiat, quid mirum Hippocratem hoc in loco dicere illud
portendere delirium, quando Galeno etiam lib. ſecundo de affe. lo. cap. tertio
teſte, delirium cauſa poteſtate calida efficiat? Sic in præſagiorum etiam li-
bro ſputum rotundũ ut inutile damnat. Sed præſtat uerba eius adſcribere,
1. progn. 46. quæ ſic habent: πτύελον λευκὸν καὶ γλίσχρον, καὶ στρόγγυλον, ἀλυσιτελές.
quod eſt: Sputum album, glutinoſum, & rotundum, inutile eſt. Inutile uero
hic tanquam malum inaudias oportet, quod ſcilicet immodicũ calorem pituitã
aſſantẽ demonſtret. Vbi autem immodicus calor ſputi uiſcedini ac craßitiei
cõiunctus fuerit, facile ob uaporum aſſenſum caput replere, ac efficere deli-
rium poteſt. Sputa talia multa in Pleno uidit Hippocrates, ideo addit, qua-
lia in Pleno fuerunt. Eſt autem omnium ueterum interpretum teſtimonio
Plenus. Plenus locus aliquis: cuius autem ciuitatis locus fuerit, nemo illorum, nec D
Galenus etiam indicauit. Apud Strabonem libro ultimo, & Herodotum
lib. quarto, Plyni cuiuſdam Aegypti portus mentio fit: an uero hic ſit, cum
in unius tantum literæ pictura differat, nondum compertum habeo. Veriſi-
mile tamen eſt in loco aliquo calido, qualis Aegyptus eſt, idipſum contigiſſe.
Sed in re incerta, nec magni admodũ momenti, non eſt cur anxiè ſoliciti ſimus.*

APHORISMVS XXIX.

Habentes hæmorrhoides neq; laterum dolore, neq; pulmonis in-
flammatione, neq; depaſcenti ulcere, neq; furunculis, neq; terminthis,
pariter neq; lepra, neq; uitiliginibus corripiuntur. Quamplurimi igi-
tur intempeſtiue ſanati mox morbis iam dictis correpti ſunt, & fue-
runt ſanè pernicioſi. Sic etiam quicunq; alij abſceſſus, ueluti fiſtulæ,
reliquis medentur morbis. Contemplandum itaq; eſt quod à quibus
morbis facta liberant, eoſdẽ etiã ubi præceſſerint, ne fiant prohibent.

Hæmorrhoidum commoditas. *Quanta ſit hæmorrhoidum moderate, & ſua ſponte, ac naturaliter pro-
manantium commoditas, præſens Hippoc. ſententia abunde docet. A nullo
ſiquidem hic cõmemoratorum morbo capitur, cui illæ decenter emanauerint.
Nam cũ per eaſdem omnes corporis uitioſi humores, iam nominatos morbos
procreare potentes excernantur, nihil miri eſt quod hi qui hoc modo afficiun-
tur, ab illis tuti ſint. Proinde etſi nonnunquam malus corporis habitus deco-
loratioq;,*

A *loratioq́; , & aqua inter cutem, potiſſimum ubi immodicè profluxerint, ſequa-
tur, tamem iam nominatorũ ab Hippocrate morborum nullus accidit: inter
quos ſunt laterum dolor, quem* πλευρῖτιν, *& pulmonis imflammatio, quam* πλευρῖτις.
περιπνευμονίαν *Græci appellant. Vlcera quoq; quæ ſanas adiacentes par* περιπνευ-μονία.
tes corrodunt & depaſcunt, Græcisq́; φαγεδαίνας, *quaſi latine dicas depa* δοθιὴν.
*ſcentia, nominantur. Furunculi etiã ex eorundẽ numero exiſtunt, qui à Græ-
cis* δοθιῆνες *dicuntur. Eſt autem* δοθιὴν, *Paulo lib. iiij. cap. xxiij. teſte, tu-* φαγεδαίναι.
*mor abſceſſũ præ ſe ferens, qui ex craſſis humoribus in carnoſis plerũq; par-
tibus concipitur, mitis quidem cum in ſola cute coit, peruicax autẽ malignusq́;
ubi ſubter actis radicibus in ſuperficiem erumpit. Terminthi in hoc quoq; nu-* Terminthi.
*mero habentur, qua ſanè dictione Galenus in explicatione eius ſententiæ tra
dit ſignificari nigras enaſcentias in tibijs maxime factas. Sic aũt dictæ ſunt,
quod ſimilitudinem in figura, colore, atque magnitudine cum terminthi fru-
ctibus habeant. Sed uerba Galeni referre præſtat:* τερμίνθων δὲ ὄνομα με-
λάνων τινῶν ἐκφυμάτων ἐν ταῖς κνήμαις μάλιστα γινομένων ἐστὶ δη-
λωτικὸν, ἀπὸ τῆς κατὰ σχῆμα, καὶ χρόαν, καὶ μέγεθος ὁμοιότητος τῷ καρπῷ
τῶν τερμίνθων γεγονός. *Sic quoque de terminthis tradit in libro de expoſ.
antiq. dict. Hippoc. ubi ita ſcriptum reliquit:* τέρμινθοι οἱ τῷ τοῦ τερμινθί-
B νου καρπῷ παραπλήσιοι κατὰ τὸ δέρμα συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι.
*quod eſt: Terminthi ſunt tumores præter naturam ſimiles terminthi fructi-
bus in cute conſiſtentes. Paulus uero lib. iiij. cap. xxiiij. ex Oribaſij autorita
te terminthum tuberculi ſpeciem eſſe aſſerit, ſuper quam puſtula nigra emi-
neat: hac rupta id quod ſubiacet deſquamato ſimile apparet: ubi ſcalpello di
uiſeris, pus deprehẽditur. Nec aliter terminthũ deſcribit Aetius lib. xiiij.
cap. lxiij. Paulus tamen Dioſcoridem Alexandreum literis mandaſſe ait,
tereminthos cutis eſſe excreſcentias, rotundas, nigrouirides, terebinthi fru-
ctum referentes. Quod ad uitiligines, quas* ἄλφους *nominãt Græci, attinet,* Vitiligines.
ſciendũ exemplaria nonnulla pro ἀλφοῖσιν *habere* αἰγοῖσιν, *ſed nos primum
magis eſſe genuinũ putamus, quod antiquus Hippoc. interpres ita legerit, et
in libris de humoribus, ubi hæc quoq; ſentẽtia habetur,* ἴσως ἢ ὅδε ἀλφοῖσι,
*ſcriptum ſit. Tres autem eſſe uitiliginis ſpecies, quemadmodũ Cornelius Cel
ſus lib. v. cap. xxviij. docet, neminem eſſe qui neſciat puto. Hic eius duntaxat
ſpeciei quæ à Græcis* ἄλφος, *ab Auic. morphæa dicitur, mentio fit. Hæc fit* ἄλφος.
*ubi color in ſuperficie tantum albus eſt, & ferè ſubaſper & minime conti-
nuus, adeò ut quædã quaſi guttæ diſperſæ eſſe uideantur. Quũ itaq; & hæc
ex uitioſo ſucco procreetur, nihil mirum ſi hæmorrhoidibus laboranti non ac-
ciderit. Porrò cum à tot tantisq́; morbis hæmorrhoidum profluuium nos tu-* Hæmorrhoides
tos faciat, non certe temerè, neque niſi neceſſitate urgente à medico conſtrin- non temerè ſa-nandæ.

gendæ, aut prorſus amouendæ erunt. Hinc eſt quod dicit, quamplurimi igitur intempeſtiue ſanati, mox morbis iam nominatis correpti ſunt. Intempeſtiue uero curamus hæmorrhoides, ſi neq; ſanguinē minuentes, neq; purganti medicamento utentes, omnes in uniuerſum intercipientes claudimus, adeò ut ne una quidem relinquatur. Proinde ſi neq; iam dictos, neq; alios morbos eos quibus hæmorrhoides apertæ ſunt inuadere cupimus, ab intempeſtiua illarū ſanatione abſtineamus: id quod alibi etiam monuit Hippoc. dicens: αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία διαφυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγίνεσθαι, ἢ φθίσιας. *quod eſt: A hæmorrhoidibus ſanato diuturnis, niſi una ſeruetur, periculum eſt uel aquam inter cutem, uel tabem ſuccedere. Accidit hac ratione nōnunquam ut hæmorrhoides ſuppreſſas inſania quoq; ſequatur, quemadmodum Alcippo accidiſſe quarto Epid. libro Hippoc. ijs teſtatur. uerbis:* Ἄλκιππος ἔχων αἱμοῤῥοΐδας ἐκωλύετο θεραπευθῆναι, θεραπευθεὶς γὰρ ἐμάνη. *Cauſa uero, cur inſania illarum curationem ſequatur, in promptu eſt, non tamen ita euidens, quare hydrops aut tabes iſtis penitus ſuppreſſis accidat, eſſe poteſt. Sciendum igitur impoſſibile eſſe ut hæmorrhoides fiant, niſi propter multitudinem & craſſitiem ſanguinis ora quarundam uenarum aperiantur, iecinore ad ipſas reponente feculentū & melancholicū ſanguinem. Si quis ita q; hoc iter intercludat, unà quidem in iecinore duritiem efficiet, & multitudine atq; craſſitudine grauans calorem in ipſo extinguet. Si quidem igitur ab innato calore ſanguis generatur, manifeſtum quod eo extincto non amplius generabitur, adeoq; ob ſanguinis fruſtrationem aqua inter cutem ſequatur neceſſe eſt. Si uero nonnunquam iecur potis ſit multitudinem ad uenas pulmonis propellere, hic uaſe rupto tabidi fiunt. Recte ita q; ab Hippocrate dictum eſt, quod non intempeſtiue ſanandæ ſint hæmorrhoides, ſed una ſaltem relinquenda eſt per quam feculentus ille ſanguis euacuari queat. Neq; ab re dictum eſt, Et fuerunt ſanè periculoſi: quum enim hæmorrhoidum intempeſtiuam ſanationē hi morbi ſecuti ſint, manifeſtum eſt etiam fuiſſe periculoſiores quàm ſi alia quadam occaſione accidiſſent. Ex ijs igitur ſatis liquet hæmorrhoides à multis uarijsq; nos morbis liberare poſſe. Non eſt tamen quod ſolas hæmorrhoidas idipſum efficere poſſe putemus, quum etiam abſceſſus, ut ſunt fiſtulæ, hoc præſtare ualeant. Nam perinde ut hæmorrhoides humoris feculenti exuperantiam imminuunt, ſic etiam fiſtulæ ſi in morbis quibuſdam accidunt, humorum abundantiam expurgare poſſunt. Atq; hinc eſt quod in hunc modum in prognoſticis ſcripſerit:* ὁκόσοισι δὲ ἀποστάσιες γίνονται ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων παρὰ τὰ ὦτα, καὶ ἐκπύουσιν ἐς τὰ κάτω χωρία, καὶ συριγγοῦνται, οὗτοι περιγίνονται. *quod eſt: Quibus ob laborantem pulmonem abſceſſus iuxta aures fiunt, & in parti-*

Intēpeſtiue quando curantur hæmorrhoides.

6.aph.12.

Cur aqua inter cutem, aut tabes, male curatas hæmorrhoides ſequatur.

Fiſtulæ alios morbos ſanant.

2.prog.64.

A *In partibus infernis ſuppurantur, ac fiſtulam efficiunt, iјs ſecunda ualetudo contingere ſolet. Quum uero abſceſſus ac fiſtulæ haud ſecus ꝙ hæmorrhoides morbos ſanare queant, debent quoq; pariter ut illæ non intempeſtiue curari. Quod ſanè Hippoc. præceptū utinam noſtri temporis Chirurgi probè animaduerterent,* Chirurgorū error. *neq; tam perdite negligerent, dum inueterata ulcera ac fiſtulas temerè & importune ſanare audent: ita enim non tam multos in perniciē & ad mortem ipſam præcipites darent. In fine ſententiæ aliud hæmorrhoidum, abſceſſuum ac fiſtularum cōmodum annectit, hoc nempe, quod nō tantum iam factos morbos curare, uerumetiā ne fiant, prohibere poſſint: ob id ut diligenter hoc à medico conſideretur, admonet. Quod uero à morbis ubi præceſſerint prohibere poſſint, iam abunde monſtratum eſt. Reliquum eſt igitur ut quomodo iā factos morbos ubi illis ſuperuenerint, ſanent, oſtendamus. Nemo autem idipſum rectius docet quàm Hippocrates, qui in aphoriſmis ſic ſcribit: τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν.* 6.aph.11. *quod eſt: Atra bile & renum affectibus uexatis hæmorrhoides ſuperuenire, bonum. Et ibidem: τοῖσι μαινομένοισι κιρσῶν ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.* 6.aph.21. *hoc eſt: Si uarices, aut hæmorrhoides inſanientibus ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit. De abſceſſu &*
B *fiſtulis antea ex prognoſticis exemplum attulimus. Cæterum etſi in hac interpretanda ſententia Caluus non uno loco lapſus ſit, ut quod uaros pro furunculis, puſtulas pro terminthis interpretatus ſit, tamen omiſſis omnibus alijs hoc tantū indicabimus, perperàm illum ficoſos dixiſſe, quos nos hæmorrhoides habentes. Ficoſus enim is dicitur, qui eo afficitur morbo quem Græci* Ficoſus. *σῦκον, Latini ficum nominant.* σῦκος. *Sic autem nominant, Paulo libro tertio cap. tertio autore, eruptiones ulcerum modo rotundas, cum duritie quadam rubentes, quas dolor etiam comitatur. Fit uero hoc mali plurima ex parte in capite, naſcitur tamen & in reliquo corpore, & frequenter in ano ex attritu. Hæmorrhoides uero habens eſt, cui uenarum ora ſedem claudentium aperta habentur, ſanguinemq; fundunt, id quod certe ficoſis nō contingit. Vnde iterum intelligere poteris quàm ignarus rerum medicarum fuerit Caluus.*

APHORISMVS XXX.

Loca alterius loci noxios humores ſuſcipiunt, atq; ab ijs uel ob dolorem, uel grauitatem, uel aliud quippiam, ſiue quod inter ſe communitatem habeant, liberant.

Hoc in loco ſuccincte Hippocrates, quapropter locus unus alterius loci morbos, humores q; morbum efficientes ſuſcipiat, atq; priorem ab iјſdem liberet, docet. Quatuor autē in uniuerſum recenſet eius rei cauſas, quarū prima dolor eſt, qui partem eam ad quam humores iam mutati decumbunt, occupat,

Dolor nanq; fluctiones nõ tantum cõmouet, uerumetiam attrahit. Teſtis eſt Galenus, qui libro tertio ther. meth. cap. quarto ita ſcribit: τὸ γὰρ ὀδυνώμενον ἐρεθίζει τι πλέον ἐπιῤῥεῖν. id eſt: Quod dolet ut plus confluat efficit. C
4. aph. 32. Hinc eſt quod & in aphoriſmis dixerit Hippocrates: ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων ἤν τι πονέσῃ, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται. ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, στηρίζει ἡ νοῦσος. quod eſt: Quibus cõualeſcentibus à morbis pars aliqua doluerit, hic abſceſſus fiunt. Quin etiam ſi prius quàm ægrotaſſent pars aliqua doluerit, eôdem morbus firmatur. Altera cauſa cur ab uno loco in alium humores decumbant, eſt eorundem grauitas aut copia, quæ facultatẽ excretricem ut locum hunc à ſuperuacuis exoneret, irritat. Vtranq; enim idipſum poſſe, Galenus etiam lib. ſecundo cap. xi. de diffe. feb. in eum modum ſcribens indicat: τότε πρῶτον ἡ ἀποκριτικὴ δύναμις ὁρμᾷ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν, ὅταν ἤτοι βαρύνηται τῷ πλήθει τῶν περιττωμάτων, ἢ δυσχεραίνῃ τῇ ποιότητι. quod eſt: Facultas excretoria tunc primum ad actionem ſuam excitatur, quando aut ſuperuacuorum multitudine aggrauatur, aut qualitate moleſtatur.

Grauitas aut multitudo humorum

Tertio, cur noxij humores ab uno in aliũ locum tranſeant, multæ aliæ eſſe poſſunt cauſæ: inter quas medicamentũ acre exiſtit, frictio, calor extrinſecus accedens, & alia eiuſmodi quæ ex uno loco ad alium ſuperuacua trahere poſſunt. Nam thapſiam ſi alicui inunxeris, huic haud ita multo pòſt partem illam calidiorẽ atque in ampliorem tumorem elatam conſpicies, idq; non alia ratione, niſi ob acrem qua prædita eſt thapſia uim. Sic frictio quoq;, præſertim ſi modica & mollis fuerit, Paulo lib. primo. cap. xviij. teſte, corporis molem eleuat, quod nimirum attrahere humores ualeat. Pari ratione ſi membrum aliquod iuxta ignem calefeceris, uel pice ſatis calida perungas, in hiſce quoq; in tumorẽ partem attolli uidebis, quod calor natura ut fluxiones attrahat natus ſit, quemadmodum copioſius loco antea citato Galenus explicat: quem utiq; locum qui rectius hæc quæ ab Hippocrate hic dicta ſunt aſſequi cupit, diligẽter moneo excutiat. Quarto, loci unius cum altero cõmunitas, efficit ut alter alterius redundantias ſuſcipiat. Sic in morbo laterali, quẽ πλευρῖτιν nominant Græci, quando humores morbum efficientes in coſtis ac earundem membranis cõtineri haud poſſunt, pars aliqua ob communitatem ad pulmonem fertur, & peripneumoniam facit. A pulmone rurſus ad caput, quod cum illo communitatem obtinet, multi uapores calidi tranſmittuntur cerebrum implentes, ac phrenitidem efficiunt. Quam nimirum cõmunitatem Hippocrates alibi ijs D

Locorum communitas.

7. aph. 11. inſinuauit uerbis: ἐκ πλευρίτιδος περιπνευμονία, ἐκ περιπνευμονίας φρενῖτις. Ita teſtes magnã cum pectore, mammis, & uoce cõmunitatem habent, ob id in tumorem elati tuſsim nonnunquã ſanant. Hinc Hippoc. lib. ſecundo Epid.

B *Epid. ſect. prima ſic ſcriptum reliquit:* βῆχες χρόνιαι ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται. ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα κοινωνίης στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς: *Quam equidem ſententiam ſuprà etiam interpretati ſumus,* Par.2.aph.6. *ideo non eſt cur hic denuò interpretemur. Caluus ne uerbum unum interpretando hanc ſententiã aſſecutus eſt, ſed talem certe extorſit ſenſum, quem nec ipſe nec alij intelligere poſſunt: ſic perpetuò ſtudet Hippoc. eſſe peruerſor.*

A.PHORISMVS XXXI.

Propterea quod ad alium declinauit locum non ultra ſanguis egreditur, ſed talia iuxta humoris cognationem excreant.

Nihil aliud hac ſententia innuere uult Hippoc. niſi quod ſanguinem qui antea ex parte aliqua corporis, naribus ſcilicet, ſede, utero, aut fiſtula profluxit, ſi ad alias partes declinauerit, non ultra ſub ſpecie puri ſanguinis, ſed iuxta cognati ac commixti humoris formam potius egredi monſtret. Etſi autem hocipſum in multis ac uarijs corporis partibus fieri queat, hic tamẽ unius tantum, thoracis nimirum, fit mentio, ut exemplo illius etiam de reliquis iudicemus. Quum itaq; ſanguis ex alijs partibus in thoracem & pulmonem declinauerit, tunc nõ ultra ſub propria egreditur forma, ſed iuxta cognati ac commixti ſibi humoris ſpeciẽ excreatur et expuitur: uerbi gratia, ſpumoſus, ubi B *pituitoſus fuerit: pallidus, ubi bilioſus: niger, quãdo melancholicus: rubeus, quando ſeroſam humiditatem ſibi cõmixtam habet. Sic Galenus quoq; in lib. ſecundo cap. x. de criſibus ex ſputi colore humoris cum ſanguine cõmixti ſpeciem cognoſcere docet, dum in hunc modum ſcribit:* πότερον δὲ φλεγματωδέστερος ἐστὶν ἢ χολωδέστερος ὁ τὴν φλεγμονὴν ἐργαζόμενος χυμὸς ἐκ τῆς τῶν πτυσμάτων ἰδέας εἴσῃ. καὶ γὰρ καὶ ἀφρώδη, καὶ πυῤῥὰ, καὶ ξανθὰ, καὶ ὠχρὰ, καὶ ἐρυθρὰ, καὶ μέλανα πτύουσι. τούτων δὲ τὰ μὲν ἀφρώδη φλεγματικώτερον ἐνδείκνυται τὸ ῥεῦμα. τὰ δὲ ξανθὰ πικρόχολον ἄκρατον. ὅσα δὲ πυῤῥὰ πικρόχολα μὲν καὶ ταῦτα, μεμίχθαι δὲ οὐκ ὀλίγον ὀῤῥῶδες περίττωμα τῇ ξανθῇ χολῇ δηλοῖ, καὶ πολὺ δὴ πλέον ἐπειδὰν ὠχρὰ πτύῃ τις. οὕτω δὲ καὶ τὰ μέλανα, μελαγχολικὸν ἐνδείκνυται τὸ ῥεῦμα, καθάπερ οὖν καὶ ὅσα τὴν χρόαν μᾶλλον πρὸς ἐρυθρὰ ἔτι πλεῖστον μὲν αἵματος. *quod eſt: Num uero magis pituitoſus ſit uel bilioſus humor is qui inflammationem efficit, ex ſputorum forma agnoſces. Nam & ſpumoſa, & ruffa, & flaua, & pallida, & rubea, & nigra expuunt. Ex his uero quæ ſpumoſa ſunt, fluxum admodum pituitoſum oſtendunt. Flaua autem ſyncere bilioſum. Quæ uero ruffa ſunt, amaram quidem & iſta bilem referunt, ſed non modicam ſeroſam redundantiam cum bile cõmiſceri manifeſtant, et multo copioſiorẽ poſtquã pallida expuerit quiſpiam. Sic & nigra, atræ bilis fluxũ oſtendunt, ueluti utiq; & quæcunq; colore ma-*

Sputum humorẽ ſanguini commixtum oſtendit.

gis rubea ſunt plurimum quadem ſanguinis. Refertur iam enarrata à nobis C
ſententia etiam in libro Hippoc. de humoribus, at nullibi à Caluo rectè interpretata eſt, cum tamen intellectu facilis ſit, nimirum quod ſanguis uenas egreſſus, ac in alia loca ſecedens, non ultra ſub ſanguinis ſynceri forma egrediatur, ſed humoris ſibi cõmixti ſpeciẽ potius referat, id quod ea quæ ex thorace, cuius pro exemplo hic mentio fit, excreantur, abunde monſtrant.

APHORISMVS XXXII.

Sunt nõnulli inter hos qui ſanguinea expuunt, quibus opportune ſanguinem auferre conuenit: alijs uero perinde atque illis haud decet. Impedimento autem ſunt tempus, laterum dolor, & bilis.

Hoc in loco Hippoc. ſermo eſt de ijs qui cruenta ſanguineáue excreant, & hoc nomine duæ hæ ſentẽtiæ in Aſulano exẽplari debent planè copulari. Quibus ſanguinem auferre liceat, & quibus minus. *Docet uero nõnullos eſſe ex ijs quibus ſanguinẽ opportune auferre cõueniat, ueluti ſunt, quibus ſanguis multus ac copioſus eſt, quibusq́; nondũ in alienum degenerauit humorẽ, potiſsimũ ſi uirtus ualida fuerit. Non cõuenit è regione quibus paucus eſt, ac quibus iã in aliũ humorẽ uerſus eſt, uirtusq́; imbecillis. Proinde diligenter hæc ipſa in ijs qui ſanguinem expuunt, expendat medicus.* Impedientia ſanguinis minutionẽ tria. Tempus. *Tria autem quæ præ cæteris impedimento ſunt, nõ tantum ijs qui ſanguinem, uerumetiam alijs quibuſdã, percenſet. Primum eſt tempus plus iuſto calidũ,* D *quod à ſanguinis detractione nos planè auocare debet: neq; enim decet ut corpus quod iam nimio calore exiccatum eſt, ablatione ſanguinis, qui illud humectare poteſt, magis ſiccum reddamus. Hinc in aphoriſmis ita ab illo præceptum eſt:* 6.aph.47. ὁκόσοισι φλεβοτομίη συμφέρει, τούτους τοῦ ἦρος φλεβοτομέειν χρή. *hoc eſt: Quibuſcunq; uenæ ſectio confert, his uere uenam incidere oportet. Quod nimirum uer æquale ſit, neq; nimio calore æſtuans, neq; immodico frigore præditum. Et id impedimentũ non ſolum ad eos qui ſanguinẽ excreant, uerumetiã ad alios omnes pertinet. Alterum quod ſanguinẽ minuere pro-* Dolor laterum. *hibet, non ad omnes, ſed ſanguinea tantum excreantes ſpectat, eſtq́; laterum dolor. Cæterum cum non omnis laterum dolor uenæ ſectionem repudiet, uidetur de certa quadã eius ſpecie hic loqui Hippocrates, nempe de ea quæ ex flaua bile originem ducit: hinc ſiquidem purgatorium potius medicamentum, nimirum quod bilem purgare poſsit, ꝙ ſanguinis minutio conuenire putatur. Quamuis, ut Galenus etiã lib. ſecundo uict. acut. admonet, in morbo laterali ſemper magis uitanda eſt purgantis medicamenti adminiſtratio, quàm uenæ ſectio. Vel, quod magis arridet, uult alia quadam ratione ijs qui ob lateralem morbum ſanguinem ſpuunt, quàm ijs qui ob uenarum ruptionẽ hoc modo affi ciuntur, ſanguinẽ eſſe detrahendũ. Diuerſæ enim uenæ illis incidendæ erunt, iuxta affectus diuerſitatem. Verum cum hæc quoq; ſententia ex illarum ſit*

A *numero quæ ab ipſo tantum Hippoc. rectè & exquiſite intelligi queat, parũ referrt etiam ſi planè inexplicatã hanc dictionem reliqueris. Neq; enim Gal. certi quid conſtituere de huius intellectu uoluit. Tertiũ quod à ſanguinis minu tione nos in expuentibus cruenta auocat, eſt bilis, quæ ſua acritudine uenarũ ora aperit. Id nanq; ubi acciderit, tum multo cõſultius erit ut à medicamento bilis eductiuo, quàm uenæ ſectione, curandi ratio auſpicetur, maxime cum conſtet tum iis quæ bilis feruorem atq; acrimoniã obtundere ualent, locum quoq; eſſe. Caluus hanc, ut priores etiam ſententias, ſua uerſione penitus obſcurauit.* Bilis.

PARTICVLAE TERTIAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA QVARTA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

QVibuſcunq; tumores iuxta aures prope morbi iudicationem facti haud ſuppurauerint, iis ſubſidẽtibus recidiua fit. Facta uero recidiua, ſecundum rationem B recidiuarum rurſus attolluntur & permanent: haud ſecus quàm febrium in ſimili circuitu recidiuæ: atque illis ſpes eſt in articulos futuros eſſe abſceſſus.

De parotide in morborum iudicatione orta, in hac prima huius particulæ ſententia Hippocrati ſermo eſt. Nam tumores iuxta aures, qui aliis παρωτίδες dicuntur, Hippocrates interdũ, ueluti nunc, truncata loquendi formula uſus τὰ παρ' οὖς, nonnunquam integra ac perfecta oratione, τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα appellat, quemadmodum in primo Epid. libro, ubi inter cætera ſic ſcribit: ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα ἦν. quod eſt: Multis uero tumores iuxta aures inſtabiles erant. Hic autem de iis potiſſimum circa aures tumoribus loquitur, qui aliquo antea affectis morbo, febre nimirum, accidunt. Quandocunq; igitur in aliquo morbo prope iudicationem tumores circa aures orti, priuſquam ſuppurauerint demoliuntur ac ſubſident (id enim λαπάσσεσθαι Hippocrati eſt) tum recidiuã morbi expectare oportet. Nam cum imbecillis exiſtat uirtus, & magna ſubſit humorum copia, fit ut illam quidem natura moueat, at integre expellere non poſſit, ideoq; tumor præter naturam circa aures ortus iterum citra ſuppurationẽ euaneſcat, ac ad æqualitatẽ reducitur, reliquiæq; morbi in corpore remanent, ut hoc nomine neceſſariò recidiua fiat, morbuſq; protendatur. Hinc rectiſſime ab eo alibi ſcriptum eſt: ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς 4. aph. 51.

πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει. id eſt: Per febres abſceſſus niſi C
primis ſoluant iudicationibus, morbi longitudinem indicant. Porrò ubi deinceps facta fuerit recidiua morbi ſeu febris, tum interdũ etiam tumores circa aures denuò reuertuntur, attolluntur ꝗ́;, id ꝗ́; ſecundũ rationem recidiuarum: hoc eſt, pariter cum recidiua morbi iterum creſcunt, & iiſdem dierum circuitibus, ita ut quandocunq; febris reuertitur, tum etiã tumores ſimul redeunt, permanent ꝗ́; haud ſecus quàm febrium in ſuo circuitu recidiuæ: hoc eſt, & tumores iuxta aures, & febres permanent, ita tamen ut tumores nunquam abeant niſi prorſus demoliti: febres autẽ ceſſent, ſic tamen ut ſuis circuitibus reuertantur. Proinde uult quidem febrem manere quo ad circuitus, & non ad continuam durationem. Et ex iis dilucidum fit Hippocratem hic de parotidibus duntaxat loqui, qui per febres euenire ſolent. Cæterum quibus iam dicta accidunt, hoc eſt, quibus febres reuertuntur, & morbus prolongatur, iis futuros eſſe abſceſſus in articulos ſpes eſt. Id quod confirmant ea quæ ali-
4.aph.44. bi ab eo in hunc ſcribuntur modum: ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισιν ἢ φύματα ἐς ἄρθρα, ἢ πόνοι γίνονται. quod eſt: Quos febres longæ ex-
Labores. ercent, his uel tubercula, uel labores in articulis fiunt. Labores autẽ dolores qui abſceſſus ſequuntur, atq; adeò per hos ipſos abſceſſus intelligit. Non temerè autem dixit ſpes eſt: neq; enim ſemper, ſed magna potius ex parte hoc D
ipſum cõtingere ſolet. Fit enim ut interdum craſſi illi ac frigidi humores, per urinam aut alium euacuationis locũ expurgentur, ut ſequenti ſententia docebimur, atq; minime ad articulos decumbant. Quod ſi uero aliunde nõ expelluntur, tum futurum eſt ut in articulos decumbant, & abſcedant. Amplitudo enim & concauitas facile decumbentes fluxiones ſuſcipit. Repetitur & hæc ſententia in libro de humoribus, & in libro de iudiciis, iis uerbis: τὰ πρὸς οὖς οἷς ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυήσῃ, τουτέων ἀπαλλασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφῶν ὁμοίᾳ περιόδῳ, ἐν τουτέοις ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

APHORISMVS II.

Vrina craſſa & alba, qualis Amphigenis famulo erat, in laborioſis febribus quando quarto die exit, ab abſceſſu liberat. Si uero ad hæc ſanguis è naribus profluxerit, prorſus leuat.

Superiori ſententia ab Hippocrate monſtratum eſt, quod contingat interdum in febribus diuturnis, ut morbus per abſceſſus in articulos iudicetur. Hic uerò, quandoquidem in uniuerſum uerum non ſit, quando ſpe illa futurorum in articulos abſceſſuum fruſtremur, oſtendit: id ꝗ́; exemplo famuli cuiuſdam Amphigenis, quem laborioſis febribus correptũ, ab abſceſſu liberatum eſſe ait per urinæ albæ & craſſæ exitum: natura enim humores frigidos

ac craſſos

A *ac craſſos ad articulos aliàs decubituros per ueſicã expurgauit. Et quod hoc*
loco particulatim de famulo Amphigenis (nam teſte Galeno, uel οἰκέτῃ, ἢ οἰ-
κείῳ, hoc eſt, ſeruo domeſtico, uel amico, ſubaudiendum eſt) hoc in aphori-
ſmis generatim ac uniuerſaliter dicitur in hunc modum: ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς 4.aph.74.
τὰ ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ
λευκὸν γενόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρ-
χεται ἐνίοισι γίνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ τα-
χέως λύεται. *Vnde rurſus abunde liquet Epidemiων libros ante aphori-*
ſmorũ ſcriptos eſſe, quod quæ particulatim uarias peragrando regiones ob-
ſeruauerit, in Epidemijs annotarit: ea autem quæ in uniuerſum uera eſſe de-
prehendit, in aphoriſmorũ libros tranſcripſerit. Quod autem ad uberiorem
ſententiæ explicationem attinet, ſciendum laborioſas febres Hippocratem Laborioſæ febres.
nominare nõ eas ſanè quas frequens labor ac motus præceſsit, ſed eas potius
in quibus laborioſus ſenſus exiſtit. Sic alibi etiam dum ita ſcribit: κόποι αὐ- 2.aph.5.
τόματοι φράζουσι νούσους. *quod eſt: Labores ſponte euenientes morbos*
prænunciant: labor non eius quæ fit ex motionibus immoderantiæ nomen eſt,
ſed eius qui aduenit in corporibus animalium affectus. Proinde laborioſæ
febres nihil aliud ſunt, niſi laſsitudinis ſenſum inducentes: quæ cum ex craſsis
B *humoribus fiant, nihil mirum ſi per urinam craſſam & albam iudicentur.*
Cæterum quod quarto die dicitur, pro exemplo poſitum eſt febrium laſsitu-
dinem habentium, quæ initium motionis ad urinam in die indice accipiunt. Tẽ
uero ad omnes alios dies quicũq; ſunt contemplabiles & iudicatorij, transfer
re oportet. Nam multo certior firmiorq; eſt ſolutio quæ intium euacuationis
in die iudicatoria capit. Atqui ſi ſanguis quoq; ex naribus ſufficienter pro-
fluxerit, ab abſceſſu prorſus leuat, non tantum inferiorum, ſed etiam ſupe-
riorum corporis partium. Nam etſi calor multus materiã in altum eleuans
non tantum profluuium ſanguinis ex naribus, ſed etiam iuxta aures tumores
& abſceſſus efficere queat, ueruntamen quia abunde promanat, fit ut peni-
tus morbus ſoluatur. Quod ſi uero neq; per urinam, neq; hæmorrhoides, ſolu
tus morbus fuerit, tum illis abſceſsus in articulis futuri ſunt. Caluum hic
tranſilire non licet, qui τεταρταίοισι, *non ſine magno errore, quartanis in-*
terpretatus eſt: quaſi Hippocrates quartanas febres ab abſceſſu liberare
dicat: cum tamen τεταρταίοισι *idem ualeat hoc loco, quod* ἀντὶ τῆς τετάρτης,
id eſt, in quarto die, ut teſtatur Galenus in cõmentarijs aphoriſmorũ, ubi ſic
inquit: τὸ δὲ ἀντὶ τῆς τετάρτης ἐν παραδείγματι γέγραπται πρὸς αὐτοῦ.
μετάγειν δέ σε χρὴ καὶ πρὸς τὰς ἄλλας ἁπάσας ὅσαι θεωρηταὶ καὶ κρί-
σιμοι. *Quorum ſanè uerborum ſenſus antea à nobis explicatus eſt.*

APHORISMVS III. C

Cuidã inteſtinũ q̃d in dextra parte ſitũ eſt, ubi articulari morbo corripiebatur quietius erat, poſtquã uero ab illo ſanatus eſt, plus doluit.

Ex obſeruatione quadam colligit hoc loco Hippoc. quod dolor inteſtini, quod colon dicitur, interdum ubi articularis morbus inuaſerit, deſinat: & è regione, illo perſanato rurſus incipiat. Id certe quod ideo accidit: uitioſi humores ab inteſtinis ad articulos, & ab illis rurſus ad inteſtina, ueluti ad imbecilliores corporis partes, facileq́; ſuperuacua recipientes, repunt. Noſtris temporibus idipſum raro fieri uidetur: ſæpius uero quod colicus dolor in neruorum reſolutionem finiatur. Hinc cum non in uniuerſum quod hoc loco docet Hippoc. in omnibus cõtingat, adiecit, cuidam hocipſum eueniſſe. Proinde colicum dolorem mitiorem facere articularẽ morbum, ex eorum numero eſt quæ ſæpe accidunt, quod facillimum ſit ad inferiora decumbere humores. Verum quod articulari morbo iam abeunte & perſanato reuertatur colicus dolor, id rariſſimum exiſtit, nec niſi in pauciſſimis accidit, dum fortè medicamentis uehementer frigidis ac reprimentibus quis intempeſtiue & immoderatius uſus, ad interiora humores retrocedere cogit. Porrò per inteſtinum dextra parte ſitum, colon eſſe intelligendũ, Galeno quoq; in cõmentarijs placet, quod ſcilicet à dextris ilijs oriatur. Sic enim Paulus Aegineta libro iij. cap. xliij. de hoc inteſtino tradit, dicens: Colon, cum pars ſit laxioris inteſtini, à dextra ilium regione procedens, ad ſiniſteriorẽ cincturæ modo percurrit. Qui locus deſumptus eſt ex lib. quarto de uſu partium Galeni, ubi in eum modum ſcribit: εἰς ἀριστερὰ τὸ κῶλον ἀποφύεται διὰ τῶν δεξιῶν πρότερον ἀνενεχθὲν λαγόνος. hoc eſt: Colon ad ſiniſtra procedit per dextrũ prius ilium emerſum. D

Inteſtinũ dextra parte ſitum.

APHORISMVS IIII.

Agaſios cum adhuc eſſet puella, crebro ſpirabat: mulier uero facta non diu à partu leui dolore correpta eſt, cumq; magnum leuaſſet pondus, confeſtim quidem in pectore aliquid crepuiſſe uiſum eſt. Poſtridie aſthmate laborauit, coxamq; dextram doluit. Quum uero hanc doleret, tum etiam aſthmate laborabat: huius autem deſinente dolore, aſthma quoq; ceſſabat. Expuit ſpumoſa, per initia uero florida, deinceps autem bilioſæ & tenui uomitioni aſſimilabantur. Dolores potiſſimum quando manu laboraret eueniebant. Huic allio, carne porcina, ouilla, bubulaq; interdicere contuliſſet. Difficulter etiam ſpirantibus, clamore atq; iracundia abſtinere conuenit.

Rurſus hic hiſtoria inſerta eſt ab Hippocrate de Agaſio quadam, in qua ſingula quæ apud hanc conuerſatus obſeruauit, ordine recitat. Parum uero commodi ex eiuſmodi hiſtorijs quæ ſibi tantum in rerum à ſe obſeruatarum memoriam annotauit, ad lectores redire ſolet, quare breuiter illam percurremus.

A *curremus. Agaſios ſanè cũ adhuc eſſet puella ac uirgo, necdum marito copu-*
lata uiueret (id enim κόρη Græcis eſt) crebrò ſpirabat, quod ſcilicet craſſi κόρη.
ac glutinoſi humores uias ſpirationi deſeruientes occupabant, uel tuberculum
fortè nondum concoctum in pulmone conſiſtebat. Mulier tandem facta, cum
iam difficulter ſpiraret, haud diu à partu leui dolore correpta eſt: neq; enim
per uniuerſum corpus, ſed circa thoracem tantum dolorem ſentiebat: cumq;
magnũ leuaſſet pondus, aliquid crepuiſſe in pectore uiſum eſt, fracto nimirũ
iam, ut ueriſimile eſt, intus tuberculo. Poſtridie humore qui iuxta tubercu-
lum erat, ad aſperam uſq; arteriam diſtributo, crebra ſpiratio aucta eſt, ita
ut nõ ſimpliciter ſpiratione crebra, ſed iam planè aſthmate laboraret. Por-
rò quod dextra illi quoq; coxa doluerit, id fortaſſis mirum uidebitur. Non eſt
itaq; quod putet quis coxæ dolorem planè iam poſtquam aſthma inuaſit in-
cœpiſſe, cum antea coxa imbecillis exiſtens dolore affecta fuerit. Quia ta-
men natura in illam, utpote in partem cæteris imbecilliorem, ſuperuacua in
thorace contenta detruſit, ideo dolor in ea uehementior factus eſt: id quod
planè uerum eſſe euincunt ea quæ mox ſequuntur, dum ita ſcribit: Quum ue-
ro hanc doleret, tum etiam aſthmate laborabat: hoc eſt, eo tempore quo labo-
rabat mulier aſthmate, coxæ quoq; dolor illi aderat, ita ut nihil mirum ſit om
B *nia ſuperuacua quæ circa thoracẽ detinebantur, in illam decubuiſſe tandẽ, &*
dolorem auctiorem factum eſſe. Coxæ itaq; tandem deſinente dolore, aſthma
quoq; perfecte ceſſauit, eo quod mulier paulatim humores hos qui relicti in
thorace erant, donec quod ad coxam decumbebat diſcuteretur, per ſputum ex-
creabat. Qualia autẽ ſputa fuerint, iam refert dicens: Excreauit ſpumoſa:
quibus ſanè uerbis pituitoſorum humorum abundantiã Hippocrates innuit.
Per exordia tamen florida expuit, quod certe ruptionis tuberculi iam recens
factæ indicium erat. Quæ uero deinceps excreauit, hæc certe bilioſa ac tenuia
erant, ita ut mox inter initia, ſanguinea, deinceps bilioſa ac tenuia, tertio autẽ
pituitoſa excreauerit, haud aliter quàm in alijs internis pectoris inflamma-
tionibus fieri ſolet, in quibus primũ omnium ſanguis ferè purus, deinceps te-
nuia, ac ultimo craſſa ac pituitoſa expuuntur. Inſuper cum manu laboraſſet;
tum potiſſimũ illi dolores fiebant, ob conſenſum nimirũ partis affectæ. Nam
cũ affectus in ſuperna thoracis parte conſtiterit, nihil mirum ſi manuũ labo-
re pars affecta plus doluerit. Sic fortè etiam factũ eſt ut ob conſenſum, quan-
doquidem dextra thoracis parte tuberculum ruptum ſit, & rectitudinem, de-
xtra quoq; coxa dolore affecta ſit. Poſt hæc uictus rationẽ quæ huic mulieri,
alijsq; ſic affectis confert, ediſſerit. Abſtinere ſiquidem illis conuenit ab eſu
allij, tanquam ab eo quod acre, ac corrodendi ui præditum eſt: carnis porcinæ,
ouillæ, ac bubulæ, ueluti ualidis et cõcoctu difficilibus. In fine deniq; ſentẽtiæ

præter iam dicta alia duo annectit, quæ δυσπνόοισι, hoc eſt, difficulter ſpirantibus uitanda eſſe præcipit, quorum primum clamor, alterum uero iracun C

Clamor. *dia exiſtit: utrunq; enim illos uehementer lædit. Clamor ſiquidem non tantum uaſa rumpere, uerumetiã ſpirationis inſtrumẽta antea affecta, eò quod*

Iracundia. *extenſionem, calorem, & inflationẽ in ipſis efficiat, lædere poteſt. Iracundia*

Part.5.aph.9. *quoq;, ut metipſe infra docebit Hippocrates, calidum & humidũ ad cor & pulmonem, ac alia ſpirationis inſtrumenta reuellit, ideoq; difficulter ſpirantibus maxime fugienda. His autẽ exemplis innuere uult Hippocrates, illis ab omnibus acribus, concoctu difficilibus, & uitioſum in corpore ſuccum generantibus, ad hæc extenſionem ac calorem, inflationemq; in reſpirationis inſtrumentis efficientibus, abſtinendum eſſe. Et ut planè illos à prædictis arcendos ſignificaret, uſus eſt ad id uerbo appoſitiſſimo εἴργεσθαι, quod Græcis uetare, prohibere, interdicereq; denotat. Hinc εἴργεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος, hoc eſt, aqua & igne interdici, de proſcriptis dictũ eſt. Huius uerbi ſignificationem Caluus haud perſpectam habuit, eò quod hoc loco ab allio & bubula carne, illis dolorem eſſe ſedatum interpretatus eſt. Nec ſine magno errore purulentis pro difficulter ſpirantibus uertit. Inſuper ubi dicendũ erat, dolores maxime fiebant cum manu laboraret, hic manu dolorẽ monſtrauit, ineptiſſime interpretatus eſt. Lubens multa alia prætereo, quandoquidẽ* D *pigeat toties de illius hominis erratis uerba facere. Conniuendũ tamen prorſus ad illa non erit, ut ſaltem græcæ linguæ oſores inde diſcant, quàm periculoſum ſit, præſertim in re medica, ubi corpori noſtro periculũ imminet, fidere interpreti. Ego ſanè modis omnibus cuperem Calui interpretationẽ eſſe penitus proſcriptã, ne ſcilicet imperitioribus & linguæ græcæ ignaris errandi occaſionem præberet.*

APHORISMVS V.

Cui in capite iuxta aures tumor depaſcendo ſerpebat, huic alumen uſtum primum adaptatum eſt. Habuit & alium abſceſſum, fortaſſe quia os diſceſſurum erat, diſceſſitq; ſexageſimum ſub aure, uulnus uero ſupernè ad uerticem erat.

Eſt hæc quoq; ſententia ex earum numero quas ſibi tantum in rei obſeruatæ memoriam conſcripſit Hippocrates. Poterit tamen & nobis uſui eſſe, ſi modo ea quæ tradit diligenter expendamus. Refert autem alicui tumorem in

ἐπίδρομα. *capite iuxta aures ortum fuiſſe, id enim ἐπίδρομα ſignificat, ut diximus in explicatione primæ ſententiæ huius particulæ: ab alijs παρῶτις uocatur, quod propinquas ſemper depaſcendo partes latius ſerpebat: quapropter alumen uſtum, quod Dioſcoride lib.v.cap. ωϛζ. autore, πρὸς νομὰς ὠφελεῖ, id eſt, ad ea quæ depaſcendo ſerpunt, prodeſſe mirum in modum poteſt, adaptatum eſt.*

A *tum eſt. At cum nõnihil fortè contuliſſet, factum tamen nihilominus ut alius abſceſſus erumperet, qui ita in caput graſſabatur, ut ob eum os etiam ſexageſimum quod ſub aure erat diſceſſerit. Sunt tamen qui ſexageſimũ interpretentur pro die ſexageſimo, à quo abſceſſus primum ortus eſt. Non autem ab re eſt quod inquit: Vulnus ſupernè iuxta uerticem erat: ijs enim uerbis primum innuit, uulnus hoc à ſuperiore capitis parte ad inferiores uſque depaſcendo progreſſum eſſe. Dehinc uulnus hoc periculo non uacaſſe monſtrat: uulnera ſiquidem uerticis, ut autor eſt Hippoc. in eo quem de capitis uulneribus inſcripſit libro, cæteris periculoſiora ſunt: quem ſanè librum qui uulnera capitis probè curare deſiderat, diligenter moneo perlegat: nos ad alia progrediemur explicanda.*

APHORISMVS VI.

Craſſiora inteſtina homo canis inſtar habet, maiora tamẽ. Pendent ex meſocolo, hoc uero ex neruis à lumbis ſub uentre procedentibus.

Hanc quoq; ſententiam in memoriam theorematũ quæ ad diſſectionis partium corporis humani peritiam attinent, conſcripſit. Nam ſitum atq; formã craſſiorum in homine inteſtinorum, quæ, nomen partis toti adhibens, κῶλα κῶλα. *appellat, oſtendere conatur. Dicit autem illa in homine eſſe talia, qualia in*
B *canibus ſunt, at maiora. Proculdubio Hippocrates canes quoq; diſſecuit, & quod hoc loco aſſerit, ita ſe habere comperit. Subiungit quoq;, ea ex meſocolo,* Meſocolon. *quod & meſenterium dicitur, pendere. Vbi certe animaduertendum, μεσεντέριον καὶ μεσαραιον idem eſſe membrum, Galeno lib. ſexto anato. admi. autore: utrunq; tamen nomen ſibi ab accidentibus inditum eſt. Meſenterium* Meſenterium. *nanq; à ſitu, quod in medio inteſtinorũ ſitum ſit: Meſaræon uero à peculiari* Meſaræon. *ſubſtantia appellatum eſt, quod omnes uenas ex iecore in ipſum deſcendentes unà cum uicinis arterijs & neruis complectatur. Licet autem meſocolon & meſenterium idem ſignificent, in hoc tamen differunt, quod μεσεντέριον nomen magis eſt generale, quod ſcilicet utriſque inteſtinis tam tenuibus quàm craſſioribus continuum ſit, inq; medio illorum ſitum illa dorſo annectit. Μεσόκωλον uero ſpecialius exiſtit, quod nimirum craſſioribus tantum inteſtinis, quæ κῶλα hic, ut diximus, appellat, continuum eſt. Apparent itaq; in ijs aliquæ circunſcriptiones, potiſſimumq; ſegregari uidentur ſecundum uenas quæ in illis ſunt. Seorſim enim una uena in meſenterium, ut in commentarijs inquit Galenus, tenuium inteſtinorũ pertingit. Seorſim quoq; una in craſſiorum inteſtinorum meſocolon ſcinditur. Atq; hinc eſt quod noſtri ſeculi medici, meſenterium bipartitum eſſe membrum (ſic enim loquuntur) ſcribant. Vnum quod in ſuperiore parte ad ieiunum, duodenum inteſtinum ſitum eſt. Alterum craſſioribus inteſtinis annexum eſt, & eſt id quod meſocolon hoc*

loco uocat. Cæterũ in hac ſententia oſtendit ſitum eius membri quod Græcis C *ἄρτημα τοῦ μεσεντερείου, καὶ μεσοκώλου, id eſt, appendiculum meſenterij dicitur. Situm nanq; eſſe circa lumbos, hoc eſt, renum regionem: ſub uentre, hoc eſt, pertingere ad unam uertebrarũ poſt ſeptum tranſuerſum, quæ uentriculo ſubiacet: id quod confirmant etiã ea quæ lib. ſexto anato. adminiſtra. ſcribit Galenus, hunc in modum: ὃ δὲ καὶ καλοῦσιν ἄρτημα μεσεντερείου συνδέσμου φύσιν ἔχον, ἀνατείνεται δὲ ἄνω πρὸς ἐκείνας ἔχον αὐτῷ τὰς ἀρτηρίας εἰς ἐκεῖνο τῆς ῥάχεως τὸ μέρος, ὃ μεταξὺ τῶν φρενῶν ἐστι καὶ τῶν νεφρῶν. quod eſt: Quod uero meſenterij appendiculum nominant, ligamenti naturam habet: ſurſum autem porrigitur, cui arteriæ in ea ſpinæ parte adiacent, quæ inter ſeptum tranſuerſum & renes habetur. Porrò cum appendiculum hoc ſubſtantia neruo ſimillimum ſit (quæcunq; enim ex oſsibus producuntur exanguia corpora neruis ſimilia exiſtunt) factum eſt ut etiam in præſenti loco neruorum appellationem illi indiderit Hippoc. Caluus in uertenda hac ſententia mirum in modum hallucinatus eſt, quod κῶλα pro capitis oſsibus interpretari auſus ſit. Etſi uero alia multa protentoſa etiam errata admiſerit, tamen ea attingere nõ placuit, quod illa lector ſtudioſus ſua cum græcis ac noſtris conferens, facile citra noſtram opem deprehendere queat. Verbum tamen ne unum quidem in hac ſententia intellexiſſe Caluũ euidentiſſimũ eſt.* D

APHORISMVS VII.

Hęc ſunt in quibus ægrotantibus gratificandũ eſt, ut ſcilicet cibus & potus purè conficiantur: grata etiam ſint quæ uiderint, & mollia quæ attingunt. Reliqua non admodũ lædant, & facile reparabilia ſint: ueluti frigidę exhibitio, ubi ea opus fuerit, & alia. Sic introitus medici, ſermones, figura, ueſtitus, tonſura, ungues, odores, ęgroto grati ſint.

Multa ſanè ſunt, quæ etſi ægrotantibus nõ in uniuerſum conducant, eosq́; lædant, tamẽ quia ijs delectantur, ideo minime deneganda ſunt. Hinc in apho-
2.aph.38. *riſmis ſcriptum eſt: τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον. hoc eſt: Potus & cibus paulò deterior, ſuauior autem, melioribus quidem ſed inſuauibus, eſt ante-*
Medici adulatores. *ponendus. Ne tamen quiſpiam, indoctiſsimorum medicorum more, qui adulationibus ac aſſentationibus ſeſe paſsim uendunt, atq; adeò aurũ potius quàm ſalutem ægri ſitiunt, in omnibus ægroto eſſe gratificandũ exiſtimaret, Hippocrates in præſentiarum in quibus potiſsimum & quouſq; illi obſequendum ſit, ediſſerit. Proinde dexteritatem quandam, qua mediocritatem illam ne nimium indulgeat, aut penitus ægrum ab omnibus cupitis arceat, obſeruare poſsit, inſitam ſibi habeat medicus neceſſe eſt. Hinc rectiſsime ab Hippoc. in lib. de honeſtate dictum eſt: καὶ τὸ ἰκρὸν ἔχειν τινὰ θεραπείαν προκειμένην.*

A κεχρῆσθαι. τὸ γὰρ αὐστηρὸν δυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι
νοσέουσι. quod eſt: Medicus inſitam aliquam urbanitatem comitatémue ha
beat oportet. Nam auſteritatem & ſani & ægri auerſantur. Primum au-
tem omniũ in quo ægrotanti obſequendum erit, eſt, ut tam cibus quàm potus Cibi & potus
qui illi offertur, purus ac mundus ſit: ſic enim auidius, maioriq́; cum uolupta- mundities.
te eoſdem aſſumit. Quæ autem cum uoluptate aſſumuntur, ea uentriculus am
plexatur, citiusq́; cõcoquit. Vaſa itaque in quibus offeruntur cibi & potus,
omnibus ſordibus careant. Proinde medicus ſummo ſtudio curet, ut miniſtri
& aſsidentes ſingula pura et à ſordibus mundata ægrotantibus exhibeant,
ſic enim maiori cum uoluptate hæc omnia excipient. Cæterũ grata ſint quoq; Grata ſint quæ
alia omnia quæ uident, ideoq́; miniſtri adſint qui grati illis exiſtunt, & qui- uident ægroti.
bus cum uerſari delectantur. Omnia deniq; in ædibus in quibus decumbũt ita
componantur, ut uiſui eorundẽ grata ſint. Sic ea quæ tangunt mollia ſint, mi-
nimeq́; moleſta. Quid multa? ſingula quæ uident, audiunt, guſtant, olfaciunt,
& tangunt, talia ſint quæ illos oblectent. Nam quod duorũ tantum ſenſuum
meminit, ideo factum eſt ut per illos reliquos etiam intelligeres. Porrò alia
extra ea quæ iam dicta ſunt, in quibus ægroto gratificandum eſt, talia eſſe o-
portet quæ haud multum lædant. Quibus utiq; uerbis id innuit: ſi ægroto in
B terdum aliquid quod parum conducat dandum eſt, ueluti contingit ubi rem a-
liquam uehementer appetuut, tum ſanè dandũ curet medicus, ubi ex eo noxã
nõ admodum magni momenti futuram eſſe perſpectum habuerit, & ſi noxa
quam infert facile reparari poſsit: hoc enim εὐανάληπτος Hippocrati eſt, εὐανάληπτον.
teſte Galeno, qui ſignificare ait, ταχέως ὑπεῖξαι δυνάμενον τοῖς βοηθή-
μασιν, ὡς ἐπανορθωθῆναι τὴν γεγονυῖαν ἤδη βλάβην. hoc eſt, id quod
mox à medicamentis, ut ſcilicet illatam iam noxam corrigaut, uinci poteſt.
Quam ſanè dictionẽ Caluus inepte & ſatis obſcure, bene reſumptũ & re-
tractum, interpretatus eſt. Sed hic admonendus nobis lector erit, eſſe quædã
exemplaria in quibus ſcribatur μὴ εὐανάληπτα: quæ lectio ſi conſtabit, nõ
bene reficientia ſignificabit, eritq́; ea ſententiæ pars ad cibos & potus refe-
renda, ut ſit ſenſus: Cibus & potus in quibus ægro gratificamur, non bene
reficiant, ac ualenter nutriant, impura ſiquidem illorum corpora ſunt. Hip-
pocrate nanq; teſte, τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλ- 2. aph. 10.
λον βλάψεις. id eſt: Corpora impura quo magis nutris, eo magis offendes.
Hoc ſanè pacto εὐανάληπτον, à uerbo ἀναλαμβάνω, quod Latinis eſt ἀναλαμβάνω.
reficio, recreo, ac refoueo, compoſitum erit. Hinc ἀναληπτικὰ φάρμακα,
id eſt, medicamenta quæ recreandis defectis corporibus adhibentur. Et ἀνα-
ληπτικὴ ἀναγωγὴ, educatio uel uictus ratio uirium refocillatrix. Prior ta-
men interpretatio citra μὴ additionem Hippocratis menti magis quadrare

uidetur, maxime idipſum euincente exemplo quod ſtatim ſubijcitur, hoc nempe: Veluti frigidæ exhibitio, ubi ea opus fuerit. Nam ijs uerbis Hippoc. nihil aliud docere uult, niſi ut in exhibitione aquæ frigidæ id potiſſimum animaduertat medicus, ut ſi quando illa ægroto porrigenda ſit, nec tamen citra noxam, ne noxa tanta ex eius potione proueniat, quæ nullis poſthac remedijs uinci ac corrigi queat. Quod ſi itaq; corrigi poteſt, ægroto impenſe hanc deſiderante, haud denegari debet. Tum uero noxã nullã quæ reparari haud queat infert, quando æger frigidæ potioni aſſueuit, neq; uentriculi imbecillitas, aut membri alicuius quod principatũ habet in corpore, inflãmatio affuerit, ſicuti multis Galenus lib. nono ther. meth. declarat. Præter aquam frigidam & alia multa ſunt in quibus ægro gratificandũ erit, quando ſcilicet noxam quæ reparari poteſt inferunt, ſicut eſt uini potio, & huiuſmodi. Concedenda enim interdum, ægro uehementer expetente, uini potio, at non niſi ubi noxa quæ ex huius potione prouenit, talis ſit quæ corrigi poſſit. Et hoc eſt quod per dictionem αἴσαι, quæ χάριτες refert, inſinuare uoluit Hippocrates, quaſi dixiſſet αἴσαι χάριτες τῷ νοσέοντι. Hactenus itaq; de ijs quæ in uictus ratione, miniſterio, alijsq; medico grata eſſe debent, recenſuit. Nunc etiã quo pacto ſeſe medicus gerere debeat ut gratus ſit ægroto, oſtendere conatur: decet nanq; ut ſeipſum etiam opportuna facientem exhibeat, quemadmodum alibi monet Hippoc. Primum autem in quo medicus gratificetur ægroto, eſt introitus, qui certe neq; cum ſtrepitu, aut multo clamore, neq; indecenti greſſu, qualis hiſtrionum eſt, neq; ſuperbo aſpectu, ſed cum ea modeſtia quæ uirum prudentem atq; adeò medicum decet, fiat. Alterũ in quo ægro gratificetur medicus, ſermones ſunt: ideoq; in primis immodicam loquacitatem apud ægrum uitet, quando in confeſſo ſit, ægris iuxtà ac ſanis moleſtam eſſe garrulitatem. Proinde non temerè dictum eſt à Græcis, ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος. quod eſt: Medicus loquax alter ægrotanti morbus. Quæ igitur neceſſaria ad medendi rationẽ exiſtunt, hæc tantũ medicus loquatur. Duros ſubinde ſermones caueat medicus, neq; eos qui ſupra modum inſulſi ac ignaui ſunt imitetur, qui ad quæuis interrogata ægro duriter reſpondent: qualem fuiſſe Callianacta medicũ referunt: is enim interrogatus aliquando ab ægroto num moreretur, Homerico hoc carmine reſpondiſſe dicitur:

1.aph.1

Introitus medici ad ægrum.

Sermões medici.

Medicus loquax.

Non duriter reſpõdẽdũ ægroto.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. quod eſt: Mortuus eſt & Patroclus qui te multo melior fuit. Neq; etiam decet ut medicus ſerui ritu ad omnia ægrotantis uitia conniueat, aut paraſiti more in ſermonibus ſuis illi aduletur, ſic enim contemptum ſibi conciliabit ægrotantis. Conſultum itaq; ne agreſtis aut aſper ſit, ut odio non habeatur: neq; nimis adulans, ne ſcilicet contemnatur: ita enim mediocritatem ipſam aſſequetur. Sermones ue-

A mones uero quos apud ægrotantem habebit medicus, eiuſmodi fermè eſſe conuenit. Admoneat primum ægrotantẽ ut ſimul cum eo morbum ſtrenue oppugnet, occinatq́; ſibi illud Hippocraticum: δεῖ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς νοσέοντας. Et hoc quod in primo Epidemiων ſcriptum reliquit: ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, ὁ ἰατρός. quod eſt: Ars medica ex tribus conſtat, morbo, ægrotante, & medico. Quod ſi itaq; unà cum eo officium ſuum facere pergat, optimam ſibi de conſequenda ſanitate ſpem eſſe. Et alia ijs ſimilia. Tertium in quo medicus ægroto gratificari debet, totius corporis figura exiſtit, qua in introitu ac ſeſſione uti conuenit. Figura totius corporis. Ea certe talis ſit, ut neq; contemptum, neq; mollitiem, neq; ſuperbiam præ ſe ferat. Hinc eſt quod in lib. cui titulus eſt de honeſtate, ſic ſcripſerit: ἐν δὲ τῇ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης, καὶ καταστολῆς, καὶ περιστολῆς, καὶ ἀνακρίσιος, καὶ βραχυλογίης. quod eſt: In introitu meminiſſe oportet ſedilis, decoris habitus, ueſtis, interrogationis, & breuiloquentiæ. Quartũ in quo medicũ ægro oportet obſequi, eſt ueſtitus: qui utiq; mediocris ſit, nõ nimiũ neq; ſumptuoſus, ut ſuperbiã pre ſe ferat: neq; ſordidus, ut cõtemptũ pariat. Veſtitus. Et certe ueſtitus admodum exquiſitus mollitiem magnam declarat: ideoq; medici qui muliercularum more ſe comunt, recte Germanico uocabulo Dantzmeidlen,
B hoc eſt, puellæ ad choream ducendam aptæ, nominantur. Sed ſunt qui ſe alio nomine, niſi purpurati exiſtant, pro medicis uendere non poſſunt: hinc recte ſimiæ in purpura dicuntur: præter enim ueſtitum, qui tamen plus iuſto mollior eſt, nihil habent quod medico dignum ſit. In ſumma, mediocritatem in omnibus iam dictis obſeruet medicus, memor quod in humorũ mediocritate quoque conſiſtat ſanitas. Quintum in quo medicum gratificari conuenit ægroto, tonſura exiſtit. Proinde ſi cognouerit medicus ægrum gaudere capillis tonſis, Tonſura. indeq; aliquod ſanitatis ad illum redire cõmodum, facile in huius tonſurã conſentiat. Sin ægrum ab ea abhorrere uiderit, neq; alicuius momenti cõmodum ex eadem cõſequi ſperauerit, nequaq̃ hanc fieri præcipiat. Sextũ locum inter ea in quibus ægro gratificandum eſt, ungues obtinent. Tam enim moroſe diligens eſt in exigenda munditie Hippoc. ut nec nimium eminentes, nec etiam Vngues. nimium deficientes ungues medici eſſe uelit. Sic enim in libro de medici uulnerarij munere, qui Græcis κατ' ἰητρεῖον dicitur, ſcriptum reliquit: ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν, μήτε ἐλλείπειν. hoc eſt: Vngues neq; eminere, neq; deficere oportet. Quũ itaq; eam mediocritatẽ habuerint, tum uidentibus grati erunt, & quicquid illis tetigerint, hoc quoq; ægro minus nauſeabundum erit. Sin à mediocritate illa defecerint, tum ipſi quoq;, & quicquid tetigerint ingratum erit, ac nauſeam concitabit. Septimum in quo gratificari decet medicos ægrotantibus, eſt odor, non tantum oris, uerumetiam totius corporis. Proinde Odores.

ſummopere cauendũ erit ne fœtore aliquo aut ingrato odore ægrotantẽ offen C
damus. Quod ſanè præceptum Hippocratis negligunt in uniuerſum medici
illi Hungarici, qui allijs ac cepis uſi, ægrotãtes inuiſunt, atq; adeò tetro hoc
odore illis moleſti ſunt. Hinc eſt quod ab incolis eius oppidi appoſitiſſimo
Alliati doctores. uocabulo Germanicè Knoblochs Doctores, quod nunquã non allia expirent,
appellantur. Et hos certe eò libentius hoc loci noto, quod ſciam & à Galeno
in cõmentarijs notatos eſſe. Cauendum quoq; medico ne per temulentiã dum
ægrum inuiſit, fœtorem uini exhalet, quod is non ſolum ægris, uerumetiam ſa-
nis deteſtetur. Hinc eſt quod Hippocrates in libro de honeſtate tam accu-
rate ægrum ἀπὸ τῶν ὀσμῶν, μάλιστα δὲ ἀπ' οἴνου, χερειοτέρη γὰρ αὕτη,
φυγεῖν καὶ μετατιθέναι. id eſt, à fœtore, uini potiſſimũ, qui cæteris peior
eſt, amoueri & transferri iubeat. Si uero ſunt qui hoc negligunt, ſimiles pro-
Quintus medicus. fecto exiſtunt Quinto medico, qui, ut refert Galenus, cum Romæ medicinã
exerceret, diuitem quendam ac potentem uirum uinum olens acceſſit. Aegro-
tus uero febre cum immenſo capitis dolore correptus, uini fœtorẽ ferre haud
potens, iuſſit ut longius ſecederet, nam ſibi moleſtum eſſe uini fœtorem. Quæ
cũ modeſte dixiſſet ægrotus, Quintus tamen nihilominus ſtultè illi reſpon-
dens, præcepit ut fœtorem hunc uini ſuſtineret, quandoquidem & ipſe febris
ſuæ fœtorẽ ferret: cum tamen haud ſimile eſſet, aut febrẽ, aut uinum odorare. D
Non eſt itaq; cur Quintum illum imitemur, imò fœtorem omnem ægris in-
gratum caueamus: ſic enim nobis illius amorem, atq; adeò optimam de nobis
ſpem, quæ ad morbi amolitionem præcipua eſſe ſolet, conciliabimus. Caluus
inepte & præter Hippocratis mentem poſtremam hanc ſententiæ partem
ad ægrum retulit, ita paſſim peruerſor Hippocratis eſſe gaudet.

APHORISMVS VIII.

Aqua ut frigida fiat minusq́ noceat, decocta poſtquam eſt aerẽ qui-
dem ſuſcipiat. Vaſculum uero non plenum ſit, & operculum habeat.

*Quum Hippocrates magnã huius libri partem ſibi tantum, in earum re-
rum quæ peregrinando obſeruarat memoriam, conſcripſerit, nihil mirum ple-
riſq; ſententias mutilas & imperfectas eſſe. Sic ſanè hæc etiã ſententia omni
prorſus intellectu, niſi quod deeſt ſubſtituas, carebit. Cæterum docet hoc lo-
co, quo pacto aqua arte quadam confici ac præparari queat ut frigida ſit, &
minus ægrotantibus obſit. Neq; ſanè temerè, quando interdũ opus ſit ut fri-
gidam hoc modo præparatam exhibeamus, quo ſcilicet potanti minus noceat.
Duplex modus præparationis aquæ frigidæ. Duplicẽ uerum modum ut aqua frigidior fiat, innuere uidetur. Primus eſt,
ut aquam quam impenſe frigidam efficere conamur, prius decoquamus, ac
poſtq̃ iam decocta eſt aeri frigido exponamus, ſic tamen ut uas in quo aqua
cõtinetur apertũ maneat: et minime plenũ ſit, ut ſcilicet aerem frigidum ſuſci-
pere ua-*

A *pere ualeat. Decoctam autem eſſe prius duplici nomine conuenit. Primum, ut minus noceat: cū nemo ſit qui neſciat, omnia ea quæ per ignem decocta ſunt, crudis minus nocere poſſe. Sic legumina, caules, ſemina, carnes, & omnia fer mè alia quibus ueſcimur, antea elixantes & decoquentes, ad comeſtionē magis idonea efficimus. Decoquere autem eas potiſſimum aquas conuenit, quæ malignam aliquam in ſe habent qualitatem: ita enim minus nocebunt. Dein decoctam eſſe oportet aquam, quod ita uehementius ab aere frigido oppugnari poſſit, quod iam quàm antea fuerit per decoctionē reddita ſit tenuior. Duplici igitur ratione citius frigeſit, quod ſcilicet tenuior ſit, aeriſq; ambientis frigus in eam citius & facilius penetrare poſſit, & quod in aquam calidam, utpote ſuum contrarium, uehementius agat, illamq; ocyus alteret. Vt autem commodius aer frigidus aquam calidam penetrare queat, neceſſe eſt ut uas poſt decoctionem ipſam apertum ſit, & minime occluſum, quo aerem libere ſuſcipiat: id quod multo promptius continget ubi uas ipſum non plenum fuerit, ſic enim aer frigidus intra ſpatium quod eſt inter aquam & operculū receptus, aquā uehementius refrigerare ualet. Ea ratione fit etiā ut uinū in uaſe quod operculo caret, facile aceſcat, & multo ſanè citius ſi uas ipſum continens haud fuerit plenū. Aer ſiquidem ſubintrans, facilius hoc in*

B *alienam qualitatem permutare poteſt. Præterea per hæc uerba, Et operculum habeat: alterū modum præparationis aquæ frigidæ inſinuat, hūc nempe. Aquam decoctam in ſuo uaſculo detentam aliquo frigido extrinſecus circundamus, uerbi gratia, niue, aut glacie, uasq; ipſum accurate obturamus. Ita apud Pragam, Bohemiæ celeberrimum oppidum, in maximis etiam æſtatis caloribus, uaſi glaciem undiquaq; circūponunt, quæ ſuo contactu efficit ut uinū quod hoc tempore bibitur, ſit omnium frigidiſſimum. Hunc ſanè morem ſequitur hodie Illuſtriſſ. Princeps et dominus clementiſſ. Georgius Marchio Brandenburgenſis, qui hyemis tempore collecta multa glacie, atq; in ſpecu ſubterraneo ne liqueſiat conſeruata, illa in magnis æſtibus ad refrigeranda uina, magna multorum admiratione utitur. Pari ratione uas interdum in puteo ſuſpendimus, ut illud undiquaq; cōtingat aqua. Et hic ſanè modus in Germania multis familiariſſimus eſt, quod Germani præ cæteris nationibus frigido uino impenſius delectentur. Hanc rationem præparandi aquam frigidā monſtrat etiam Galenus lib. octauo ther. meth. ubi de roſacco infrigidando uerba faciens, ita ſcriptum reliquit:* ἐργάζεσθαι δὲ ψυχρὸν τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ μᾶλλον περιέχεται κρεμῶντας ἐν φρέατι ψαῦον τοῦ ὕδατος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ κρουνὸς ὕδατος ψυχροῦ καταῤῥάττει τοῦ ἀγγείου ψύχει τὸ ὑγρόν. εἰ δὲ ἔτι πλέον ἐψύχθαι βούλοιο, χιόνι περιπλάττεις αὐτό. *hoc eſt: Efficies hoc frigidius, ſi uas in quo continetur in puteo ſuſpendas ut aquam*

Alter præparationis aquæ frigidæ modus.

Pragenſium conſuetudo.

tangat. Præterea magis humorẽ refrigerat, ſi fons aquæ frigidæ in uas deci C
dat. Quod ſi largius refrigeratam cupias, niue ipſum circũdabis. Et in lib. ij. de ſimpl. med. facul. cap. vij. ubi de oleo infrigidando ſic ſcribit: σκευάζομεν δὲ καὶ τοῦτο παραπλησίως τῷ ὕδατι, θερμήναντες μὲν αὐτὸ πρότερον, οὕτως ἐν ἱστάμενον ἀκραιφνεῖ ψυχρῷ. εἰ δὲ κρουνὸς ὑπερκείμενος ἐπ᾽ αὐτῷ καταῤῥάττοι ὡς ἂν εἴη προσεστεγνωμένου δηλονότι τοῦ περιέχοντος ἀγγείου τοὔλαιον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἂν οὕτω ψυχρότερον ἐργασθείη. ψυχρὸν δ᾽ ἱκανῶς γίνεται, κἀπειδὰν προθερμανθὲν ἐν φρέατι κρεμασθὲν ψαύοι τοῦ ὕδατος. γίνεται μὲν γὰρ καὶ τὸ μὴ ψαῦον ψυχρὸν, ἀλλ᾽ ἧττον. *quod eſt: Præparare illud ſolemus haud aliter atq; aquam, nempe prius excalefacientes, ac deinde aqua mergentes ſummè frigida. Si uero fons imminens in ipſum decidat, uaſculo nimirum cui ineſt oleum antè occluſo, adhuc multo frigidius ita reddetur. Satis ſuperq; etiam frigefeceris, ſi præcalfactũ in puteum ſuſpendas, ut aquam contingat. Quanquam quod aquam nondum tangit, frigidum item euaſerit, ſed minus. Caluus hanc atq; mox ſequentes tres ſententias ita confudit & obſcurauit, ut nemo quantumuis ingenioſus has intelligere queat. Quod dicimus deprehendent qui illius ſomnia cum græcis, aut noſtra interpretatione conferre uelint.*

APHORISMVS IX. D

Ex ĩmodica ſanguinis profuſione aqua inter cutẽ multi corripiunt.

Quod ex immodica ac copioſa ſanguinis profuſione ex quacunq; corporis parte facta, αἱμοῤῥαγίαις *Græci nominant, hydrops fiat, hac ſententia oſtendit Hippocrates. Nihil enim mirum ſi ob multam ſanguinis profuſionem natiuus extinguatur calor, ac concoctio ipſa imbecillis fiat, ac ſanguinis dein boni generatio impediatur. Sanguinis autem fruſtrationem aquam inter cutem ſequi, omnibus in confeſſo eſt. Hinc eſt quod Galenus lib. ij. de nat. facul. ita ſcriptum reliquerit:* πρώτη γὰρ αὕτη γένεσις ὑδέρων αἰτία, διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῆς αἱματώσεως γιγνομένη. *quod eſt: Prima generandi hydrõpis cauſa ex ſanguificationis defectu fit. Sed quod ex immodica ſanguinis effuſione hydrops fiat, in eodem loco teſtatur Galenus ijs uerbis:* τότε μὴ διὰ τὸν σπλῆνα, μήτε δι᾽ ἄλλο τι μόριον, ἀλλ᾽ ἀεὶ διὰ τοὺς ἐν ἥπατι σκίῤῥους ὕδερους οἴεσθαι γίγνεσθαι, τελέως ἀργοῦ τὴν διάνοιαν ἀνθρώπου, καὶ μηδενὶ τῶν ὁσημέραι γιγνομένων παρακολουθοῦντος. ἐπὶ μέν γε χρονίαις αἱμοῤῥοΐσιν ἐπισχεθείσαις, ἢ διὰ κένωσιν ἄμετρον εἰς ψύξιν ἐσχάτην ἀγούσαις τοὺς ἀνθρώπους, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη τεθεάμεθα συστάντας ὕδερους. ὥσπέρ γε καὶ γυναιξὶν ἥτε καὶ ἐφ᾽ ἑκάστῳ μηνὶ καθάρσεως ἀπώλεια παντελὴς, καὶ ἄμετρος κένωσις, ὅταν αἱμοῤῥαγήσωσι ποτὲ αἱ μῆτραι σφοδρῶς, ἐπεκαλέσαντο πολλάκις ὕδερους. *hoc eſt: Iam*

A eſt: Iam quod nec uitio lienis, neque alterius cuiuſquam particulæ, ſed perpetuò ex iecinoris duritie fieri aquam inter cutem exiſtimat, prorſus eſt hominis intelligentia ſecordis, nec quicquam corũ quæ quotidie fiunt aſſequentis. Siquidem ex diuturnis hæmorrhoidibus ſuppreſsis, uel immodica uacuatione ad extremam frigiditatem hominem ducentibus, non ſemel aut bis, ſed multóties iam aquam inter cutem collectam uidimus. Sicuti mulieribus quoq;, tum menſtruæ purgationis omnimoda ceſſatio, tum immodica uacuatio, cum ſcilicet nimio ſanguinis profluuio laborarunt, ſæpe hydropem accerſerunt. Nec diſſentiunt à iam dictis quæ ſcribit lib. quinto de affe. lo. cap. ſexto, quæ diligens lector perluſtrare poterit, ſi per nos citatis contentus haud fuerit. Caluus hanc ſententiam prorſus omiſit.

APHORISMVS X.

Si qualia purgari oportet purgentur, tum facile ferunt.

Hæc ſententia in multis alijs locis ab Hippoc. repetitur, potiſsimum autẽ in aphoriſmis. Videtur autem hoc loco occaſionem à præcedenti ſumpſiſſe ſententia, in qua immodicam ſanguinis profuſionem aquam inter cutem efficere monſtrauit. Ne enim medicum, donec immodicè ſanguis profluat, & æger in hydropis periculum ueniat, conniuere contingat, hic aliquod ſignum, in quod

B ueluti in ſcopum aliquem reſpiciat, proponere uoluit, tolerantiæ facilitatem. Vt itaq; recti iudicij teſtimonium ferre ſolet tolerantiæ facilitas, ſic erroris, difficultas. Quouſq; enim infeſtantes humores uacuantur, eouſq; facile tolerabunt ægrotãtes. Si quid uero aliud, & nõ quod moleſtat euacuatur, tum certe male & difficulter tolerare ægrum neceſſarium eſt. Proinde ſi ſanguinis effuſionem, ex quacunq; illa corporis parte proceſſerit, ægrum moleſte ferre animaduerterit medicus, tum illico hanc ſupprimat: ita enim aquæ inter cutem periculum euitabit. Scopus euacuationis.

APHORISMVS IX.

In Aeno maribus & fœminis legumina aſſiduò comedentibus imbecillitates crurum acciderunt & perſeuerabant. Atqui eruo ueſcentibus genua dolore afficiebantur.

Ab exemplo eorum qui in Aeno habitabant, leguminum aſsiduum uſum eſſe pernicioſum oſtendit. Eſt autem Aenus, Plinio lib. quarto, cap. xi. autore, Thraciæ oppidum, & ut Mela lib. ſecundo tradit, ab Aeneo profugo conditum. In ſecundo Epid. lib. ſect. quarta, ubi quoq; hæc habetur ſententia, additum eſt ἐν λιμῷ, hunc in modum: ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ ξυνεχέως &c. licet Aſulanum exemplar, utpote mendoſiſsimum, ἐν αἴμῳ perperàm habeat. Non autem temerè ἐν λιμῷ, id eſt, in fame, adiectũ eſt: ijs enim uerbis ſummam neceſsitatem, quæ eos qui in Aeno habitabant, Aenus.

ut leguminibus ueſcerentur coegit, indicare uoluit. Cum enim oppidum hoc, C
Herodoto libro quarto teſte, iuxta Hebri oſtia ſitum ſit, fertilis quoque terra illud circumiacens ſit oportet, quod ſuis perfuſionibus urbes quas alluit Hebrus fœcundiſſimas facere ſoleat. Proinde cum eius oppidi incolas ob terræ fertilitatem frumentis abundaſſe euidentiſſimũ ſit, facile quiſq; coniectare poteſt, eos non niſi ſumma fame compulſos eſitaſſe legumina. Cæterum Galeno lib. primo de alim. facul. autore, ὄσπρια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται. quod eſt: Legumina appellant ea cerealium ſeminũ ex quibus non conficitur panis. Hæc autem omnia eſſe uitioſa, alibi etiã monſtrauit Hippoc. ubi ſic ſcriptum reliquit: ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφυγμένα, ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα ἢ χλωρά, τουτέοισι δὲ μὴ χρέεσθαι εἰ μὴ μετὰ σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρείας ἕκαστον αὐτέων. hoc eſt: Legumina omnia flatuoſa ſunt & cruda & cocta & fricta, minimũ uero macerata, uel uiridia. His autem utendum non eſt, niſi cum cibis. Sed ſingula horum ſuum habent uitium. Cum igitur legumina omnia concoctu facilia ſint, & parum nutriant, quid mirum ſi leguminibus ueſcentibus crura, utpote conuenienti alimento deſtituta, imbecillia fiant? Hanc quoq; ratione͂ reddit Ariſtot. lib. primo proble. quinto, ubi quærit, cur iis qui per famem uitioſo cibo ueſcantur, crura tabeſcant. Sed D
præſtat uerba eiuſdem ſubſcribere, quæ ſic habent: Συντήκονται δὲ οἱ μὲν διὰ λιμὸν διὰ τὸ μὴ ὅλως λαμβάνειν τροφήν. οἱ δὲ κακοσιτοῦντες διὰ τὸ μηδὲν ἀπολαύειν ἧς ἀπολαμβάνουσι τροφῆς. quod eſt: Tabeſcunt quide͂ hi ob fame͂, eo quod nullum penitus capiunt nutrimentũ: illi uero uitio morbi pallent, quia eo quod aſſumpſerunt nutrimento, perfrui nequeunt. Præterea fuerunt in Aeno incolæ qui eruo potiſſimum ueſcebantur, & hi genuum dolore correpti ſunt: id quod propter ſucci quem generat prauitatem atq; craſſitiem factum eſt, qui ad genua, tanquam ad eas partes quæ aſſidue exercentur, decubuit. Et cum eruum prorſus prauum in corpore ſuccum efficiat, factum eſt ut boum ac aliarũ ferarũ duntaxat, & minime hominum, niſi magna urgente fame, cibus ſit. Hinc eſt quod Galen. lib. i. de alimen. facul. de eo ità ſcripſerit: οἱ βόες ἐσθίουσι τοὺς ὀρόβους παρ᾽ ἡμᾶς, καὶ τἆλλα πολλὰ τῶν ἐθνῶν, ὕδατι προγλυκανθέντας. οἱ δὲ ἄνθρωποι τελέως ἀπέχονται τοῦ σπέρματος τούτου, καὶ γὰρ ἀηδέστατον ἐστὶ καὶ κακόχυμον. ἐν λιμῷ δὲ ποτὲ μεγάλῳ, καθὰ καὶ Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ἐξ ἀνάγκης βιαίας ἐπ᾽ αὐτὸ παραγίνονται. hoc eſt: Boues apud nos, ut apud alias pleraſq; gentes, eruo in aqua edulcato ueſcuntur. Homines uero ab hoc ſemine penitus abſtinent: eſt enim & inſuauiſſimũ, & uitioſi ſucci. Porrò interdũ in immenſa fame, ſicut Hippoc. quoq; ſcripſit, ob uehemente͂ ac urgentè neceſſitate͂ ad ipſum confugiunt.

Aeni terra fertilis.

ὄσπρια.

4. uict. acut. 86.

Erui comeſtio.

Caluus

A *Caluus nō ſine magno errore ὀρόβοις pro piſo interpretatus eſt: quādo in confeſſo ſit, id quod piſum latinis dicitur, eſſe hoc quod græcis πίσου appellatur.*

APHORISMVS XII.

Vigilans circa exteriora manifeſte calidior eſt, circa uero interiora frigidior. Dormiens contrà.

Nihil aliud hoc loco docere conatur Hippoc. niſi id quod etiam quibuſdam alijs rerum naturalium ſtudioſis uiſum eſt, ſomnū atque uigilias ſecundum innati nobis caloris fieri motionem. Quemadmodū enim in uigilia natiuus calor ad exteriora diffunditur, adeoq́; illa calefacit, ſic in ſomno ad interiora uadit, ob id tum eadem quoq; calidiora, exteriora autē frigidiora, reddit. Id uerum eſſe multis ac uarijs argumentis colligere licebit. Primum, dum dormimus, multis indigemus operimentis ac ſtragulis, hyeme potiſsimū, ubi ambiens aer impenſe frigidus eſt: dum uero uigilamus, nihil horū, aut paucis admodum opus habemus. Quod ſanè non cōtingeret, niſi uigilantiū membra exteriora, quàm dormientium calidiora eſſent. Inſuper in ſomno maior eſt reſpiratio, quod ſcilicet circa corporis profundum plus caloris eſt. Deniq; concoctiones non tantum uentriculi, uerumetiam iecinoris & uenarum, dormientibus potius quàm uigilantibus fiunt, quod calor circa corporis interiora uerſetur. Caloris natiui in uigilia & ſomno motus.

B *Ideoq́; uehementer errant recentiores medici, qui in uniuerſum præcipiunt cœnam prandio minorem eſſe, cum è regione potius conueniat, ut in omnibus ferè prandium cœna minus ſit: ſicut multis demonſtrauimus lib. ij. Paradoxorum, cap. xx. Quod uero dormientibus interiora calidiora ſint, alibi etiam ijs uerbis monſtrauit Hippocrates: τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει. hoc eſt: Sanguis per ſomnum interiora magis petit. Fit itaq; hac ratione, ut in ſomno calor natiuus circa interiora fortior, & concoctio ipſa melior exiſtat. Atque hinc eſt quod hyeme etiam, quod tum innatus calor plurimus ſit, rectius concoctio procedat: id quod alibi etiam indicauit ijs uerbis Hippoc. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι. τροφῆς οὖν πλείονος δέονται, σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ ἀθληταί. quod eſt: Ventres hyeme & uere natura calidiſsimi ſunt, & ſomni longiſsimi. Itaq; per ea tempora cibi copioſiores dari debent, calorem enim innatum plurimū obtinent, unde & pleniori alimento indigent. Argumento ſunt ætates & athletæ. Sic etiam illi qui creſcunt, ob natiui caloris copiā pluribus nutrimentis opus habent, quemadmodum ibidem teſtatur Hippoc. ſic ſcribens: τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι ὀλίγον τὸ θερμόν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμά-*

Cœna non in uniuerſum prandio minor ſit.

Infra par. 5. aph. 29.

1. aph. 15.

APHORISMVS III. C

Cuidã inteſtinũ q̃d in dextra parte ſitũ eſt, ubi articulari morbo corripiebatur quietius erat, poſtquã uero ab illo ſanatus eſt, plus doluit.

Ex obſeruatione quadam colligit hoc loco Hippoc. quod dolor inteſtini, quod colon dicitur, interdum ubi articularis morbus inuaſerit, deſinat: & è regione, illo perſanato rurſus incipiat. Id certe quod ideo accidit: uitioſi humores ab inteſtinis ad articulos, & ab illis rurſus ad inteſtina, ueluti ad imbecilliores corporis partes, facileq́; ſuperuacua recipientes, repunt. Noſtris temporibus idipſum raro fieri uidetur: ſæpius uero quod colicus dolor in neruorum reſolutionem finiatur. Hinc cum non in uniuerſum quod hoc loco docet Hippoc. in omnibus cõtingat, adiecit, cuidam hocipſum euenisſe. Proinde colicum dolorem mitiorem facere articularẽ morbum, ex eorum numero eſt quæ ſæpe accidunt, quod facillimum ſit ad inferiora decumbere humores. Verum quod articulari morbo iam abeunte & perſanato reuertatur colicus dolor, id rariſſimum exiſtit, nec niſi in pauciſſimis accidit, dum fortè medicamentis uehementer frigidis ac reprimentibus quis intempeſtiue & immoderatius uſus, ad interiora humores retrocedere cogit. Porrò per inteſtinum dextra parte ſitum, colon eſſe intelligendũ, Galeno quoq; in cõmentarijs placet, quod ſcilicet à dextris ilijs oriatur. Sic enim Paulus Aegineta libro iij. cap. xliij. de hoc inteſtino tradit, dicens: Colon, cum pars ſit laxioris inteſtini, à dextra ilium regione procedens, ad ſiniſteriorẽ cincturæ modo percurrit. Qui locus deſumptus eſt ex lib. quarto de uſu partium Galeni, ubi in eum modum ſcribit: εἰς ἀριστερὰ τὸ κῶλον ἀποφύεται διὰ τῆς δεξιᾶς πρότερον ἀνενεχθὲν λαγόνος. hoc eſt: Colon ad ſiniſtra procedit per dextrũ prius ilium emerſum. D

Inteſtinũ dextra parte ſitum.

APHORISMVS IIII.

Agaſios cum adhuc eſſet puella, crebro ſpirabat: mulier uero facta non diu à partu leui dolore correpta eſt, cumq́ magnum leuaſſet pondus, confeſtim quidem in pectore aliquid crepuiſſe uiſum eſt. Poſtridie aſthmate laborauit, coxamq́ dextram doluit. Quum uero hanc doleret, tum etiam aſthmate laborabat: huius autem deſinente dolore, aſthma quoq; ceſſabat. Expuit ſpumoſa, per initia uero florida, deinceps autem billioſæ & tenui uomitioni aſſimilabantur. Dolores potiſſimum quando manu laboraret eueniebant. Huic allio, carne porcina, ouilla, bubulaq́ interdicere contuliſſet. Difficulter etiam ſpirantibus, clamore atq; iracundia abſtinere conuenit.

Rurſus hic hiſtoria inſerta eſt ab Hippocrate de Agaſio quadam, in qua ſingula quæ apud hanc conuerſatus obſeruauit, ordine recitat. Parum uero commodi ex eiuſmodi hiſtorijs quæ ſibi tantum in rerum à ſe obſeruatarum memoriam annotauit, ad lectores redire ſolet, quare breuiter illam percurremus.

A curremus. Agaſios ſanè cũ adhuc eſſet puella ac uirgo, necdum marito copulata uiueret (id enim κόρη Græcis eſt) crebrò ſpirabat, quod ſcilicet craſſi ac glutinoſi humores uias ſpirationi deſeruientes occupabant, uel tuberculum fortè nondum concoctum in pulmone conſiſtebat. Mulier tandem facta, cum iam difficulter ſpiraret, haud diu à partu leui dolore correpta eſt: neq; enim per uniuerſum corpus, ſed circa thoracem tantum dolorem ſentiebat: cumq; magnũ leuaſſet pondus, aliquid crepuiſſe in pectore uiſum eſt, fracto nimirũ iam, ut uериſimile eſt, intus tuberculo. Poſtridie humore qui iuxta tuberculum èrat, ad aſperam uſq; arteriam diſtributò, crebra ſpiratio aucta eſt, ita ut nõ ſimpliciter ſpiratione crebra, ſed iam planè aſthmate laboraret. Porrò quod dextra illi quoq; coxa doluerit, id fortaſsis mirum uidebitur. Non eſt itaq; quod putet quis coxæ dolorem planè iam poſtquam aſthma inuaſit incœpiſſe, cum antea coxa imbecillis exiſtens dolore affecta fuerit. Quia tamen natura in illam, utpote in partem cæteris imbecilliorem, ſuperuacua in thorace contenta detruſit, ideo dolor in ea uehementior factus eſt: id quod planè uerum eſſe euincunt ea quæ mox ſequuntur, dum ita ſcribit: Quum uero hanc doleret, tum etiam aſthmate laborabat: hoc eſt, eo tempore quo laborabat mulier aſthmate, coxæ quoq; dolor illi aderat, ita ut nihil mirum ſit om-
B nia ſuperuacua quæ circa thoracẽ detinebantur, in illam decubuiſſe tandẽ, & dolorem auctiorem factum eſſe. Coxæ itaq; tandem deſinente dolore, aſthma quoq; perfecte ceſſauit, eo quod mulier paulatim humores hos qui relicti in thorace erant, donec quod ad coxam decumbebat diſcuteretur, per ſputum excreabat. Qualia autẽ ſputa fuerint, iam refert dicens: Excreauit ſpumoſa: quibus ſanè uerbis pituitoſorum humorum abundantiã Hippocrates innuit. Per exordia tamen florida expuit, quod certe ruptionis tuberculi iam recens factæ indicium erat. Quæ uero deinceps excreauit, hæc certe bilioſa ac tenuia erant, ita ut mox inter initia, ſanguinea, deinceps bilioſa ac tenuia, tertio autẽ pituitoſa excreauerit, haud aliter quàm in alijs internis pectoris inflammationibus fieri ſolet, in quibus primũ omnium ſanguis ferè purus, deinceps tenuia, ac ultimo craſſa ac pituitoſa expuuntur. Inſuper cum manu laboraſſet, tum potiſsimũ illi dolores fiebant, ob conſenſum nimirũ partis affectæ. Nam cũ affectus in ſuperna thoracis parte conſtiterit, nihil mirum ſi manuũ labore pars affecta plus doluerit. Sic fortè etiam factũ eſt ut ob conſenſum, quandoquidem dextra thoracis parte tuberculum ruptum ſit, & rectitudinem, dextra quoq; coxa dolore affecta ſit. Poſt hæc uictus rationẽ quæ huic mulieri, alijsq; ſic affectis confert, ediſſerit. Abſtinere ſiquidem illis conuenit ab eſu allij, tanquam ab eo quod acre, ac corrodendi ui præditum eſt: carnis porcinæ, ouillæ, ac bubulæ, ueluti ualidis et cõcoctu difficilibus. In fine deniq; ſentẽtiæ

præter iam dicta alia duo annectit, quæ τοῖς δυσπνόοισι, hoc eſt, difficulter ſpirantibus uitanda eſſe præcipit, quorum primum clamor, alterum uero iracundia exiſtit: utrunque enim illos uehementer lædit. C
Clamor. Clamor ſiquidem non tantum uaſa rumpere, uerumetiã ſpirationis inſtrumẽta antea affecta, eò quod extenſionem, calorem, & inflationẽ in ipſis efficiat, lædere poteſt.
Iracundia. Iracundia quoque, ut metipſe infra docebit Hippocrates, calidum & humidũ ad cor &
Part.5.aph.9. pulmonem, ac alia ſpirationis inſtrumenta reuellit, ideoque difficulter ſpirantibus maxime fugienda. His autẽ exemplis innuere uult Hippocrates, illis ab omnibus acribus, concoctu difficilibus, & uitioſum in corpore ſuccum generantibus, ad hæc extenſionem ac calorem, inflationemque in reſpirationis inſtrumentis efficientibus, abſtinendum eſſe. Et ut planè illos à prædictis arcendos ſignificaret, uſus eſt ad id uerbo appoſitiſſimo εἴργεσθαι, quod Græcis uetare, prohibere, interdicereque denotat. Hinc εἴργεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος, hoc eſt, aqua & igne interdici, de proſcriptis dictũ eſt. Huius uerbi ſignificationem Caluus haud perſpectam habuit, eò quod hoc loco ab allio & bubula carne, illis dolorem eſſe ſedatum interpretatus eſt. Nec ſine magno errore purulentis pro difficulter ſpirantibus uertit. Inſuper ubi dicendũ erat, dolores maxime fiebant cum manu laboraret, hic manu dolorẽ monſtrauit, ineptiſſime interpretatus eſt. Lubens multa alia prætereo, quandoquidẽ D
pigeat toties de illius hominis erratis uerba facere. Conniuendũ tamen prorſus ad illa non erit, ut ſaltem græcæ linguæ oſores inde diſcant, quàm periculoſum ſit, præſertim in re medica, ubi corpori noſtro periculũ imminet, fidere interpreti. Ego ſanè modis omnibus cuperem Calui interpretationẽ eſſe penitus proſcriptã, ne ſcilicet imperitioribus & linguæ græcæ ignaris errandi occaſionem præberet.

APHORISMVS V.

Cui in capite iuxta aures tumor depaſcendo ſerpebat, huic alumen uſtum primum adaptatum eſt. Habuit & alium abſceſſum, fortaſſe quia os diſceſſurum erat, diſceſſitque ſexageſimum ſub aure, uulnus uero ſupernè ad uerticem erat.

Eſt hæc quoque ſententia ex earum numero quas ſibi tantum in rei obſeruatæ memoriam conſcripſit Hippocrates. Poterit tamen & nobis uſui eſſe, ſi modo ea quæ tradit diligenter expendamus. Refert autem alicui tumorem in
ἔπαρμα. capite iuxta aures ortum fuiſſe, id enim ἔπαρμα ſignificat, ut diximus in explicatione primæ ſententiæ huius particulæ: ab alijs παρώτις uocatur, quod propinquas ſemper depaſcendo partes latius ſerpebat: quapropter alumen uſtum, quod Dioſcoride lib.v.cap. ωϛζ. autore, πρὸς νομὰς ὠφελεῖ, id eſt, ad ea quæ depaſcendo ſerpunt, prodeſſe mirum in modum poteſt, adaptatum eſt.

A *tum eſt. At cum nõnihil fortè contuliſſet, factum tamen nihilominus ut alius abſceſſus erumperet, qui ita in caput graſſabatur, ut ob eum os etiam ſexageſimum quod ſub aure erat diſceſſerit. Sunt tamen qui ſexageſimũ interpretentur pro die ſexageſimo, à quo abſceßus primum ortus eſt. Non autem ab re eſt quod inquit: Vulnus ſupernè iuxta uerticem erat: ijs enim uerbis primum innuit, uulnus hoc à ſuperiore capitis parte ad inferiores uſque depaſcendo progreſſum eſſe. Dehinc uulnus hoc periculo non uacaſſe monſtrat: uulnera ſiquidem uerticis, ut autor eſt Hippoc. in eo quem de capitis uulneribus inſcripſit libro, cæteris perículoſiora ſunt: quem ſanè librum qui uulnera capitis probè curare deſiderat, diligenter moneo perlegat: nos ad alia progrediemur explicanda.*

APHORISMVS VI.

Craſſiora inteſtina homo canis inſtar habet, maiora tamẽ. Pendent ex meſocolo, hoc uero ex neruis à lumbis ſub uentre procedentibus.

Hanc quoq; ſententiam in memoriam theorematũ quæ ad diſſectionis partium corporis humani peritiam attinent, conſcripſit. Nam ſitum atq; formã craßiorum in homine inteſtinorum, quæ, nomen partis toti adhibens, κῶλα appellat, oſtendere conatur. Dicit autem illa in homine eſſe talia, qualia in κῶλα.
B *canibus ſunt, at maiora. Proculdubio Hippocrates canes quoq; diſſecuit, & quod hoc loco aſſerit, ita ſe habere comperit. Subiungit quoq;, ea ex meſocolo, quod & meſenterium dicitur, pendere. Vbi certe animaduertendum, μεσεντέριον καὶ μεσάραιον idem eſſe membrum, Galeno lib. ſexto anato. admi. autore: utrunq; tamen nomen ſibi ab accidentibus inditum eſt. Meſenterium nanq; à ſitu, quod in medio inteſtinorũ ſitum ſit: Meſaræon uero à peculiari ſubſtantia appellatum eſt, quod omnes uenas ex iecore in ipſum deſcendentes unà cum uicinis arterijs & neruis complectatur. Licet autem meſocolon & meſenterium idem ſignificent, in hoc tamen differunt, quod μεσεντέριον nomen magis eſt generale, quod ſcilicet utriſque inteſtinis tam tenuibus quàm craßioribus continuum ſit, inq; medio illorum ſitum illa dorſo annectit. Μεσόκωλον uero ſpecialius exiſtit, quod nimirum craßioribus tantum inteſtinis, quæ κῶλα hic, ut diximus, appellat, continuum eſt. Apparent itaq; in ijs aliquæ circunſcriptiones, potißimumq; ſegregari uidentur ſecundum uenas quæ in illis ſunt. Seorſim enim una uena in meſenterium, ut in commentarijs inquit Galenus, tenuium inteſtinorũ pertingit. Seorſim quoq; una in craßiorum inteſtinorum meſocolon ſcinditur. Atq; hinc eſt quod noſtri ſeculi medici, meſenterium bipartitum eſſe membrum (ſic enim loquuntur) ſcribant. Vnum quod in ſuperiore parte ad ieiunum, duodenum inteſtinum ſitum eſt. Alterum craßioribus inteſtinis annexum eſt, & eſt id quod meſocolon hoc*

Meſocolon. Meſenterium. Meſaræon.

loco uocat. Cæterũ in hac ſententia oſtendit ſitum eius membri quod Græcis C ἄρτημα τοῦ μεσεντερίου, καὶ μεσοκώλου, id eſt, appendiculum meſenterij dicitur. Situm nanq; eſſe circa lumbos, hoc eſt, renum regionem: ſub uentre, hoc eſt, pertingere ad unam uertebrarũ poſt ſeptum tranſuerſum, quæ uentriculo ſubiacet: id quod confirmant etiã ea quæ lib. ſexto anato. adminiſtra. ſcribit Galenus, hunc in modum: ὃ δὲ καὶ καλοῦσιν ἄρτημα μεσεντερίου συνδέσμου φύσιν ἔχον, ἀνατείνεται δὲ ἄχρι τῶν παρακειμένας ἔχον αὐτῷ τὰς ἀρτηρίας εἰς ἐκεῖνο τῆς ῥάχεως τὸ μέρος, ὃ μεταξὺ τῶν φρενῶν ἐστι καὶ τῶν νεφρῶν. quod eſt: Quod uero meſenterij appendiculum nominant, ligamenti naturam habet: ſurſum autem porrigitur, cui arteriæ in ea ſpinæ parte adiacent, quæ inter ſeptum tranſuerſum & renes habetur. Porrò cum appendiculum hoc ſubſtantia neruo ſimillimum ſit (quæcunq; enim ex oſſibus producuntur exanguia corpora neruis ſimilia exiſtunt) factum eſt ut etiam in præſenti loco neruorum appellationem illi indiderit Hippoc. Caluus in uertenda hac ſententia mirum in modum hallucinatus eſt, quod κῶλα pro capitis oſſibus interpretari auſus ſit. Etſi uero alia multa protentoſa etiam errata admiſerit, tamen ea attingere nõ placuit, quod illa lector ſtudioſus ſua cum græcis ac noſtris conferens, facile citra noſtram opem deprehendere queat. Verbum tamen ne unum quidem in hac ſententia intellexiſſe Caluũ euidentiſſimũ eſt. D

APHORISMVS VII.

Hęc ſunt in quibus ægrotantibus gratificandũ eſt, ut ſcilicet cibus & potus purè conficiantur: grata etiam ſint quæ uiderint, & mollia quæ attingunt. Reliqua non admodũ lædant, & facile reparabilia ſint: ueluti frigidę exhibitio, ubi ea opus fuerit, & alia. Sic introitus medici, ſermones, figura, ueſtitus, tonſura, ungues, odores, ęgroto grati ſint.

Multa ſanè ſunt, quæ etſi ægrotantibus nõ in uniuerſum conducant, eosq; lædant, tamẽ quia ijs delectantur, ideo minime deneganda ſunt. Hinc in aphoriſmis ſcriptum eſt: τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον. *hoc eſt: Potus & cibus paulò deterior, ſuauior autem, melioribus quidem ſed inſuauibus, eſt anteponendus. Ne tamen quiſpiam, indoctiſſimorum medicorum more, qui adulationibus ac aſſentationibus ſeſe paſſim uendunt, atq; adeò aurũ potius quàm ſalutem ægri ſitiunt, in omnibus ægroto eſſe gratificandũ exiſtimaret, Hippocrates in præſentiarum in quibus potiſſimum & quouſq; illi obſequendum ſit, ediſſerit. Proinde dexteritatem quandam, qua mediocritatem illam ne nimium indulgeat, aut penitus ægrum ab omnibus cupitis arceat, obſeruare poſſit, inſitam ſibi habeat medicus neceſſe eſt. Hinc rectiſſime ab Hippoc. in lib. de honeſtate dictum eſt:* χρὴ τὸν ἰητρὸν ἔχειν τινὰ εὐτραπελίην παρακειμένην.

2. aph. 38.

Medici adulatores.

A κειμένην. τὸ γὰρ αὐστηρὸν δυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι, καὶ τοῖσι νοσέουσι. quod eſt: *Medicus inſitam aliquam urbanitatem comitatémue habeat oportet. Nam auſteritatem & ſani & ægri auerſantur. Primum autem omniũ in quo ægrotanti obſequendum erit, eſt, ut tam cibus quàm potus qui illi offertur, purus ac mundus ſit: ſic enim auidius, maiorique cum uoluptate eoſdem aſſumit. Quæ autem cum uoluptate aſſumuntur, ea uentriculus amplexatur, citiusque cõcoquit. Vaſa itaque in quibus offeruntur cibi & potus, omnibus ſordibus careant. Proinde medicus ſummo ſtudio curet, ut miniſtri & aſsidentes ſingula pura et à ſordibus mundata ægrotantibus exhibeant, ſic enim maiori cum uoluptate hæc omnia excipient. Cæterũ grata ſint quoque alia omnia quæ uident, ideoque miniſtri adſint qui grati illis exiſtunt, & quibus cum uerſari delectantur. Omnia demum in ædibus in quibus decumbũt ita componantur, ut uiſui eorundẽ grata ſint. Sic ea quæ tangunt mollia ſint, minimeque moleſta. Quid multa? ſingula quæ uident, audiunt, guſtant, olfaciunt, & tangunt, talia ſint quæ illos oblectent. Nam quod duorũ tantum ſenſuum meminit, ideo factum eſt ut per illos reliquos etiam intelligeres. Porrò alia extra ea quæ iam dicta ſunt, in quibus ægroto gratificandum eſt, talia eſſe oportet quæ haud multum lædant. Quibus utique uerbis id innuit: ſi ægroto in-*

Cibi & potus munditiies.

Grata ſint quæ uident ægroti.

B *terdum aliquid quod parum conducat dandum eſt, ueluti contingit ubi rem aliquam uehementer appetunt, tum ſanè dandũ curet medicus, ubi ex eo noxã nõ admodum magni momenti futuram eſſe perſpectum habuerit, & ſi noxa quam infert facile reparari poſsit: hoc enim* εὐανάληπτον *Hippocrati eſt, teſte Galeno, qui ſignificare ait,* ταχέως ὑπεῖξαι δυνάμενον τοῖς βοηθήμασιν, ὡς ἐπανορθῶσαι τὴν γεγενημένην ἤδη βλάβην. *hoc eſt, id quod mox à medicamentis, ut ſcilicet illatam iam noxam corrigant, uinci poteſt. Quam ſanè dictionẽ Caluus inepte & ſatis obſcure, bene reſumptũ & retractum, interpretatus eſt. Sed hic admonendus nobis lector erit, eſſe quædã exemplaria in quibus ſcribatur* μὴ εὐανάληπτα: *quæ lectio ſi conſtabit, nõ bene reficientia ſignificabit, eritque ea ſententiæ pars ad cibos & potus referenda, ut ſit ſenſus: Cibus & potus in quibus ægro gratificamur, non bene reficiant, ac ualenter nutriant, impura ſiquidem illorum corpora ſunt. Hippocrate nanque teſte,* τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις. *id eſt: Corpora impura quo magis nutris, eo magis offendes. Hoc ſanè pacto* εὐανάληπτον, *à uerbo* ἀναλαμβάνω, *quod Latinis eſt reficio, recreo, ac refoueo, compoſitum erit. Hinc* ἀναληπτικὰ φάρμακα, *id eſt, medicamenta quæ recreandis defectis corporibus adhibentur. Et* ἀναληπτικὴ ἀναγωγὴ, *educatio uel uictus ratio uirium refocillatrix. Prior tamen interpretatio citra* μὴ *additionem Hippocratis menti magis quadrare*

εὐανάληπτον.

2. aph. 10.

ἀναλαμβάνω.

uidetur, maxime idipſum euincente exemplo quod ſtatim ſubijcitur, hoc nempe: Veluti frigidæ exhibitio, ubi ea opus fuerit. Nam ijs uerbis Hippoc. nihil aliud docere uult, niſi ut in exhibitione aquæ frigidæ id potiſſimum animaduertat medicus, ut ſi quando illa ægroto porrigenda ſit, nec tamen citra noxam, ne noxa tanta ex eius potione proueniat, quæ nullis poſthac remedijs uinci ac corrigi queat. Quod ſi itaq; corrigi poteſt, ægroto impenſe hanc deſiderante, haud denegari debet. Tum uero noxã nullã quæ reparari haud queat infert, quando æger frigidæ potioni aſſueuit, neq; uentriculi imbecillitas, aut membri alicuius quod principatũ habet in corpore, inflãmatio affuerit, ſicuti multis Galenus lib. nono ther. meth. declarat. Præter aquam frigidam & alia multa ſunt in quibus ægro gratificandũ erit, quando ſcilicet noxam quæ reparari poteſt inferunt, ſicut eſt uini potio, & huiuſmodi. Concedenda enim interdum, ægro uehementer expetente, uini potio, at non niſi ubi noxa quæ ex huius potione prouenit, talis ſit quæ corrigi poßit. Et hoc eſt quod per dictionem ἄγαι, quæ χάριτες refert, inſinuare uoluit Hippocrates, quaſi dixiſſet ἄγαι χάριτες τῷ νοσέοντι. Hactenus itaq; de ijs quæ in uictus ratione, miniſterio, alijsq; medico grata eſſe debent, recenſuit. Nunc etiã quo pacto ſeſe medicus gerere debeat ut gratus ſit ægroto, oſtendere conatur: decet nanq; C

1.aph.1. *ut ſeipſum etiam opportuna facientem exhibeat, quemadmodum alibi monet Hippoc. Primum autem in quo medicus gratificetur ægroto, eſt introitus,* D

Introitus medici ad ægrum. *qui certe neq; cum ſtrepitu, aut multo clamore, neq; indecenti greſſu, qualis hiſtrionum eſt, neq; ſuperbo aſpectu, ſed cum ea modeſtia quæ uirum prudentem atq; adeò medicum decet, fiat.*

Sermões medici. *Alterũ in quo ægro gratificetur medicus, ſermones ſunt: ideoq; in primis immodicam loquacitatem apud ægrum uitet, quando in confeſſo ſit, ægris iuxtà ac ſanis moleſtam eſſe garrulitatem. Proinde non temerè dictum eſt à Græcis,*

Medicus loquax. *ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος. quod eſt: Medicus loquax alter ægrotanti morbus. Quæ igitur neceſſaria ad medendi rationẽ exiſtunt, hæc tantũ medicus loquatur. Duros ſubinde ſermones caueat medicus,*

Non duriter reſpõdẽdũ ægroto. *neq; eos qui ſupra modum inſulſi ac ignaui ſunt imitetur, qui ad quæuis interrogata ægro duriter reſpondent: qualem fuiſſe Callianacta medicũ referunt: is enim interrogatus aliquando ab ægroto num moreretur, Homerico hoc carmine reſpondiſſe dicitur:*

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων. *quod eſt: Mortuus eſt & Patroclus qui te multo melior fuit. Neq; etiam decet ut medicus ſerui ritu ad omnia ægrotantis uitia conniueat, aut paraſiti more in ſermonibus ſuis illi aduletur, ſic enim contemptum ſibi conciliabit ægrotantis. Conſultum itaq; ne agreſtis aut aſper ſit, ut odio non habeatur: neq; nimis adulans, ne ſcilicet contemnatur: ita enim mediocritatem ipſam aſſequetur. Sermones ue-*

A mones uero quos apud ægrotantem habebit medicus, eiuſmodi fermè eſſe conuenit. Admoneat primum ægrotantē ut ſimul cum eo morbum ſtrenue oppugnet, occinatq́; ſibi illud Hippocraticum: δεῖ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς νοσέοντας. Et hoc quod in primo Epidemiων ſcriptum reliquit: ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων, ὁ ἰατρός. quod eſt: Ars medica ex tribus conſtat, morbo, ægrotante, & medico. Quod ſi itaq; unà cum eo officium ſuum facere pergat, optimam ſibi de conſequenda ſanitate ſpem eſſe. Et alia ijs ſimilia. Tertium in quo medicus ægroto gratificari debet, totius corporis figura exiſtit, qua in introitu ac ſeſſione uti conuenit. Ea certe talis ſit, ut neq; contemptum, neq; mollitiem, neq; ſuperbiam præ ſe ferat. Hinc eſt quod in lib. cui titulus eſt de honeſtate, ſic ſcripſerit: ἐν δὲ τῇ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης, καὶ καταστολῆς, καὶ περιστολῆς, καὶ ἀποκρίσιος, καὶ βραχυλογίης. quod eſt: In introitu meminiſſe oportet ſedilis, decoris habitus, ueſtis, interrogationis, & breuiloquentiæ. Quartū in quo medicū ægro oportet obſequi, eſt ueſtitus: qui utiq; mediocris ſit, nō nimiū neq; ſumptuoſus, ut ſuperbiā præ ſe ferat: neq; ſordidus, ut cōtemptū pariat. Et certe ueſtitus admodum exquiſitus mollitiem magnam declarat: ideoq́; medici qui mulierculαrum more ſe comunt, recte Germanico uocabulo Dantzmeidlen,

B hoc eſt, puellæ ad choream ducendam aptæ, nominantur. Sed ſunt qui ſe alio nomine, niſi purpurati exiſtant, pro medicis uendere non poſſunt: hinc recte ſimiæ in purpura dicuntur: præter enim ueſtitum, qui tamen plus iuſto mollior eſt, nihil habent quod medico dignum ſit. In ſumma, mediocritatem in omnibus iam dictis obſeruet medicus, memor quod in humorū mediocritate quoque conſiſtat ſanitas. Quintum in quo medicum gratificari conuenit ægroto, tonſura exiſtit. Proinde ſi cognouerit medicus ægrum gaudere capillis tonſis, indeq; aliquod ſanitatis ad illum redire cōmodum, facile in huius tonſurā conſentiat. Sin ægrum ab ea abhorrere uiderit, neq; alicuius momenti cōmodum ex eadem cōſequi ſperauerit, nequaq; hanc fieri præcipiat. Sextū locum inter ea in quibus ægro gratificandum eſt, ungues obtinent. Tam enim moroſe diligens eſt in exigenda munditie Hippoc. ut nec nimium eminentes, nec etiam nimium deficientes ungues medici eſſe uelit. Sic enim in libro de medici uulnerarij munere, qui Græcis κατ' ἰητρεῖον dicitur, ſcriptum reliquit: ὄνυχας μήτε ὑπερέχειν, μήτε ἐλλείπειν. hoc eſt: Vngues neq; eminere, neq; deficere oportet. Quū itaq; eam mediocritatē habuerint, tum uidentibus grati erunt, & quicquid illis tetigerint, hoc quoq; ægro minus nauſeabundum erit. Sin à mediocritate illa defecerint, tum ipſi quoq;, & quicquid tetigerint ingratum erit, ac nauſeam concitabit. Septimum in quo gratificari decet medicos ægrotantibus, eſt odor, non tantum oris, uerumetiam totius corporis. Proinde

Figura totius corporis.

Veſtitus.

Tonſura.

Vngues.

Odores.

ſummopere cauendũ erit ne fœtore aliquo aut ingrato odore ægrotantẽ offendamus. Quod ſanè præceptum Hippocratis negligunt in uniuerſum medici illi Hungarici, qui allijs ac cepis uſi, ægrotãtes inuiſunt, atq; adeò tetro hoc odore illis moleſti ſunt. Hinc eſt quod ab incolis eius oppidi appoſitiſſimo Alliati doctores. *uocabulo Germanicè Knoblochs Doctores, quod nunquã non allia expirent, appellantur. Et hos certe eò libentius hoc loci noto, quod ſciam & à Galeno in cõmentarijs notatos eſſe. Cauendum quoq; medico ne per temulentiã dum ægrum inuiſit, fœtorem uini exhalet, quod is non ſolum ægris, uerumetiam ſanis deteſtetur. Hinc eſt quod Hippocrates in libro de honeſtate tam accurate ægrum* ἀπὸ τῶν ὀσμῶν, μάλιστα δὲ ἀπ᾽ οἴνου, χειροτέρη γὰρ αὕτη, φυγεῖν καὶ μετατιθέναι. *id eſt, à fœtore, uini potiſſimũ, qui cæteris peior eſt, amoueri & transferi iubeat. Si uero ſunt qui hoc negligunt, ſimiles pro-*

Quintus medicus. *fecto exiſtunt Quinto medico, qui, ut refert Galenus, cum Romæ medicinã exerceret, diuitem quendam ac potentem uirum uinum olens acceſſit. Aegrotus uero febre cum immenſo capitis dolore correptus, uini fœtorẽ ferre haud potens, iuſſit ut longius ſecederet, nam ſibi moleſtum eſſe uini fœtorem. Quæ cũ modeſte dixiſſet ægrotus, Quintus tamen nihilominus ſtultè illi reſpondens, præcepit ut fœtorem hunc uini ſuſtineret, quandoquidem & ipſe febris ſuæ fœtorẽ ferret: cum tamen haud ſimile eſſet, aut febrẽ, aut uinum odorare.* D *Non eſt itaq; cur Quintum illum imitemur, imò fœtorem omnem ægris ingratum caueamus: ſic enim nobis illius amorem, atq; adeò optimam de nobis ſpem, quæ ad morbi amolitionem præcipua eſſe ſolet, conciliabimus. Caluus inepte & præter Hippocratis mentem poſtremam hanc ſententiæ partem ad ægrum retulit, ita paſſim peruerſor Hippocratis eſſe gaudet.*

APHORISMVS VIII.

Aqua ut frigida fiat minusq́ noceat, decocta poſtquam eſt aerẽ quidem ſuſcipiat. Vaſculum uero non plenum ſit, & operculum habeat.

Quum Hippocrates magnã huius libri partem ſibi tantum, in earum rerum quæ peregrinando obſeruarat memoriam, conſcripſerit, nihil mirum pleraſq; ſententias mutilas & imperfectas eſſe. Sic ſanè hæc etiã ſententia omni prorſus intellectu, niſi quod deeſt ſubſtituas, carebit. Cæterum docet hoc loco, quo pacto aqua arte quadam confici ac præparari queat ut frigida ſit, & minus ægrotantibus obſit. Neq; ſanè temerè, quando interdũ opus ſit ut frigidam hoc modo præparatam exhibeamus, quo ſcilicet potanti minus noceat. Duplex modus præparationis aquæ frigidæ. *Duplicẽ uerum modum ut aqua frigidior fiat, innuere uidetur. Primus eſt, ut aquam quam impenſe frigidam efficere conamur, prius decoquamus, ac poſtq; iam decocta eſt aeri frigido exponamus, ſic tamen ut uas in quo aqua cõtinetur apertũ maneat: et minime plenũ ſit, ut ſcilicet aerem frigidum ſuſcipere ua-*

A *pere ualeat. Decoctam autem eſſe prius duplici nomine conuenit. Primum, ut minus noceat: cũ nemo ſit qui neſciat, omnia ea quæ per ignem decocta ſunt, crudis minus nocere poſſe. Sic legumina, caules, ſemina, carnes, & omnia ferme alia quibus ueſcimur, antea elixantes & decoquentes, ad comeſtionẽ magis idonea efficimus. Decoquere autem eas potiſſimum aquas conuenit, quæ malignam aliquam in ſe habent qualitatem: ita enim minus nocebunt. Dein decoctam eſſe oportet aquam, quod ita uehementius ab aere frigido oppugnari poſſit, quod iam quàm antea fuerit per decoctionẽ reddita ſit tenuior. Duplici igitur ratione citius frigeſit, quod ſcilicet tenuior ſit, aeriſq; ambientis frigus in eam citius & facilius penetrare poſſit, & quod in aquam calidam, utpote ſuum contrarium, uehementius agat, illamq; ocyus alteret. Vt autem commodius aer frigidus aquam calidam penetrare queat, neceſſe eſt ut uas poſt decoctionem ipſam apertum ſit, & minime occluſum, quo aerem libere ſuſcipiat: id quod multo promptius continget ubi uas ipſum non plenum fuerit, ſic enim aer frigidus intra ſpatium quod eſt inter aquam & operculũ receptus, aquã uehementius refrigerare ualet. Ea ratione fit etiã ut uinũ in uaſe quod operculo caret, facile aceſcat, & multo ſanè citius ſi uas ipſum continens haud fuerit plenũ. Aer ſiquidem ſubintrans, facilius hoc in*

B *alienam qualitatem permutare poteſt. Præterea per hæc uerba, Et operculum habeat: alterũ modum præparationis aquæ frigidæ inſinuat, hũc nempe. Aquam decoctam in ſuo uaſculo detentam aliquo frigido extrinſecus circundamus, uerbi gratia, niue, aut glacie, uaſq; ipſum accurate obturamus. Ita apud Pragam, Bohemiæ celeberrimum oppidum, in maximis etiam æſtatis caloribus, uaſi glaciem undiquaq; circũponunt, quæ ſuo contactu efficit ut uinũ quod hoc tempore bibitur, ſit omnium frigidiſſimum. Hunc ſanè morem ſequitur hodie Illuſtriſſ. Princeps et dominus clementiſſ. Georgius Marchio Brandenburgenſis, qui hyemis tempore collecta multa glacie, atq; in ſpecu ſubterraneo ne liqueſiat conſeruata, illa in magnis æſtibus ad refrigeranda uina, magna multorum admiratione utitur. Pari ratione uas interdum in puteo ſuſpendimus, ut illud undiquaq; cõtingat aqua. Et hic ſanè modus in Germania multis familiariſſimus eſt, quod Germani præ cæteris nationibus frigido uino impenſius delectentur. Hanc rationem præparandi aquam frigidã monſtrat etiam Galenus lib. octauo ther. meth. ubi de roſacco infrigidando uerba faciens, ita ſcriptum reliquit:* ἐργάζεσθαι δὲ ψυχρὸν τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ μᾶλλον περιέχεται κρεμῶντας ἐν φρέατι ψαῦον τοῦ ὕδατος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰ κρουνὸς ὕδατος ψυχροῦ καταῤῥάττει τοῦ ἀγγείου ψύχει τὸ ὑγρόν. εἰ δὲ ἔτι πλέον ἐψύχθαι βούλοιο, χιόνι περιπλάττοις αὐτό. *hoc eſt: Efficies hoc frigidius, ſi uas in quo continetur in puteo ſuſpendas ut aquam*

Alter præparationis aquæ frigidæ modus.

Pragenſium conſuetudo.

tangat. Præterea magis humorē refrigerat, ſi fons aquæ frigidæ in uas decidat. Quod ſi largius refrigeratam cupias, niue ipſum circūdabis. Et in lib. ij. de ſimpl. med. facul. cap. vij. ubi de oleo infrigidando ſic ſcribit: σκευάζομεν δὲ καὶ τοῦτο παραπλησίως τῷ ὕδατι, θερμήναντες μὲν αὐτὸ πρότερον, οὕτως ἐν ἱσταμένῳ ἀκραιφνεῖ ψυχρῷ. εἰ δὲ κρουνὸς ὑπερκείμενος ἐπ' αὐτῷ καταῤῥέοι τῶν εἴη προεστεγνωμένου δηλονότι τοῦ περιέχοντος ἀγγείου τοὔλαιον, ἔτι καὶ μᾶλλον ἂν οὕτω ψυχρότερον ἐργασθείη. ψυχρὸν δ' ἱκανῶς γίνεται, κἀπειδὰν προθερμανθὲν ἐν φρέατι κρεμασθὲν ψαύῃς τοῦ ὕδατος. γίνεται μὲν γὰρ καὶ τὸ μὴ ψαῦον ψυχρὸν, ἀλλ' ἧττον. *quod eſt: Præparare illud ſolemus haud aliter atq; aquam, nempe prius excalefacientes, ac deinde aqua mergentes ſummè frigida. Si uero fons imminens in ipſum decidat, uaſculo nimirum cui ineſt oleum antè occluſo, adhuc multo frigidius ita reddetur. Satis ſuperq; etiam frigefeceris, ſi præcalfactū in puteum ſuſpendas, ut aquam contingat. Quanquam quod aquam nondum tangit, frigidum item euaſerit, ſed minus. Caluus hanc atq; mox ſequentes tres ſententias ita confudit & obſcurauit, ut nemo quantumuis ingenioſus has intelligere queat. Quod dicimus deprehendent qui illius ſomnia cum græcis, aut noſtra interpretatione conferre uelint.*

APHORISMVS IX.

Ex īmodica ſanguinis profuſione aqua inter cutē multi corripiunt.

Quod ex immodica ac copioſa ſanguinis profuſione ex quacunq; corporis parte facta, αἱμοῤῥαγίαις *Græci nominant, hydrops fiat, hac ſententia oſtendit Hippocrates. Nihil enim mirum ſi ob multam ſanguinis profuſionem natiuus extinguatur calor, ac concoctio ipſa imbecillis fiat, ac ſanguinis dein boni generatio impediatur. Sanguinis autem fruſtrationem aquam inter cutem ſequi, omnibus in confeſſo eſt. Hinc eſt quod Galenus lib. ij. de nat. facul. ita ſcriptum reliquerit:* πρώτη γὰρ αὕτη γένεσις ὑδέρων αἰτία, διὰ τὴν ἀποτυχίαν τῆς αἱματώσεως γιγνομένη. *quod eſt: Prima generandi hydropis cauſa ex ſanguificationis defectu fit. Sed quod ex immodica ſanguinis effuſione hydrops fiat, in eodem loco teſtatur Galenus ijs uerbis:* τότε μὴ διὰ τὸν σπλῆνα, μήτε δι' ἄλλο τι μόριον, ἀλλ' ἀεὶ διὰ τοὺς ἐν ἥπατι σκίῤῥους ὕδρους οἴεσθαι γίγνεσθαι, τελέως ἀργοῦ τὴν διάνοιαν ἀνθρώπου, καὶ μηδενὶ τῶν ὁσημέραι γιγνομένων παρακολουθοῦντος. ἐπὶ μέν γε χρονίαις αἱμοῤῥοΐσιν ἐπισχεθείσαις, ἢ διὰ κένωσιν ἄμετρον εἰς ψύξιν ἐσχάτην ἀγούσαις τοὺς ἀνθρώπους, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἤδη τεθεάμεθα συστάντας ὑδέρους. ὥσπερ γε καὶ γυναιξὶν ἥτε καὶ ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ καθάρσεως ἀπώλεια παντελὴς, καὶ ἄμετρος κένωσις, ὅταν αἱμοῤῥαγήσωσι ποτὲ αἱ μῆτραι σφοδρῶς, ἐπεκαλέσαντο πολλάκις ὕδρους. *hoc eſt: Iam*

A eſt: Iam quod nec uitio lienis, neque alterius cuiuſquam particulæ, ſed perpetuò ex iecinoris duritie fieri aquam inter cutem exiſtimat, prorſus eſt hominis intelligentia ſecordis, nec quicquam corũ quæ quotidie fiunt aſſequentis. Siquidem ex diuturnis hæmorrhoidibus ſuppreſſis, uel immodica uacuatione ad extremam frigiditatem hominem ducentibus, non ſemel aut bis, ſed multoties iam aquam inter cutem collectam uidimus. Sicuti mulieribus quoq;, tum menſtruæ purgationis omnimoda ceſſatio, tum immodica uacuatio, cum ſcilicet nimio ſanguinis profluuio laborarunt, ſæpe hydropem accerſerunt. Nec diſſentiunt à iam dictis quæ ſcribit lib. quinto de affe. lo. cap. ſexto, quæ diligens lector perluſtrare poterit, ſi per nos citatis contentus haud fuerit. Caluus hanc ſententiam prorſus omiſit.

APHORISMVS X.

Si qualia purgari oportet purgentur, tum facile ferunt.

Hæc ſententia in multis alijs locis ab Hippoc. repetitur, potiſſimum aũt in aphoriſmis. Videtur autem hoc loco occaſionem à præcedenti ſumpſiſſe ſententia, in qua immodicam ſanguinis profuſionem aquam inter cutem efficere monſtrauit. Ne enim medicum, donec immodicè ſanguis profluat, & æger in hydropis periculum ueniat, conniuere contingat, hic aliquod ſignum, in quod
B *ueluti in ſcopum aliquem reſpiciat, proponere uoluit, tolerantiæ facilitatem.* Scopus euacuationis.
Vt itaq; recti iudicij teſtimonium ferre ſolet tolerantiæ facilitas, ſic erroris, difficultas. Quouſq; enim infeſtantes humores uacuantur, eouſq; facile tolerabunt ægrotãtes. Si quid uero aliud, & nõ quod moleſtat euacuatur, tum certe male & difficulter tolerare ægrum neceſſarium eſt. Proinde ſi ſanguinis effuſionem, ex quacunq; illa corporis parte proceſſerit, ægrum moleſte ferre animaduerterit medicus, tum illico hanc ſupprimat: ita enim aquæ inter cutem periculum euitabit.

APHORISMVS IX.

In Aeno maribus & fœminis legumina aſſiduò comedentibus imbecillitates crurum acciderunt & perſeuerabant. Atqui eruo ueſcentibus genua dolore afficiebantur.

Ab exemplo eorum qui in Aeno habitabant, leguminum aſſiduum uſum eſſe pernicioſum oſtendit. Eſt autem Aenus, Plinio lib. quarto, cap. xi. autore, Thraciæ oppidum, & ut Mela lib. ſecundo tradit, ab Aeneo profugo conditum. In ſecundo Epid. lib. ſect. quarta, ubi quoq; hæc habetur ſententia, additum eſt ἐν λιμῷ, hunc in modum: ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγοῦντες ἐν λιμῷ ξυνεχέως &c. licet Aſulanum exemplar, utpote mendoſiſſimum, ἐναίμῳ perperàm habeat. Non autem temerè ἐν λιμῷ, id eſt, in fame, adiectũ eſt: ijs enim uerbis ſummam neceſſitatem, quæ eos qui in Aeno habitabant, Aenus.

ut leguminibus uesceventur coegit, indicare uoluit. Cum enim oppidum hoc, C
Herodoto libro quarto teſte, iuxta Hebri oſtia ſitum ſit, fertilis quoque terra illud circumiacens ſit oportet, quod ſuis perfuſionibus urbes quas alluit Hebrus fœcundiſsimas facere ſoleat. Proinde cum eius oppidi incolas ob ter
Aeni terra fertilis. *ræ fertilitatem frumentis abundaſſe euidentiſsimũ ſit, facile quiſq; coniectare poteſt, eos non niſi ſumma fame compulſos eſitaſſe legumina. Cæterum Ga-*
ὄσπρεια. *leno lib. primo de alim. facul. autore,* ὄσπρεια καλοῦσιν ἐκεῖνα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται. *quod eſt: Legumina appellant ea cerealium ſeminũ ex quibus non conficitur panis. Hæc autem omnia*
4. vict. acut. 86. *eſſe uitioſa, alibi etiã monſtrauit Hippoc. ubi ſic ſcriptum reliquit:* ὄσπρεια δὲ πάντα φυσώδεα καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ καὶ πεφυγμένα, ἥκιστα δὲ βεβρεγμένα ἢ χλωρά, τουτέοισι δὲ μὴ χρέεσθαι εἰ μὴ μετὰ σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδίας μοχθηρείας ἕκαστον αὐτέων. *hoc eſt: Legumina omnia flatuoſa ſunt & cruda & cocta & fricta, minimũ uero macerata, uel uiridia. His autem utendum non eſt, niſi cum cibis. Sed ſingula horum ſuum habent uitium. Cum igitur legumina omnia concoctu facilia ſint, & parum nutriant, quid mirum ſi leguminibus ueſcentibus crura, utpote conuenienti alimento deſtituta, imbecillia fiant? Hanc quoq; rationẽ reddit Ariſtot. lib. primo proble. quinto, ubi quærit, cur iis qui per famem uitioſo cibo ueſcantur, crura tabeſcant. Sed* D
præſtat uerba eiuſdem ſubſcribere, quæ ſic habent: συντήκονται δὲ οἱ μὲν διὰ λιμὸν διὰ τὸ μὴ ὅλως λαμβάνειν τροφήν. οἱ δὲ ὠχριῶντες διὰ τὸ μηδὲν ἀπολαύειν ἧς ἀπολαμβάνουσι τροφῆς. *quod eſt: Tabeſcunt quidẽ hi ob famẽ, eo quod nullum penitus capiunt nutrimentũ: illi uero uitio morbi pallent, quia eo quod aſſumpſerunt nutrimento, perfrui nequeunt. Præterea*
Erui comestio. *fuerunt in Aeno incolæ qui eruo potiſſimum ueſcebantur, & hi genuum dolore correpti ſunt: id quod propter ſucci quem generat prauitatem atq; craſſitiem factum eſt, qui ad genua, tanquam ad eas partes quæ aſsidue exercentur, decubuit. Et cum eruum prorſus prauum in corpore ſuccum efficiat, factum eſt ut boum ac aliarũ ferarũ duntaxat, & minime hominum, niſi magna urgente fame, cibus ſit. Hinc eſt quod Galen. lib. i. de alimen. facul. de eo ità ſcripſerit:* οἱ βόες ἐσθίουσι τοὺς ὀρόβους παρ' ἡμᾶς, καὶ τἄλλα πολλὰ τῶν ἐθνῶν, ὕδατι προγλυκανθέντας. οἱ δὲ ἄνθρωποι τελέως ἀπέχονται τοῦ σπέρματος τούτου, καὶ γὰρ ἀηδέστατόν ἐστι καὶ κακόχυμον. ἐν λιμῷ δέ ποτε μεγάλῳ, καθὰ καὶ Ἱπποκράτης ἔγραψεν, ὑπ' ἀνάγκης βιαίας ἐπ' αὐτὸ παραγίνονται. *hoc eſt: Boues apud nos, ut apud alias pleraſq; gentes, eruo in aqua edulcato ueſcuntur. Homines uero ab hoc ſemine penitus abſtinent: eſt enim & inſuauiſsimũ, & uitioſi ſucci. Porrò interdũ in immenſa fame, ſicut Hippoc. quoq; ſcripſit, ob uehementẽ ac urgentẽ neceſsitatẽ ad ipſum confugiunt.*

Caluus

A *Caluus nõ ſine magno errore ὀρόβοις pro piſo interpretatus eſt: quãdo in confeſſo ſit, id quod piſum latinis dicitur, eſſe hoc quod græcis πίσον appellatur.*

APHORISMVS XII.

Vigilans circa exteriora manifeſte calidior eſt, circa uero interiora frigidior. Dormiens contrà.

Nihil aliud hoc loco docere conatur Hippoc. niſi id quod etiam quibuſdam alijs rerum naturalium ſtudioſis uiſum eſt, ſomnũ atque uigilias ſecundum innati nobis caloris fieri motionem. Quemadmodũ enim in uigilia natiuus calor ad exteriora diffunditur, adeoq́ illa calefacit, ſic in ſomno ad interiora uadit, ob id tum eadem quoq; calidiora, exteriora autẽ frigidiora, reddit. Id uerum eſſe multis ac uarijs argumentis colligere licebit. Primum, dum dormimus, multis indigemus operimentis ac ſtragulis, hyeme potiſſimũ, ubi ambiens aer impenſe frigidus eſt: dum uero uigilamus, nihil horũ, aut paucis admodum opus habemus. Quod ſanè non cõtingeret, niſi uigilantiũ membra exteriora, quàm dormientium calidiora eſſent. Inſuper in ſomno maior eſt reſpiratio, quod ſcilicet circa corporis profundum plus caloris eſt. Deniq; concoctiones non tantum uentriculi, uerumetiam iecinoris & uenarum, dormientibus potius quàm uigilantibus fiunt, quod calor circa corporis interiora uerſetur.

Caloris natiui in uigilia & ſomno motus.

B *ſetur. Ideoq́ uehementer errant recentiores medici, qui in uniuerſum præcipiunt cœnam prandio minorem eſſe, cum è regione potius conueniat, ut in omnibus ferè prandium cœna minus ſit: ſicut multis demonſtrauimus lib. ij. Paradoxorum, cap. xx. Quod uero dormientibus interiora calidiora ſint, alibi etiam ijs uerbis monſtrauit Hippocrates: τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει. hoc eſt: Sanguis per ſomnum interiora magis petit. Fit itaq; hac ratione, ut in ſomno calor natiuus circa interiora fortior, & concoctio ipſa melior exiſtat. Atque hinc eſt quod hyeme etiam, quod tum innatus calor plurimus ſit, rectius concoctio procedat: id quod alibi etiam indicauit ijs uerbis Hippoc. αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι. τροφῆς οὖν πλείονος δέονται, σημεῖον αἱ ἡλικίαι καὶ ἀθληταί. quod eſt: Ventres hyeme & uere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi. Itaq; per ea tempora cibi copioſiores dari debent, calorem enim innatum plurimũ obtinent, unde & pleniori alimento indigent. Argumento ſunt ætates & athletæ. Sic etiam illi qui creſcunt, ob natiui caloris copiã pluribus nutrimentis opus habent, quemadmodum ibidem teſtatur Hippoc. ſic ſcribens: τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μή, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται, γέρουσι ὀλίγον τὸ θερμόν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτ*

Cœna non in uniuerſum prandio minor ſit.

Infra par. 5. aph. 29.

1. aph. 15.

τωρς δέοντα. hoc eſt: Qui creſcunt, plurimũ caloris innati obtinent: plurimo itaq; nutrimẽto indigent, alioqui corpus abſumitur. Senibus uero parum caloris ineſt, ob eam rem paucis quoq; fomitibus egent. Cæterũ in uigilia interiora eſſe frigidiora euidentiſſimũ argumentũ eſt, quod concoctionem, quæ à calore fit natiuo copioſo, impedit. Impedire autem uigiliam concoctionẽ, teſtatur in primis Hippoc. qui alibi ſic ſcriptũ reliquit: ἀγρυπνίη ἰσχυρὴ πόμα καὶ σιτία ὠμὰ καὶ ἀπεπτότερα ποιεῖ. id eſt: Vehemens uigilia potus cibosq; tum crudos, tum incoctos reddit. Et rurſus lib. ij. de uict. ratione, ubi in hunc modũ ſcribit: ἀγρυπνίη δὲ ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει. quod eſt: Vigilia in copia ciborũ obeſt. Caluus certe hanc ſententiam planè corrumpit, dum ſic interpretatur: Quin & cum aperte uigilat languẽs, perſpicito num foris caleat, intus frigeat: cum uero dormit, contrà. Nam Hippoc. nihil dubitans ſimpliciter pronunciat ἐμφανέως, hoc eſt, ut Galen. interpretatur, φανερῶς καὶ ἐπιδήλως, id eſt, aperte & manifeſte uigilantem circa exteriora calidiorem, interiora autem frigidiorẽ eſſe, adeò ut ad eam rem cognoſcendam multa conſideratione non opus ſit.

In uigilia interiora frigidiora.

2. uict. acut. 59.

C

APHORISMVS XIII.

Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, quiesq; conuenit.

D

Naturæ calidæ quæ.

In hac ſententia Hippoc. mira quadam breuitate ſummã uictus rationis quæ calidis naturis confert, deſcribit. Naturas uero calidas Hippoc. appellare conſueuit, nõ eas in quibus natiuus abũdat calor, ſed acris potius ac mordax, qui utiq; acquiſititius ac præter naturam calor eſt. Teſtis in cõm. Galenus, qui hunc in modum ſcribit: τὰς ἐνθέρμους φύσεις ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ταύτας ἐν αἷς οὐ τὸ σύμφυτον πλεονάζει θερμὸν, ἀλλὰ τὸ δριμὺ καὶ δακνῶδες, ὅπερ ἐπίκτητόν τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶ νομίζει. Et in lib. x. ther. meth. ubi ita ſcriptũ reliquit: λέγω δὲ ἑξῆς θερμὰς καὶ ξηρὰς οὐ μόνους ὅταν ἐκ ἀρχῆς ὦσι τοιαῦται κατὰ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐκ ὑστέρου γενηθῶσιν ἐκ διαίτης θερμῆς καὶ ξηρᾶς, καὶ κινήσεως πλειόνων, ἀγρυπνίας τε καὶ φροντίδος, καὶ λύπης καὶ χωρίου θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ ὥρας θερινῆς, καὶ καταστάσεως θερμῆς καὶ ξηρᾶς. quod eſt: Calidas & ſiccas naturas uoco non ſolum quæ à primo ortu tales ex proprio temperamento ſunt, ſed etiam quæ deinceps ex calida ſiccaq; uictus ratione, & plurima motione, uigilia, cura, triſtitia, regiõe calida & ſicca, tempore æſtiuo, ac cœli ſtatu calido ſiccoq; fiunt. Eiuſmodi igitur naturis plus iuſto calidis, ea uictus ratio cuius hoc loco Hippoc. meminit, cõfert. Primũ autẽ omniũ refrigeratio quæ fit per cibos frigida facultate præditos, ſicut eſt lactuca, intybus, & ſonchus, illis conducit. Nec minus frigida regio: quod aer frigidus inſpiratus calorem immodicum mitiorem quoq; reddere queat. Sic iiſdem non parum profuerit quotidie

Refrigeratio.

dulcium

A dulcium aquarũ balneis, non ſemel, ſed multoties ubi uoluerint, uti: nam hæc ipſa potentia refrigerant, ut etiam teſtatur Galenus libro primo ad Glauconem, ubi de tertianæ curatione tractans, inter cætera ſic ſcribit: λουτρὰ δὲ θερμὰ δι' ὕδατος ποτίμου, τὸ μὲν τῷ κενοῦν τι χολῆς ἀπάγοντα, τὸ δέ τι καὶ τῇ ποιότητι μεγάλως ὀνίνησιν, ὑγραίνει γὰρ καὶ ψύχει κατὰ δύναμιν ὅσα τοιαῦτα λουτρά. id eſt: Balnea calida ex aqua potabili, tum quia bilis aliquid uacuant, tum etiam ſua qualitate plurimũ iuuant: humectant enim ac potentia refrigerant omnia eiuſmodi balnea. Plura eius rei teſtimonia collegimus libro ſecundo Paradox. capite decimo. Alterum quod calidis naturis conuenit, eſt potus aquæ. Id quod ſanè non ita accipias, quaſi in uniuerſum illis uini uſu interdicat, cum conſtet ſatis ex ijs quæ alibi ſcribit, Hippocratem in acutis etiam febribus uini potionem non prorſus damnaſſe. Dari itaq; poteſt uinũ ijs naturis, at non niſi aquoſum. Hoc ſanè Galenus in cõmentarijs ijs uerbis innuere uoluit: καὶ πίνειν κελευστέον ἤτοι γ' ὑδαρὲς, ἢ ὕδωρ αὐτό. quod eſt: Et præcipiendum ut bibant aut aquoſum, aut aquam ipſam. Aquoſum uero uinum nonnullis qui tali natura præditi ſunt, eſſe propinandum, idem Galenus copioſius monſtrat libro octauo thera. method. ubi ſententiam hanc Hippocratis enarrans ita inquit: οἶνον δὲ πίνειν γινώσκεις B δήπου καὶ σὺ διδόντα με τοῖς τοιούτοις ἅπασι τὸν ὑδατώδη καὶ ὄψει καὶ δυνάμει. βελτίων γὰρ ὕδατος αὐτὸς τὰ πάντα τῇ πέψει συναιρόμενος, καὶ οὖρα καὶ ἱδρῶτας προτρέπων. δῆλος δ' ἐστὶ καὶ ὁ Ἱπποκράτης οὐ μόνον ἐν τοῖς ἐφημέροις πυρετοῖς, ἀλλὰ κἂν τοῖς ὀξέσι διδοὺς οἶνον, ἐξ ὧν ἐν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων γράφει. κατὰ δὲ τὸ ἕκτον τῶν ἐπιδημιῶν, εἴτ' οὖν αὐτὸς, εἴτε καὶ Θεσσαλὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ, παραιτεῖται τὸν οἶνον, οὐ μόνον εἰ πυρέξειαν οἱ θερμοὶ ταῖς κράσεσιν, ἀλλὰ κἂν τῷ ὑγείας χρόνῳ. ἐν θερμῇ γοῦν φύσει παραινεῖ, ψύξιν τε καὶ ποτὸν ὕδωρ, καὶ ἐλινύειν, εἰ μὴ ἄρα τὸ πλείονι χρῆσθαι τῷ ὕδατι τοῦ οἴνου κατὰ τὰς τοιαύτας φύσεις, ἤπερ ἀρέσκει τισὶ φαινόμενον ὑπ' αὐτοῦ παραινεῖσθαι. quod eſt: Vinum ipſe noſti utiq; me in omnibus eiuſmodi naturis exhibere & aſpectu & uiribus aquoſum: id enim ad omnia melius quàm aqua eſt, utpote concoctionẽ iuuans, & urinas & ſudores prouocans. Conſtat autem Hippocratem non in diarijs modo febribus, uerum etiam in acutis, ex ijs quæ de acutorum uictu ſcribit, uinum dare. At in ſexto Epidemiωn, ſiue ipſe ſit, ſiue Theſſalus filius eius, calidis temperamentis non modo cum febricitant, ſed etiam per ſanitatem, uinum prohibet. In calida ſiquidem natura ſuadet tum refrigerationem, tum aquæ potionem, tum quietem. Niſi fortè copioſius utendum eſſe aqua quàm uino eiuſmodi naturis ſuadere eum dixeris. Tertium quod calidis naturis cõfert eſt quies, non ea quidem quæ uniuerſam motionem ad conſuetas actiones

Balneæ aquæ dulcis refrigerant.

Aquæ potus.

Quies.

neceſſariam ſecludit, ſed ea potius quæ exercitijs atq; motionibus uehementibus contraria eſt. Proinde nihil aliud hac dictione innuere uoluit, niſi quod calidis naturis uehementia exercitia haud conducant. Teſtis eſt Galenus, qui lib. quinto de tuenda uale. locum hunc explicans ſic ſcribit: οὔκουν δὴ τὶς ὑπὸ παντελοῦς ἀργίας ὀνινάμενος, ἀλλ᾽ ὅταν ἐλινύειν ταῖς θερμαῖς φύσεσιν ὁ Ἱπποκράτης συμβουλεύῃ, τῶν σφοδρῶν κινήσεων ἀπέχεσθαι κωλύει. *hoc eſt: Non igitur ex ipſo in totum otio quiſquam adiutus eſt, ſed quum quietem agere calidis naturis Hippoc. ſuadet, uehementi motione uti uetat. Abſtinere uero eiuſmodi natura præditis non tantũ ab exercitijs uehementibus quæ corpus calefaciunt, ſed etiam ira, cura, triſtitia, & id genus alijs animi affectibus corpus exiccantibus, oportet. Caluus monſtroſiſſimã eius ſententiæ effinxit interpretationem, hanc nimirum: Si calor ille naturalis eſt refrigerato, loco perflato ſomnum capito, gelidum propinato: ſi uero naturaliter frigeat, foueto. Nulla enim planè hoc loco Hippocrati de natiuo calore, ſed duntaxat de acri & mordaci, ut diximus, ſermo eſt. Vt iterum luce clarius ſit, Caluum in manifeſtiſſimis etiam pueriliter lapſum eſſe.*

APHORISMVS XIIII.

Somnus ueſtimentis indutum refrigerat.

Interpretes ueteres hanc Hippoc. ſententiã uarijs interpretati ſunt modis. Primus is eſt, quem nos in noſtra uerſione ſecuti ſumus, quod nimirum ſomnus ita interdum comparari queat, ut interiora corporis refrigeret. Re- D

Somnus quando refrigeret. *frigerabit autem, quando quis ueſtimentis indutus, ac amiculis tectus in loco frigido dormierit: ſic enim interiora corporis ob attracti aeris ambientis frigidi inſpirationem refrigerari primum neceſſe eſt. Verum cum ambiẽs aer frigidus, ea quæ in extima corporis ſuperficie exiſtunt refrigeret, atq; adeò natiuum in ijs calorem ad interiora pellat, fit ut indumentis quibuſdam calefacientibus opus ſit, quibus ad cutem calor reuellatur: id ubi factum fuerit, tum nõ ſolum per inſpirationẽ frigidi aeris, uerumetiam per reuocationẽ caloris ad exteriora, quã indumenta ipſa efficiunt, corpus refrigerabitur, atq; ad mediocritatem perducetur. Et iuxta hanc explanationem in hunc modum*

ἐμψύχει. *ſcribenda ſententia erit:* ὕπνος ἐμψύχει ἐπιβεβλημένῳ. *ita ut* ἐμψύχει *hoc loco unum ſit uerbũ, idemq; ac* καταψύχει, *quod Latinis refrigerat eſt, ualeat.* ἐπιβεβλημένῳ *autem ab* ἐπιβάλλομαι *participium eſt, quod Latinis induor ſignificat. Poteſt uero et hæc ſententia priori copulari, ita ut* ἐν ψύχει *ſint duæ dictiones, & ſermo in uniuerſum talis ſit:* ἐν θερμῇ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν, ὕπνους ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ. *hoc eſt: Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potus, quies, in frigido loco et ab induto factus ſomnus, confert. Et hoc modo interpretatur Galenus ſententiam.*

Perutile

A *Perutile eſt ſiquidem ijs qui calidum temperamentū obtinent, in frigido cubare loco, ut nimirum, quemadmodū antea quoq; diximus, frigidum inſpirent aerem, qui calorem per ſomnū ad interiora repentē temperare queat. Neq; tamen ſatis eſt in frigido dormire loco, niſi corpus ueſtibus ac ſtragulis, quæ ab interioribus ad exteriora reuocare calorē innatū poſſunt, operiatur. Adeoq; interpretatio hæc à priori in hoc tantū diſtat, quod prior de omnib. indiſcriminatim, hæc uero de ijs tantū qui calida natura præditi ſunt loquatur.*

APHORISMVS XV.

Profundus ſomnus ſtanti quoq; dormiendi cupiditatem affert.

Hac ſententia Hippocrates modum quendam ad ſomnū alliciendum nobis præſcribit, quo licebit uti in ijs qui ob diuerſas animi curas per integram noctem dormire neſciunt. His ſiquidem præcipiendū eſt, ut planè per unam aut alteram noctem, & eouſq; quo præ nimia dormiendi cupiditate ſtare uix queant, uigilent: ſic enim profundo mox capientur ſomno. Hac ſanè ratione Galenus in cōmentarijs ſeſe quoq; uſum eſſe ſcribit, multosq; mox ad ſomnū ſe apparantes aliquandiu uigilare cogens, ut longiore poſthac dormirent tempore effecit. Nuſquam autem non animaduertat medicus, ut naturam non intempeſtiue urgeat, ſed ſuo potius tempore ſuppetias huic ferat. Caluus ſuo Somnus quo pacto alliciendus. Natura non cogenda.

B *more miſerè hanc Hippocratis ſententiam obſcurauit, dum in hunc modum interpretatus eſt: Si cum morbo laborat, ſtatus firmusq; ſit'ne ſomnus, cum autem ſtat non dormitúe, ſoporatús ne ſit. Quibus uerbis quid ſignificare uoluerit, arbitror & Caluum ipſum ignoraſſe. Quo uero pacto dum æger cum morbo luctatur firmus ac cōſtans ſomnus eſſe poſſit, non uideo, cum hoc tempore noctes omnium ſint grauiſſimæ, & maxime inſomnes: id quod alibi teſtatur Hippocrates ijs uerbis:* ὁκόσοισι ἡ κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ, ἡ δ᾽ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Quod addit deinceps, quando autem ſtat non dormit &c. Hippocrati ne per ſomnium quidem in mentem uenit. Sed quid attinet toties tibi deliniare Caluum, qui iam nemini non notus eſſe cœpit.* 2. aph. 12.

APHORISMVS XVI.

Debilis uictus frigidus, ualidus uero calidus exiſtit.

Facilis eſt huius ſententiæ explanatio, ubi quid per uictū primo, & deinceps quid per debilem ac ualidum uictum intellexerit Hippoc. nobis conſtiterit. Victum uero hoc loco nihil aliud niſi cibum & potum appellauit. Debilem uero uictum dixit cibum & potum paucum corpori præbentia nutrimentum, uel uehementem nullam qualitatem obtinentia. Validum contrà, qui priori planè contrarius eſt, nempe qui copioſe nutrit, aut uehementi aliqua præditus eſt qualitate. In prima ſignificatione uſus eſt Cornelius Celſus, Debilis uictus. Validus uictus.

lib. ij. cap. xvij. ubi ualentem cibum eſſe ait, in quo plurimũ alimenti eſt: imbe C
cillem è regione, in quo parum. Eius itaq; generis cibus & potus calefacere uel infrigidare poſſe corpora noſtra, omnium euidentiſſimũ eſt. Si enim plurimum nutriunt, tum etiam calefaciunt: omne enim nutrimentũ, Galeno lib. iij. de temp. autore, quatenus nutrimentũ eſt, animalis calorem auget. Quod
Frigidus uictus qui. *ſi uero parum nutriũt, tum certe temperatura ſua frigida erunt. Frigidi igitur cibus & potus hoc loco dicuntur, quod uel ſua temperatura tales ſint, uel quod affectum frigidum in nobis procreare queant. Sic certe lactuca & alia eius generis olera, Galeno lib. ij. de alimen. facul. teſte, pauciſſimũ ſanguinem generant: adeoq; parum nutrientia, frigidum & humidum ſuccum proferunt. Porrò dici quoq; debilem uictum, qui neque odorem uehementem obtinet, neq; in guſtu aliquam acrem, aut dulcem, aut ſalſam, aut amaram, aut acerbã qualitatem præ ſe fert, & in cõmentarijs, & alibi quoq;, ubi quid per infirmiſſimã ptiſanam intellexerit Hippoc. explicat, in hunc modũ ſcribens teſtatur Ga-*
Lib. 1. uict. acut. cõm. 30. *lenus:* ὃ δὲ ἐπὶ τῷ τέλει τῆς ῥήσεως εἶπεν, ὀνομάσας ἀσθενεστάτην τὴν οὕτως ἑψημένην, εἰ μηδὲν προειρήκει περὶ αὐτῆς ὡς εὐπεπτοτάτης, ἕτοιμον ἂν ἦν φάναι πρὸς τὴν ἐν τῇ γαστρὶ κατεργαζομένην ὑπὸ τῆς γαστρὸς, καὶ μεταβαλλομένην. ἐπεὶ δὲ τοῦτο προείρηται τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς ἤτοι διότι βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἀκουστέον ἐστὶν, ἢ ὅτι ποιότητα μη- D
δεμίαν ἔχει σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τῶν νεύρων, ἢ τῆς γνώμης ἅπτεσθαι καθάπερ ὄξος τε καὶ ὁ οἶνος. *quod eſt: Quantũ attinet ad id quod in fine dictionis dixit, ptiſanam ſic decoctam infirmiſſimã nominans: ſi nihil de probiſſima ipſius concoctione antea dixiſſet, promptum eſſet ſermonem Hippocratis ad eam quæ in uentre fit confectionem referendũ fore aſſerere: quaſi infirmiſſimam dixiſſet quæ in uentre & facile uincatur, & cõficiatur, & permutetur. Atqui quoniã id prædixit, infirmitatem illius intelligere oportet, quod uel paucum corpori præſtet nutrimentũ, uel quod nullam habeat uehementẽ qualitatem, ut uel neruos, uel mentem ferire poſſit, perinde ut acetum atq; uinum. Hactenus Galenus. Quicunq; igitur cibi aliqua uehementi qualitate præditi ſunt, hos calefacere certũ eſt: ſicuti contrà refrigerare, qui illa penitus carent, quemadmodũ copioſius docet lib. iiij. de ſimpl. med. facul. Galenus.*

APHORISMVS XVII.

Aquarum per ſe natarum tempeſtiua quidem quæ ab æthere, aut cum tonitru delabitur: quæ uero procelloſa, mala exiſtit.

In hac dictione Hippocr. de aquis per ſe & naturaliter natis, quas ipſe
ὕδατα ἀτεχνέα. ὕδατα ἀτεχνέα, *hoc eſt, nulla arte paratas, nominat, agit. Neq; enim artificialem aliquam præparationem obtinent, ſed tales ſuapte natura ſunt.*
αὐτοφυέα. *Adeoq;* ὕδατα ἀτεχνέα *hoc loci Hippocrati ſunt, quæ ab alijs* αὐτοφυέα

A φυέα, id eſt, ſua ſponte productæ uel prouenientes, dicũtur: ueluti ſunt quæ ex terra ſcaturiunt, aut in paludibus, ſtagno, fluuioq́ꝫ continentur, aut per imbres decidunt. Ideoq́ꝫ per hanc dictionem ἀτεχνέως, omnes aquas artificialem præparationem habentes ſecludit. Inter autẽ aquas per ſe natas, & nulla arte confectas, unam duntaxat ſpeciem hoc loco recenſet, eam nimirum quæ Græcis ὄμβριοις, Latinis uero pluuialis uocatur. In hac ſanè ſpecie melior ὄμβριον. eſt quæ tempeſtiue, hoc eſt, conuenienti anni tẽpore decidit, ſicut eſt quæ æſtatis tempore ab æthere, aut cum tonitru delabitur. Aqua pluuialis quæ melior. Proinde ὡραίοις hic Hippocrati eſt ea aqua pluuialis, quæ, ut Galenus etiam interpretatur, κατὰ τὴν προσήκουσαν ὥραν γίνεται, id eſt, conuenienti fit tempore. Conueniens autem tempus eſt, ut idem teſtatur Galenus, ὃ κατὰ τὸ μέσον θέρος, hoc eſt, quod in media æſtate eſt. Eſt itaq́ꝫ ὡραῖον ὕδωρ, id eſt, tempeſtiua aqua, nihil ὡραῖον aliud, niſi aqua pluuialis quæ in media æſtate demittitur. Nam Græci id potiſsimum anni tempus ὥραν nominant, quod in illo fructus fugaces, quos ὡραίους uocant, ad perfectionem uenire contingat. Cuius rei teſtis eſt Galenus in cõmentarijs, ubi ſic ſcribit: οἱ Ἕλληνες μάλιστα τοὺς καιροὺς τούτους ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν κατ' ἐξοχὴν, ὅτι ἐν τῷ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς τελειοῦσθαι συμβαίνῃ. Et in lib. ſecundo de alimen. facul. ubi ita

B ſcriptum reliquit: ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει. χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντες εἰσὶν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποί. quod eſt: Horam anni id tempus appellant Græci, in cuius medio caniculam oriri contingit. Tempus autem hoc per quadraginta dierum ſpatium durat, quo utiq́ꝫ tempore omnes horæi fructus uocati proueniunt. Aqua itaq́ꝫ tempeſtiua, æſtatisq́ꝫ tempore demiſſa, uel ab æthere, hoc eſt, ſereno cœlo, aut cum tonitru deſcendit. Videmus enim haud raro æſtatis tempore cœlo ipſo magna ex parte adhuc ſereno fieri imbres, quod certe alijs temporibus, in quibus plerunq́ꝫ cœlũ planè caliginoſum ac nubilũ pluuioſo tempore exiſtit, minime fieri ſolet. Aethera igitur Hip- αἰθρίη. pocrates, quemadmodum alij ueteres, appellat ambientem exquiſite purum, haud aliter quàm nubilũ, aera. Cuius rei teſtis eſt Galenus, in explicatione huius ſententiæ ſic ſcribens: καλεῖν ἔθος τοῖς παλαιοῖς ὅταν μὲν ἀκριβῶς καθαρὸν ᾖ τὸ περιέχον ἡμᾶς αἰθέρα. τὸ δ' ἀχλυῶδες ἢ νεφῶδες ἀέρα. ἀήρ. Eſt autem aqua æſtatis tempore ſereno & puro cœlo delapſa tempeſtiua, atq́ꝫ adeò bona, eo quod ſol tenuiſsimas leuiſsimasq́ꝫ aquæ partes attrahat, et ſua caliditate conficiat: id quod confirmant ea quæ ſcribit Paulus lib. primo cap. l. in hunc modum: Porrò imbriũ aqua, autore Hippocrate, leuiſsima eſt, dulciſsima, limpidiſſima, tenuiſſimaq́ꝫ, eò quod ſol leuiſſimum & tenuiſſimum

attrahat. Et paulò poſt: Inter imbrium aquas, tempeſtiua ſeu æſtiua quæ cum tonitru decidit, præſtantior eſt, quàm procelloſa. At quæ ex glacie & niuibus defluit, inſaluberrima eſt: ſiquidem ea congelaſcente tenuiores partes omnes exprimuntur. Eſt & aqua quæ cum tonitru demittitur bona, propter interclũſum ignem, qui nube rupta & in pronũ ſoluta apparet: hic enim tenuiorem eam efficit aquam. Inter aquas autem pluuiales peſſima eſt procelloſa, & cum nimbis delapſa: hæc enim ex frigido ac craſſo aere ſuam conſtitutionem habet, accedente etiam frigidorum uentorum impetu, tenuiores eius partes exprimentiũ. Hinc cum frigus omnes partes tenues exprimat, & craſſas tantum compingat, meritò certe aqua procelloſa ab Hippocrate tanquam omnium peſſima damnatur.

Aqua cum tonitru demiſſa bona

Aqua procelloſa mala.

APHORISMVS XVIII.

Tam aqua, quàm uigilia, cibi appetentiam efficit.

Hoc in loco admonet nos Hippocrates, tam aquam quàm uigiliam ipſam ciborũ in nobis appetentiã procreare poſſe. βορὸν nanq; dixit Hippoc. quicquid appetentiã excitare poteſt. Græci enim in uniuerſum uocant eos qui multa comedunt, βορούς, id eſt, edaces & πολυφάγους. Teſtis in commentarijs Galenus, qui inter cætera ſic ſcribit: καλοῦσι καὶ νῦν ἔτι συνήθως οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀσίαν ἅπαντες Ἕλληνες ἀνθρώπους βορούς, τοὺς πολλὰ δυναμένους ἐσθίειν. *Cæterum cur aqua & alia omnia facultate frigida prædita, nimiam cibi appetentiam efficiant, docet Galenus libro primo de ſympt. cauſis, ubi ita ſcriptum reliquit:* ἡ τοίνυν εἰς μὲν τὸ πεινῆν οὐ σμικρὸν ἡ ψύξις τῆς κατὰ τὴν γαστέρα συντελεῖ, κενά τε γὰρ ἐργάζεται τὰ σώματα, καὶ τοὺς χιτῶνας αὐτῶν συνάγουσά τε καὶ σφίγγουσα πρὸς τὴν ὄρεξιν ἐπεγείρει. τοῦ δὲ μὴ πεινῆν ἐν τοῖς μάλιστα συνεκτικὸν αἴτιον ἡ θερμότης ἐστί, τὰ μὲν στερεὰ σώματα ἐκλύουσα, καὶ πρὸς τὴν ὁλκὴν ἀτονώτερα κατασκευάζουσα. τὰ δὲ ὑγρὰ τῷ χεῖν ἐπιπλέον ἐκτείνουσα. *quod eſt: Itaq; ad excitandam famem frigus in uentriculo non parũ confert: nam & uacua reddit corpora, ac tunicas ipſorũ cogens conſtringensq; appetentiam excitat, Inter uero potiſſimas ac cõtinẽtes cauſas quibus fames impeditur, calor exiſtit: quippe qui ſolida corpora diſſoluit, & ad attractionis functionẽ reddit imbecilliora: humida uero fundendo ſupra modum extendit. Ex quibus ſanè uerbis manifeſtum fit omnia frigida appetentiam efficere, calida autem hanc potius impedire, ac prorſus extinguere poſſe. Atque hinc eſt quod Galenus cap. lxij. artis medicinalis, calidiorem natura uentriculũ melius quidem concoquere quàm appetere, frigidiorem autem ad appetendũ quidem plurimum ualere, ad concoquendum uero minime, ſcribat. Et quod frigida appetentiæ immodicæ cauſa ſint, caninus dictus appetitus ſatis oſtendit: qui certe ob acidi ac fri-*

Βορόν.

Immodicæ ciborum cupiditatis cauſa.

Caninæ appetentiæ cauſa.

A *ac frigidi humoris uitium, uentriculũ mordicus infeſtantis, ut plurimum fieri ſolet, quemadmodũ loco iam citato Gal. ijs edocet uerbis: μία μὲν τῆς αἰτία τῆς κυνώδους ὀρέξεως ἐστὶν ἡ ὀξώδης κακοχυμία. Porrò uigilia quoq; ipſa, maxime ea quæ inſanis fit corporibus, & ijs præcipue quæ nocturnis laboribus expoſita ſunt, haud ſecus quàm aqua frigida appetitum efficere poteſt. Calor ſiquidem tum à profundo corporis ad extimas eiuſdem partes reuocatus, copioſam in his faciens exhalationẽ, efficit ut eædem à uicinis partibus nutrimentum ad ſeſe alliciant, ut impleatur id quod inanitum eſt: mox illæ rurſus ex ſibi uicinis, ac tertio loco hæ ex ſibi propinquis: ita ex proxima quaq; parte facto ſemper celeri tractu, perinde atq; in choro quopiam, quouſq; tandem uenæ ad uentriculum productæ inanes euadant, quæ & ex ipſo uentriculo ad ſe trahunt mulgentes ac ſugentes, ueluti ſtirpium radices in terram demiſſæ. Ventriculus itaq; ſuctionem illam nõ ferens, ſed tanquam diuulſus, huius moleſtiæ remedium cibum exquirit, atq; adeò appetentia creatur. Ea uero uigilia quæ fit dum partem unam noctis dormimus, alterã uero uigilamus, nequaquam appetentiam excitat, ſed eandem potius impedit, quod nimirum uirtutem diſſoluat ac deijciat, ita ut neq; appetitus neq; concoctio, & quæ hanc ſequuntur actiones meliores fiant.*

Vigilia cur appetentiam efficit.

B

APHORISMVS XIX.

Calidam admodum naturam, in calido anni tempore, cubile in frigido loco ſitum impinguat: in calido uero extenuat.

Quotquot fuere ueteres Hippocratis interpretes, hi in uniuerſum omnes εὐθέρμῳ unam eſſe dictionem conſenſerunt: nec naturam εὔθερμον eſſe aliã niſi πολυθέρμους, hoc eſt, impenſe calidam dixerunt. Hinc itaq; naturæ, cum facile extenuetur, potiſſimum calido anni tempore, Hippocrates aliquo modo ſuccurredũ eſſe, ne planè corporis uires diſſoluantur, hoc loco monet. Prompte uero diſſolui ac extenuari hæc corpora, nemo eſt qui neſciat: quod copia caloris, & defluxus immodici cauſa ſit, maxime ubi tẽpus calidũ accedens, defluxum ac inanitionẽ iuuerit. Vt igitur immodica corporis reſolutio prohibeatur, opus erit ut æſtatis tempore, ubi ambiens nos aer quoq; impenſe calidus eſt, tali natura præditus in frigido cubili dormiat: quod ita extima cutis ſuperficies ab ambiente frigido conſtringatur ac coarctetur, atq; adeò nimia difflatio corporis prohibeatur. Cum autem hoc pacto meatus cutis conſtringantur, fit ut nulla corporis difflatio fiat, & neceſſe ſit ut corpus hac ratione impinguetur, quandoquidem calor circa interiora uerſatus, optimas omnes concoctiones efficiat. Per frigidum uero cubile, quicquid corpus extrinſecus infrigidare ac conſtringere, eiuſq; diſſolutionem impedire poteſt, intelligendum uenit. Sic olea, atque unguenta frigida & adſtringendi ui

εὔθερμος φύσις.

Calidæ naturæ prompte extenuantur.

prædita, hoc quoq; nomine cõprehenſa erũt. Quod ſi uero prædictis tam duobus, nempe calidæ naturæ, calidoq; tempori, tertiũ quod calefacere poteſt, calidum nimirum cubile, acceſſerit, tum corpus diſtabeſcere ac prorſus extenuari oportet: neq; enim fieri poteſt quin à tribus calidis corpus immodicè uacuetur. Proinde nihil aliud præſcripta iam ſententia Hippocrates innuere uoluit, niſi quod utile admodum ſit ei qui calida admodum natura præditus ſit, ut in frigido cubili & ſtrato cubet, nam ſic impinguabitur. Quod ſi autem in calido aere dormierit, tum certe magis extenuabitur. Et hanc eſſe Hippoc. ſententiam, in cõmentarijs quoq; ijs uerbis teſtatur Galenus: ὠφέλιμος δὲ τῇ πολυθέρμῳ φύσει καὶ θερμὴν ὥραν ἐν ψυχρᾷ κοίτῃ κοιμᾶσθαι, παχυνθήσεται γὰρ οὕτως. ἐν θερμῷ δὲ ἀέρι κοιμᾶσθαι λεπτυνεῖ. Caluus, more ſuo, hanc quoq; ſententiam nõ recte reddidit. Quid enim ijs uerbis abſurdius, aut quid obſcurius dici poſſet? Cum quis natura calidus, calidoq; anni tempore, loco perflato frigidóue cubat, cum calido emaciatur. Nemo ſanè quid portendat inepta hæc Calui uerſio, coniectare poteſt, quandoquidem nec ipſe Caluus quid dixerit perſpectum habeat.

APHORISMVS XX.

Sanitatis ſtudium eſt nõ ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores.

Sanitas corporis

Quum corporis ſanitas maximum bonum ſit: neque enim diuitiarum ulla gratia, aut liberorũ, aut regnorum, demumq; uirtutes nec utiles, nec conferentes eſſe abſq; ſanitate poſſunt: haud temerè hoc loco Hippoc. ſummam totius

Sanitatis ſtudiũ in duobus potiſſimum ſitum eſt.

quæ ad tuendam ualetudinem ſpectat uictus rationis, duabus potiſſimum rebus complexus eſt, ne ſcilicet ad ſatietatem uſq; impleamur, neq; ad exercitia pigri ſimus. In his itaq; rebus ſtudium ac meditatio, ſeu exercitatio (id enim ἄσκησις hoc loco Hippocrati ſignificat) ſanitatis ſita eſt. Præſtat igitur

Cibis ne ſatiemur

omnium primo ad ſanitatem tuendam, ne cibis ſatiemur, id eſt, ne uſq; ad ſatietatem cibos ingeramus: fieri enim non poteſt quin ubi palato gratificatus fueris, corpus graues. Hinc eſt quod ingurgitationem illam gulæq; intempe-

ἀκορίη.

rantiam, tot morbi ſequantur. Proinde ut ἀκορίην, hoc eſt, inſatietas, ubi nimirum mediocritate quadam cibus ingeritur, ad ſanitatem optima eſt, ita

2.aph.17.

rurſus ſatietas peſſima. Ideoq; recte alibi ab Hippocrate dictum eſt, ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, τοῦτο νόσον ποιέει, δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις. quod eſt: Vbi plus cibi præter naturam ingeſtũ eſt, id morbum facit. Cum itaq; ſanitas ipſa in mediocritate conſiſtat, neceſſe ſiquidem eſt ut omnes immoderantias is cui ſanitatis ſtudium eſt, caueat. Inde eſt quod in aphoriſmis

2.aph.4.

dixerit Hippocrates, οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν ὅ τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ. hoc eſt: Non ſatietas, non fames, non aliud quicquam bonum eſt quod naturam excedit. Modis itaq; omnibus annitamur ut hodie

A *ut hodie ſic cibos atq; potus ingeramus, quo cras maiori cupiditate eoſdem appetamus, atq; adeò ſuauius agamus: memores ſanè Timothei illius, cuius Plutarchus in libro de tuenda bona ualetudine meminit: qui cũ ſuperiore die in Academia apud Platonem cœnaſſet, muſicam tenuemq; cœnulam, dixiſſe fertur, qui cœnaſſent apud Platonem, eos poſtero quoq; die ſuauiter agere. Præterea quemadmodum cibi parcitas ad ſanitatem tuendam nõ parum momenti adfert, ita etiam exercitiorũ quoq; mediocris uſus. Cuius rei teſtis eſt Galenus in lib. de cibis boni & mali ſucci, ubi ita inquit:* μέγιστον γὰρ κακὸν εἰς ὑγείας φυλακὴν ἡσυχία παντελὴς τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ μέγιστον ἀγαθὸν ἡ σύμμετρος κίνησις. *id eſt: Ad ſanitatem tuendam maximum nocumentum affert omnimoda corporis quies: perinde atq; maximum cõmodum moderatum exercitium. Plutarchus quoque libro paulò ante citato hanc Hippocratis ſententiam referens, exiguo paſtu contentos, & impigros ad labores eſſe, eos qui bonam ualetudinem tueri affectant, monet. Sed uerba illius ſubſcribere placet, quæ ſic ſe habent:* οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν παρεπισκοπεῖν δίαιταν. ἂν γὰρ ἐν πόσεσι, καὶ προσφοραῖς, ἤ τισι πόνοις καὶ ἀλαξίαις ἑτέραις τυγχάνωμεν γεγονότες, τὸ δὲ σῶμα μηδεμίαν ὑποψίαν παρέχῃ, μηδὲ προαίσθησιν, ὅμως αὐτοὺς δεῖ φυλάττεσθαι καὶ προ-
B καταλαμβάνειν, ἐκ μὲν ἀφροδισίων καὶ κόπων ὄντας ἀναπαύσει, καὶ ἡσυχίᾳ, μετὰ δὲ οἴνωσιν καὶ συμπεριφορὰν, ὑδροποσίᾳ, μάλιστα δὲ τροφαῖς κεχρημένους ἐμβριθέσι καὶ κρεώδεσιν ἢ ποικίλαις ὀλιγοσιτίαις, καὶ μηδὲν ὑπολιπεῖν περιττώματος πλῆθος ἐν τῷ σώματι. καὶ γὰρ αὐτὰ ταῦτα δι᾽ αὑτὰ πολλῶν αἴτια νόσων ἐστὶ, καὶ προστίθησι ταῖς ἄλλαις αἰτίαις ὕλην καὶ δύναμιν. ὅθεν ἄριστα λέλεκται, τροφῆς ἀκορίην, καὶ πόνων ἀοκνίην, καὶ σπέρματος οὐσίης συντήρησιν, ὑγιεινότατα εἶναι. καὶ γὰρ ἡ περὶ τὰς συνουσίας ἀκρασία τῷ μάλιστα τὴν δύναμιν ἐκλύειν ὑφ᾽ ἧς ἡ τροφὴ διαπονεῖται, πλέον περίττωμα ποιεῖται καὶ πλῆθος. *quod eſt: Non inutile fuerit ut noſtram ipſorum uictus rationem ſeorſim penſitemus. Nam ſi fors tulerit ut compotationibus, aut cibi aſſumptionibus, aut laboribus aliquibus, aut alioqui parũ moderatis rebus interfuerimus, neq; corpus interim ullam morbi ſuſpicionem, aut præſenſionem præbeat, nihiloſecius tamen nos cauere & præoccupare conueniet, ut poſt uenerea ac fatigationes, otium & requiem adhibeamus, poſt temulentiam & compotationem aquam potemus. Maxime uero ſi cibis uſi ſimus oneroſis ſolidisúe, puta carnium, aut uarijs, tum oportebit exiguo cibo contentos eſſe, neq; ſuperuacui copiam in corpore reliquam facere. Siquidem ut hæc ipſa per ſe multorum morborum ſunt cauſæ, ita alijs cauſis materiã ac uim adiungunt. Proinde optime dictum eſt illud, cibis haud ſatiari, impigrum eſſe ad laborem, genitale ſemen conſer-*

Moderatæ exercitationis ad ſanitatis tutelam cõmoditas.

D

uare, res eſſe longe ſaluberrimas. Etenim coitus immodicus propterea quod C
maxime uim eam diſſoluit qua cibus concoquitur, plurimũ ſuperfluitatis & redundantiæ gignit. Sect. 1. prob. 47 *Ariſtoteles deniq; in problematis, uniuerſam bonæ ualetudinis rationem in cibi parcitatem, & laboris mediocritatem, ijs uerbis refert:* διὰ τί ὑγιεινὸν τὸ τῆς τροφῆς μὲν ὑποστέλλεσθαι, πονεῖν δὲ πλείω; ἢ ὅτι τοῦ νοσεῖν αἴτιον περιττώματος πλῆθος. τοῦτο δὲ γίνεται ἤτοι τροφῆς ὑπερβολῇ, ἢ πόνων ἐνδείᾳ. *hoc eſt: Cur cibum quidem ſubtrahere, laborem uero augere, ad ualetudinẽ tuendam confert? an quia cauſam ægrotandi excrementorum multitudo obtinet, quæ tunc certe fit, cum aut cibus ſupereſt, aut labor deeſt. Caluus hanc Hippocratis ſententiam non minus breuem ac uenuſtam, quàm ad tuendam ualetudinem ſummè neceſſariam, cum eſſet ſatis aperta, ſua interpretatione effecit obſcuriſſimam. Neq; enim Hippocratis mentem exprimere eiuſdem uerſio, quæ talis eſt, uidetur: Sanitatem exercitatio facit, deſidia labores & mala. Cibis non repleri, appetentiam facit. Etſi enim utrunq; uerum ſit, tamen ultimum longe alia ratione ab Hippocrate dictum eſt. Quis enim eſt qui neſciat, cibis non repleri appetentiam efficere? Sed id Hippocrates eo loci haud docuit, ſed hoc potius, quod ſtudium ſanitatis ſit, cibis non uſq; ad ſatietatem impleri, & impigros eſſe ad exercitia obeunda.* D

APHORISMVS XXI.

Siti leui quæ inter uigilandum orta eſt, ſomnus remedio erit: ei uero quæ ex ſomno accidit, uigilia.

Non in uniuerſum ſiti ex uigilia ortæ, ſomnum: nec ei quæ ex ſomno accidit, uigiliam remedio eſſe, ut Caluus interpretatus eſt, Hippocrates dixit: ſed tantum leui ac modicæ, quam ἐπιπόλαιον *nominauit. Eſt autem* δίψα ἐπιπόλαιος. *ea, Galeno etiam in cõm. teſte, quæ non à toto corpore, neq; magno aliquo earum quæ circa uentriculum ſunt partium affectu fit, ſed ea potius quæ propter loca per quæ ex ore in uentriculũ humidum fertur, exiccata aut uehementer excalfacta ſunt, oritur. Verba Galeni ſic habent:* ἐπιπόλαιον δίψαν ἀκουστέον ἐστὶ τὴν πάνυ σμικράν, ἥτις οὔτ᾽ ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος οὔτ᾽ ἀπὸ μεγάλης διαθέσεως γίνεται τῶν κατὰ γαστέρα μορίων, ἀλλ᾽ ὡς Ἐρασίστρατος ἔφη ξηραινομένων ἢ ἐκθερμαινομένων τῶν τόπων δι᾽ ὧν φέρεται τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ στόματος εἰς τὴν κοιλίαν. *Hanc igitur ſitim ſomnus, quod nimirum ſanguine in eo ad interiora corporis repente, profunda eiuſdem humectentur, tollere ſolet.* 5. aph. 27. *Et hoc eſt etiam quod alibi retulit:* ὁκόσοισι δὲ πίνειν ὄρεξις νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψώδεσιν ἢν ἐπικοιμηθῶσιν ἀγαθόν. *hoc eſt: Quicunq; noctu bibere appetunt, his admodum ſitientibus ſi superdormierint bonum. E regione, ſi ex ſomno excitatis modica ſitis ſuborta fuerit, uigilijs*

A rit, uigilijs mox ſedabitur. Cum enim eius ſitis nulla alia cauſa ſit, niſi quia interiora plus æquo calefacta ſunt, certe nihil mirum per uigiliã, in qua calor ad exteriora reuocatur, hanc deſinere. Accidit quoq; eiuſmodi ſitis interdum ob calidos uapores ſurſum elatos, in his potiſſimũ qui uinum meracius hauſerunt, qui mox ubi euigilauerunt, uenterq; illorũ uacuatus fuerit, ſurſum ferri deſinũt: adeoq; diſcuſſo qui in partibus calefactis fuit calore, ſitis quoq; ceſſat. Reliquis ſanè quibus ob aliquem haud contemnendum affectum ſitis oborta fuerit, minime hoc quo diximus pacto ſitis ſedatur.

APHORISMVS XXII.

Quibus natiuus calor plurimus eſt, his maximę uoces ſunt: etenim aer frigidus qui inſpiratur plurimus eſt. Duobus itaq; his magnis exiſtentibus, & quæ inde gignuntur magna fiunt.

Vocis magnæ duas eſſe præcipuas cauſas, hac ſententia Hippoc. monſtrat: nempe calorem natiuum plurimum, & aerem qui inſpiratur multum. Quibus enim calor in corde, quod huius ueluti focus exiſtit, plurimus fuerit, ij ut aerem quoq; plurimum inſpirent neceſſe eſt. Calore autem & frigido aere qui inſpiratur plurimo exiſtente, magna etiam uox fiat oportet. Atq; hinc eſt quod Ariſtot. ſect.xi. proble.iij. in hunc modũ de cauſa uocis Vocis magnæ cauſæ.
B *magnæ diſſerat:* διατὶ μεγαλόφωνοι πάντες εἰσὶν οἱ θερμοὶ τὴν φύσιν; ἢ ὅτι ἀνάγκη καὶ ἀέρα πολὺν τὸν ψυχρὸν ἐν τούτοις εἶναι. ἕλκει γὰρ θερμὸν καὶ πνεῦμα πρὸς ἑαυτὸ τὸν ἀέρα, καὶ πλείω τὸ πλεῖον. ἡ δὲ μεγάλη φωνὴ γίνεται, ἐν τῷ πολὺν ἀέρα κινεῖν, καὶ ὀξεῖα ἐν τῷ ταχέως, βαρεῖα δὲ ἡ ἐν τῷ βαρέως. *hoc eſt: Quare omnes qui natura calidi ſunt magnã emittere uocem ſolent? an quod multum frigidumq; in his aerem ineſſe neceſſe eſt. Vis enim caloris facile ad ſe & ſpiritũ trahit & aerẽ, eoq; amplius id agit quo amplior eſt. Vox autem magna tum oritur, cum aeris multum agitatur: acuta quidem cum celeriter: grauis autẽ cum tarde aer incitatur. Sed obtrudet forſitan nobis quiſpiã Galenũ, qui cap.lxvij. artis medicæ, cauſam uocis magnæ non perinde ut Hippocrates, calori natiuo & aeri frigido plurimo, ſed amplitudini potius aſperæ arteriæ & efflationi tribuit. Verba Galeni ſic ſe habent:* οὐ μὴν αὐτό γε τὸ τῆς φωνῆς μέγεθος ὑπὸ τῆς θερμότητος αὐτῆς, ὥσπερ οὐδ' ἡ σμικρότης ὑπὸ τῆς ψυχρότητος γίνεται, ἀλλὰ τὸ μὲν εὐρύτητι τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ἐκφυσήσει τε σφοδροτέρᾳ, σμικρότης δὲ ἀπὸ ἐναντίοις ἀκολουθεῖ. *quod eſt: Neq; tamen ipſa uocis magnitudo à calore, ſicuti neq; paruitas à frigore fit: ſed altera quidem aſperæ arteriæ latitudinem, & uehementiorẽ efflationem, paruitas uero contrarias cauſas ſequitur. Hactenus Galenus. Sciendum igitur, cum in uniuerſum ſint quatuor quæ uocis magnitudinẽ efficiant, nempe calor multus, aſperæ arteriæ gut-*

turisq́; latitudo, efflatio uehemens, ac frigidus aer plurimus, Hippocratem C
præcipua tantum, & ſine quibus alia eſſe non poſſunt, enumeraſſe, aliaq́; ſub iis complexũ eſſe. Nam ſub calore multo, latitudinem aſperæ arteriæ & gutturis, uehementemq́; efflationẽ comprehendit. Multus ſiquidem cordis calor thoracẽ, aſperam arteriam, guttur, & omnia alia ſpirationis ac uocis inſtrumenta latiora reddit. Teſtis eius rei exiſtit Galenus cap. lxix. artis medicæ, ubi ſic ſcriptum reliquit: οὔτε ἡ ὀξεῖα φύσει φωνὴ χωρὶς στενότητος φάρυγγος, οὔθ᾽ ἡ βαρεῖα χωρὶς εὐρύτητος δύναται γίνεσθαι. στενότης μὲν οὖν ἐμφύτου ψυχρότητος ἔκγονος ἐστίν. εὐρύτης δὲ θερμότητος. *id eſt: Neq; acuta natura uox citra faucium anguſtiam, neq; grauis ſine latitudine fieri poteſt. Anguſtia igitur ab inſito frigore, latitudo uerò à calore procreatur. Et cap. lxvij. eiuſdem libri:* ὥστε οὔτε διὰ παντὸς, οὔτε πρώτως, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός τε καὶ μόναις ταῖς συμφύτοις κράσεσιν, οὐ ταῖς ἐπικτήτοις, ἕπεται τὸ τῆς φωνῆς μέγεθός τε καὶ ἡ σμικρότης. ὅτι γὰρ τοιάδε τὰ ὄργανα διὰ τὴν κρᾶσιν ἐγένετο, τοῖς τοιούτοις δὲ ἕπεται τοιάδε φωνή. *hoc eſt: Proinde neq; ſemper, neq; primum, ſed ex accidenti, & ſolas naturales temperaturas, & minime aduentitias, uocis magnitudo & paruitas ſequitur. Quoniam igitur talia inſtrumenta temperaturæ ratione ſunt facta, ad hæc uox huiuſmodi conſequitur. Poteſt & pari ratione uehemens* D
efflatio ſub plurimo calore complecti: nunquam enim ſine uocis ac reſpirationis inſtrumentorum latitudine, quam calor efficit, fieri ualet. Hinc eſt quod Galenus cap. xxix. artis medicæ, inter calidi cordis notas reſpirationis magnitudinem recenſeat. Licebit quoq; efflatum uehementem ſub aſperæ arteriæ & gutturis latitudine complecti, ut annotauit Cœlius lib. x. antiq. lect. cap. lij. Caluus hanc Hippocratis ſententiam non rectè in eum modum interpretatus eſt: Calidi ualde maximam uocem habent, frigidi contrà paruam & exilem: frigidus enim aer plurimus eſt. Nam præter hoc quod exilis uocis hic ab Hippocrate nulla fit mentio, frigidum aerem copioſum exilis uocis cauſam facit, cum tamen contrarium, ut ex iam dictis patuit, Hippocrates aſſerat. Adeò nunquã non ineptire atq; Hippoc. peruertere Caluo placuit.

APHORISMVS XXIII.

Qui calido uentriculo prædití ſunt, frigidas carnes habent, tenueſq; exiſtunt: conſpicuas denique eminenteſq; uenas obtinent, ac iracundiores ſunt.

Duplex calidum Hippocrati.

Nemo eſt qui neſciat in animalis corpore Hippocrati duplex eſſe calidũ: unum quod innatum ſeu natiuum dicitur, eſſentiam ſuam in ſanguine, ac uiſceribus ſanguine præditis, iecinore nimirũ atq; corde, obtinens. Hoc ſanè ſuaue exiſtit, nec ad tactum triſte, aſperum, aut mordax apparet. Alterum acquiſititiũ

A *quiſititium nominatur, quod equidem acre, inſuaue, mordax, igneumq; exiſtit. Primum ubi in uentriculo abundat, ciborum concoctionem mirum in modum iuuat. Hinc eſt quod de illo hunc in modum alibi Hippocrates ſcribat: Qui* 1.aph.14. *creſcunt plurimũ caloris innati obtinent, plurimo itaq; cibo indigent, alioqui corpus abſumitur. Et ibidem: Ventres hyeme et uere natura caliſsidimi ſunt,* 1.aph.15. *& ſomni longiſsimi, ideoq; per ea tempora cibi copioſius dari debent, etenim calor natiuus plurimus eſt, unde cibo pleniori egent. Cum itaq; calore natiuo abundantes uentriculi cibos probè concoquant, neceſſe eſt ut ſanguis quoq; iis qui tali uentriculo præditi ſunt bonus exiſtat. Bonũ ſanguinẽ mediocre carnium incrementum, aut interdum plenius quàm conueniat, ubi ſcilicet deſides & ocioſi uiuunt, ſequitur, quemadmodum in lib. ij. de temperamentis multis admodum Galenus oſtendit. Porrò alter calor, acquiſititius uidelicet, ſi in uentriculo exuperat, tum ob eiuſdem intemperiem, coctionem prorſus interturbat, ac cibos in fumoſam ac nidoroſam planè qualitatẽ mutans corrumpit, malignum adeò in uenis ſanguinem accumulans, ut praua quoq; uniuerſi corporis nutritio fiat. De hoc itaq; in præſentia Hippocrati ſermo eſt: neque θερμοκοιλίους, hoc eſt, calido uentriculo præditos, alios nominat, niſi eos qui* θερμοκοίλιοι. *calorem mordacem ac malignum copioſum in intemperato uentriculo habent.*

B *Horum itaq; carnes frigidæ ſint oportet, quod propter indigentiã boni &* ψυχρόσαρκοι. *copioſi alimenti haud probè nutriantur. Sanguinis autem boni indigentiã carnes fieri frigidas nemo eſt qui ignoret, quod eo ſanè deſtitutæ ſint in quo caloris eſſentia conſiſtit. Extenuatos uero eſſe eoſdem ob carnium immunutionem, quæ ſanguinis boni inopiam comitatur, neceſſe eſt. Deniq; ἐπιφλέβους, hoc eſt, ut Galenus interpretatur, ἐπιφανεῖς τὰς φλέβας καὶ ἐκκειμένας ἔχοντας, id eſt, cõſpicuas & prominentes uenas habentes, eſſe propter carnium eaſdem tegentium indigentiam, oportet. Magis autem ut conſpicuæ ſint uenæ, cauſa etiam eſt quod uaporoſo ſanguine refertæ ſunt. Iracundiores uero exiſtunt ob immodicum cordis & uentriculi calorem, qui os eiuſdem male afficit. Cordis autem ac aliorum uiſcerum calorẽ efficere ut iracundiores ſimus, lib. ij. de temp. & cap. xxix. artis medicæ, docet Galenus, ubi cordis calidi notas ex profeſſo tractans ſic ſcribit: εἰ δὲ ἤδη πλεῖσον εἴη θερμότητος, ὀξυθυμία τε καὶ μανιώδης θρασύτης. quod eſt: Quod ſi multus in eo fuerit, tum iracundia, & furibunda quædam audacia aderit.*

APHORISMVS XXIIII.

Vbi magna terræ ſiccitas fuerit, tum genus auium abundabit.

Latenter hac ſententia auium temperamentũ eſſe ſiccũ Hippoc. inſinuat. Auium temperamentum. *Præter enim uictus rationẽ, quæ ſanè illarũ quoq; temperamentũ eſſe ſiccum monſtrat; cibis enim ſiccioribus, ac modico potu, uel planè nullo utuntur: anni*

αὐχμός. *quoq; cõſtitutio impenſe ſicca (id enim αὐχμὸς Hippocrati ſignificat) in qua aues optime ualent, ſatis abunde idipſum docere poteſt. Niſi enim ſiccitas auium temperaturæ cõueniret, neutiquam fieri poſſet ut in anni conſtitutione ſicca illarum genus multiplicaretur. Rectiſsime igitur Hippocrates ex eiuſmodi anni conſtitutione in qua probè ualent aues, earundem temperaturã ſicciorem eſſe collegit. Hippocratis ſententiam confirmant quæ lib. octauo cap. xviij. de historia animal. in hunc modum Ariſtot. ſcribit:* τοῖς μὲν οὖν ὄρνισιν οἱ αὐχμοὶ συμφέρουσι, καὶ πρὸς τοὺς τόκους, καὶ οὐχ ἥκιστα ταῖς φάτταις. τοῖς δ' ἰχθύσιν, ἔξω τινῶν ὀλίγων, αἱ ἐπομβρίαι. ἀσύμφορα δὲ τοὐναντίον, τοῖς μὲν ὄρνισι τὰ ἐπόμβρια ἔτη. οὐδὲ γὰρ ὅλως συμφέρει τὸ πολὺ πίνειν. *quod eſt: Auibus itaq; ſiccitates ſqualoresq; proſunt ad partum, maxime palumbis. Piſcibus uero, paucis quibuſdã exceptis, imbres conducunt. Incõmodi contrà auibus anni pluuij ſunt: quippe cum talis auium natura ſit, ut ne bibere quidem largius ſine detrimento poſſint. Hactenus Ariſtoteles. Poteris & plura illic de auium natura legere, quæ non neceſſe erat ut hic recitaremus.* C

APHORISMVS XXV.

Grauiorem uocem adoleſcens ubi reddere incipit, uter teſtis intumuerit conſiderandum: ſi enim dexter, maſculum: ſi uero ſiniſter, fœminam generabit. D

Ex teſtium augmento ac inflatione Hippocrates num parens maſculi aut fœminæ quiſpiam futurus ſit monſtrat: idq; certo ætatis tempore conſiderandum eſſe monet, tum nimirum quando pueritiæ ætas in adoleſcentiã mutatur. Nam quemadmodum hoc tempore ſeminis genitalis, & in pudendis capillorum generatio: ſic & teſtium augmentum, haud ſecus quàm in uirginibus mammarũ, fit. Vocis quoq; tum in maribus mutatio accidit: cum enim prius φάγες. *acuta uoce præditi fuerint, iam grauiorem reddere incipiunt, ob id* φάγες *Hippocrati ac Græcis alijs dicuntur. Nos adoleſcentes grauiorem uocem reddere incipientes uertimus. Caluus ineptiſſime hircum, animal fœtidũ dubio procul intelligens, interpretatus eſt. Quod demũ; nos aſperam ac grauem* Par.3.aph.19. *uocem reddere dicimus, hoc Græcis eſt* φαγίζειν, *ut ſuprà quoq; monſtrauimus: quam uocem haud aliter quàm* φάγες, *perperàm Caluus hircum olere tranſtulit. Hoc igitur tempore, in quo uocis mutatio adoleſcentibus accidit, iam appetente, conſiderandum eſſe Hippocrates monet, uter teſtium primũ attollatur, ac alio magis promineat: ſi enim dexter prior intumuerit, tũ maſculum procreabit: ſin ſiniſter, fœminam. Cuius rei quoq; grauis teſtis eſt Galenus lib. ſecundo de ſemine, ubi ita ſcriptum reliquit:* οὕτω δὲ καὶ τῶν ὀρχέων ὁ θερμότερος μὲν ὁ δεξιὸς ὑπάρχει, καὶ πρῶτος μὲν ἐν τῷ ἐξαρχῆς διαφυ-

A διαφυσηθεὶς ἀῤῥενογόνους ποιεῖ. ἀῤῥωστότερος δὲ ὢν ὕστερον ἀρξάμενος
ἐξαίρεσθαι, θηλυγόνους. *id eſt: Sic & teſticulorum dexter ſi habitior exi-
ſtit, & prior quidem ubi uox mutatur augeri incipit, maſculi parentem effi
cit: inhabitior uero & poſterior attolli ac intumeſcere incipiens, fœminæ.
Et libro xiiij. de uſu partium, ubi in cum ſcribit modum:* δέδεικται γὰρ δὲ
τοῦθ᾽ ἡμῖν πολλάκις ὑφ᾽ Ἱπποκράτους ὀρθῶς εἰρημένον, ὡς τὰ κατ᾽
εὐθὺ κείμενα μόρια πλέον ἀλλήλων ἀπολαύειν ἀνάγκη. μὴ τοίνυν
ἄρα θαυμάζειν εἰ τῶν γε μητρῶν ἡ δεξιά, καὶ τῶν ὀρχέων ὁ ταύτῃ κεί-
μενος, οὐ μόνον τῷ τρέφεσθαι διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ τὸ κατ᾽ εὐθὺ τε-
τάχθαι τοῦ ἥπατος, ἱκανῶς ἐστὶ τῶν ἀριστερῶν θερμότερος. καὶ μὴν
εἴπερ τοῦτ᾽ ἀποδέδεικται, συγχωρεῖ τόδ᾽ εἶναι τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος
θερμότερον, οὐδὲν ἄλογον ἔτι τὰ μὲν δεξιὰ μόρια τῶν ἀῤῥένων εἶναι
γεννητικά, τὰ δ᾽ ἀριστερὰ τῶν θηλέων. οὕτως οὖν κἀκεῖνα πρὸς Ἱπποκρά-
τους ἐλέγετο, τράγος ὁπότερος ἂν φανῇ ἔξω ὄρχις, δεξιὸς ἄῤῥεν, ἀριστε-
ρὸς θῆλυ. ὁπόταν γὰρ πρῶτον ἐξαίρηται τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ μετα-
βάλλῃ, πῶς ἤδη τὸ τραχύτερόν τε καὶ βαρύτερον ἡ φωνὴ (τοῦτο γὰρ τὸ τρα- τραγᾶν.
γᾶν ἐστι) τότε παραφυλάττειν ὁ Ἱπποκράτης κελεύει, πότερον τῶν μο-
ρίων ἐστὶν ἰσχυρότερον. τὰ γὰρ ἀνοιδισκόμενα πρότερον, καὶ πλεονε-
B κτοῦντα κατὰ τὴν αὔξησιν, ἐκεῖνα δήπουθεν ἐστὶ τὰ ἰσχυρότερα. *quod eſt:
Demonſtratũ enim multoties eſt hoc quoq; ab Hippocrate probè eſſe dictũ,
quod partes in rectum ſitas plus inuicem frui & potiri neceſſe ſit. Non eſt
igitur mirum ſi dextra uteri pars, ibidemq; locatus teſticulus, non ſolum quod
excellenter nutriuntur, uerumetiam quia in rectum iecinori ſubiacent, ſini-
ſtris multo calidiora ſunt. Et ſi hoc demonſtratum eſt, conceditur q; mas fœ-
mina eſſe calidior, à ratione minime alienum eſt etiam dextras uteri partes
maſculorum, ſiniſtras uero fœminarum eſſe generatrices. Hac itaq; ratione
& illa ab Hippocrate dicta ſunt: Cum adoleſcens quis grauiorẽ iam uocem
reddit, contemplandum uter teſtium extra prominuerit: ſi dexter, marem:
ſi uero ſiniſter, fœminam procreabit. Quando enim primum attolluntur au-
gentúrue partes genitales, & uox quodammodo permutata aſperior ac gra
uior efficitur (hoc enim eſt hircire) tunc obſeruare Hippocrates iubet utra* Hircire.
*particularum ualidior eſt: quæ enim intumuerint prius, & incremento abun
dauerint, illæ utiq; fortiores exiſtunt. Et paulò poſt:* ὁ δ᾽ ὄρχις ὁ δεξιὸς ὅ-
ταν ἀσθενέστερος ἀπεργασθῇ θατέρου, πρότερος ἐπισημαίνῃ κατὰ τὸν
καλούμενον τράγον ὁ ἀριστερός, κἂν τῷδε τεκμαίρεσθαι τὸ ζῷον τοῦτο θη-
λύγονον ὑπάρχειν. ὥσπερ εἰ καὶ κατὰ φύσιν αὐτὸς μόνος, πρότερον τ᾽ ἂν ἐξαί-
ροιτο κατὰ τὸν τράγον ὁ δεξιός, ἀῤῥενόγονον τ᾽ ἂν ἐκεῖνο γίνοιτο τὸ ζῷον, ὅσον
ἐφ᾽ ἑαυτῷ. *hoc eſt: Teſticulus dexter quando altero factus fuerit imbecil-*

hor, prior in eo qui uocatur tragus ſiniſter portendit: & in hoc utiq; conie-ctandum erit hoc animal fœminam generaturum: perinde atque ſi ſecundum naturã is permanſerit, priorq; in eo cui uox aſperior ac grauior facta dexter augeatur, maſculos animal illud, quantum in ſeipſo eſt generabit.

APHORISMVS XXVI.

Quemadmodũ oculi robur habuerint, ſic quoq; corpus uniuerſum. Color etiam in peius aut melius mutatur. Meritò enim fit ut ſicuti ſe habuerit nutrimentũ, ita quoq; corporis partes exteriores affectæ ſint.

Oculi totius corporis conſtitutionem indicant. *Docet hoc loco Hippoc. ex oculis poſſe interdum totius corporis habitudinem cognoſci, quod nimirũ illi plus quàm reliquæ corporis partes ſpiritus animalis cõtineant, ob uiſoriorũ neruorũ à cerebro ad ipſos pertingentiũ cõcauitatẽ. Proinde cũ oculi robur ac fortitudinẽ habuerint, tum quoq; corpus* γυῖον. *uniuerſum: id enim* γυῖον *hoc loco ſignificat, Gal. teſte, qui* τὸ σῶμα ὅλον *interpretatur, robur habebit. Robur autem et imbecillitatẽ oculorũ ex colore* 1. progn. 13. *poſſe deprehendi, Hippoc. ijs uerbis inſinuat: Color in peius ac melius mutatur. Nã robur ubi habuerint, bene colorati erunt, et in tumorẽ eleuabuntur, ſplendidamq; humiditatem obtinebunt. Sin imbecilles fuerint, tum malo colore affecti erunt, ac caui ſqualidiq; eſſe uidebuntur. Atq; hinc eſt quod in præſagijs Hippoc. tam diligenter oculos medico eſſe cõteplandos monuerit, num lumen refugiant, aut præter uoluntatẽ illachryment, aut peruertantur, aut alter altero minor fuerit, aut quæ in ipſis alba eſſe debent rubeſcant, aut liuidas, aut nigras uenas habeant, aut lippitudines circa obtutũ appareant, aut ſublimes, tumidiq;, aut caui admodũ fuerint, uel totus aſpectus ſqualidus & obſcurus ſit, uel uniuerſæ faciei color mutatus. Oculorũ uero colorem totius* Oculorum colores totius corporis color ſequitur *quoq; corporis color & habitudo ſequetur: ideoq; ſi bono colore præditi fuerint, totum quoq; corpus probè coloratum & ſanũ erit. Quod ſi malo aliquo colore affecti fuerint, tum totius quoq; corporis color malus erit: id quod liquidò in regio uocato morbo apparet. Licet enim per uniuerſum corpus bilis pallida fuſa ſit, primum tamen omniũ in oculis eius ſuffuſio deprehenditur, quod nimirum oculi puriores, ac cæteris corporis partibus magis ſplendidi ſint. Porrò ſubiungit rationẽ Hippoc. cur ex oculis ac alijs exterioribus corporis partibus, de tota eiuſdem habitudine pronunciare liceat, dicens: Iuſtũ eſt ut qualis fuerit ſanguis (id enim hoc loco* φορὴ *ſignificat, quod ſcilicet ex ſanguine nutriatur corpus) tales etiam exteriores ſint corporis partes. Sanguinem autem intelligit non quidem purum, & ab alijs humoribus ſecretum: ſed eum qui in uenis exiſtit, cui & pituitæ, & utriuſque bilis ac ſaniei portio cõmixta eſt. Is igitur ſi bonus fuerit, tum quidem oculorũ, & omnium aliarũ partium corporis exteriorum color bonus erit: ſin malus, malus quoque erit*

omnium

A omniũ quæ ex eo nutriuntur partiũ color: id quod in malo corporis habitu, κα-χεξίαν Græci nominãt, abunde liquet. Hinc nõ temerè Gal. monet, humorẽ redundantẽ ex colore corporis coniectandũ eſſe, quod color corporis ſimilis ſit humorib. ijs quibus abundat. Verba Gal. ſic habent: τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ τοῦ πλεονάζοντος χυμὸν τῇ χρόᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαιεν εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἔοικεν ἀνθέων, ὁπόσων μὴ ἄμπωτις ἐστί. 1.aph.cõm.2.

APHORISMVS XXVII.

Inter letalia ſigna habetur uapor calidus per cutem uacuatus, idq́ ſi prius frigidum ſpiritum nares emiſerint. Vitalia uero ſigna contrà.

In hac dictione, quæ ad præſagiendi artem ſpectat, ſignum aliquod recenſet Hippoc. quod planè imminentem mortem demonſtrat, calidum nempe uaporem per cutem euacuatũ: is enim inter letalia habetur ſigna, ſi illum ſpiritus frigidus ex naribus prodiens præceſſerit, quod inter omnes frigidas expirationes omnium pernicioſiſſimus ſit, quemadmodum in præſagijs teſtatur Hippocrates, in eum ſcribens modum: πνεῦμα ψυχρὸν ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος, ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. *quod eſt: Spiritus frigidus ex naribus & ore prodiens admodum exitialis iam eſt. Non autem ab re adiectum eſt, Idq́; ſi prius frigidum ſpiritũ nares emiſerint: nam* 1.progn.27.
B *ſi is ſpiritus haud anteceſſerit, calidus uapor per cutem uacuatus inter letalia ſigna minime numerabitur. Eſt enim interdum tenuium in febribus humorum ſymptωma. Deniq; neq; uapor calidus in omnibus, & quouis tempore, poſt ſpiritum ex naribus prodeuntem per cutem excernitur, ſed in ijs potiſſimum quorum mortem adurens præceſſit febris: hæc enim humiditates ac totius corporis redundantias quia exiccauit, ut pro ſudoribus imminente iam morte calidi exhalent uapores efficit. Reliquis qui frigida cordis temperatura præditi ſunt, aut craſſis ac pituitoſis humoribus abundant, calidus uapor per cutem minime uacuatur. Cæterum uitalia ſigna ijs quæ iam cõmemorata ſunt planè contraria exiſtunt. Proinde qui haud morituri ſunt, ij neque frigidum ex naribus ſpirant, neque calidum per cutem uaporem excernunt. Caluus ſententiam hanc portentoſa ſua uerſione prorſus deprauauit. Quid enim ijs uerbis ab Hippocratis ſenſu magis alienum? Si nares calidum ſpirant, cum prius frigidum ſpirarent, contra uitalia eſt. Nemo deniq; eſt qui uel à limine medicinam ſalutauerit, qui Calui ſententiam eſſe mendaciſſimam non intelligat. Non eſt itaque ut prolixius illam confutemus.*

APHORISMVS XXVIII.

Labores cibos præcedant.

Ordinem laboris & cibi mirifica quadam breuitate complexus eſt hac dictione Hippoc. Per laborem uero hoc loco, ut aliàs ſæpe, uehementẽ motum

quem alio nomine exercitium uocant, intelligit. Quibuſcunq; igitur exercitari expedit, iis certè ſumma ſit cura, ut exercitiũ cibos antecedat. Eius rei rationem reddit Galenus lib. ij. de tuenda ualet. ubi ſic ſcriptum reliquit: διότι μὲν γὰρ ἀναδόσεσι συνεργεῖ, οὐ χρὴ πλῆθος ὠμῶν ἢ ἀπέπτων, οὔτε σιτίων, οὔτε χυμῶν, ἢ κατὰ τὴν κοιλίαν, ἢ ἐν τοῖς ἀγγείοις περιέχεσθαι. κίνδυνος γὰρ αὐτοῖς ἑλκυσθῆναι πρὸς ἅπαντα τοῦ ζώου τὰ μόρια πρὶν χρηστοῖς γενέσθαι πεφθεῖσι χολῇ. διότι δὲ ἐκκαθαίρει τοὺς πόρους καὶ κενοῖ τὰ περιττώματα, κάλλιον αὐτὸ πρὸ τῶν σιτίων ἀναλαμβάνεσθαι. τὰ μὲν γὰρ μὴ καθαρὰ σώματα ὅσῳ ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις, ὥστε ἐκ τῶν εἰρημένων εὔδηλον ὡς οὗτος ἄριστός ἐστι γυμνασίων καιρὸς, ἡνίκα ἡ μὲν χθιζινὴ τροφὴ τελέως ἤδη κατειργασμένη τε καὶ πεπεμμένη τὰς δύο πέψεις, τήν τε ἐν τῇ γαστρὶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀγγείοις, ἑτέρας δὲ ἐφεδρεύει τροφῆς καιρός. εἰ δ᾽ ἢ τοῦ πρόσθεν ἢ ὄπισθεν γυμνάζοις, ἢ χυμῶν ἀπέπτων ἐμπλήσαις τὸ ζῶον, ἢ τὴν ὠχρὰν χολὴν ἐπιτρέψῃς γενέσθαι πλείονα. *quod eſt: Quoniam exercitium digeſtionem alimenti adiuuat, non debet crudorum incoctorumq; ciborum aut humorũ uel in uentre, uel in uaſis multitudo contineri: periculum enim ne priuſquam per maturam concoctionem utilis ſit, pedetentim in omnes animalis partes rapiatur. Quoniam uero & expurgat meatus, & excrementa euacuat, utilius ipſum ante comeſtionem adhibetur. Siquidem impura corpora quo uti q; magis nutries, eò magis lædes. Proinde ex iam dictis manifeſtum eſt, quod ad exercitationes cõmodiſsimum tempus exiſtit, quum heſternus cibus duplici concoctione iam prorſus ſit confectus, & ea quæ in uentre, & ea quæ in uaſis fit, ac iam alterius cibi tempus inſtet. Quod ſi aut prius aut poſterius exercitatione uſus fueris, aut crudis animal humoribus impleueris, aut pallidæ bilis prouentũ auxeris. Idem docet quoq; Aetius libro tertio cap. ſecundo, ubi inter cætera ſic inquit: At quoniam diſtributioni alimenti conſulendum eſt, non oportet ciborum crudorum ſemicoctorumq;, uel omnino aliquam humorum multitudinem, neque in uentriculo, neq; in inteſtinis contineri: alioqui periculum immineret ne ad cuncta animalis membra deferrentur, priuſquam ſicut decet concocta forent. Cõſtat igitur ciborum aſſumptioni exercitium præferendum. Et Paulus Aegineta libro primo cap. xvi. in eum ſcribens modum: Quoniam igitur alimentorũ per corpus membratim digeſtionem adiuuat, conuenit ut neq; copioſi, neq; crudi, ſiue cibi ſiue humores, in uentriculo aut inteſtinis contineantur: periculum enim eſt, ne priuſquam probè fuerint concocti, in uniuerſas animantis particulas diſtrahantur. Vnde manifeſtò liquet exercitationem cibum præcedere oportere. Iam dictis quoque conueniunt quæ ſcribit Galenus in libro de boni & mali ſucci cibis, in hunc modum:* ὥσπερ γὰρ ἀγαθὸν μέγιστόν ἐστιν εἰς ὑγείαν

τὸ πρὸ

A τὸ πρὸ τῶν σιτίων προγυμνάσιον, οὕτω βλαβερώτατον ἅπασα κίνησις ἐπὶ σιτίοις. ἀναδίδοται γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας ἡ τροφὴ πρὶν πεφθῆναι. *hoc eſt: Sicut ad ſanitatem tuendam maximum affert commodum ante cibum exercitatio, ſic qualiſcunq; à cibo motus, maxime noxius eſt. Alimentũ enim ex uentre priuſquam concoquatur, in diuerſas corporis partes diſtribuitur.*

PARTICVLAE QVARTAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA QVINA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

NAturæ morborum medici ſunt.

Hippocrates inter initia huius quintæ particulæ, naturæ ueluti encomium quoddam canit, ac eius in morborũ curatione ſolertiam ac induſtriã monſtrat: latenter Aſclepiadis ac aliorum inſcitiam damnans, qui naturam inertem planè eſſe aſſerere haud dubitabant, quemadmodum libro B *tertio cap. octauo de criſibus Galenus indicat. Naturã autem hic uocat eam quæ corporibus noſtris ineſt, eademq; gubernat facultatem. Huius uero quatuor eſſe facultates, unam idoneorum ac familiarium tractricem, alteram eorundem omnium retentricem, tertiam alteratricem & concoctricẽ, ac quartam alieni ſegregatricẽ, ueluti in libris de facultat. naturalibus demonſtrauit Galenus, nemo eſt qui ignorat. His itaq; facultatibus natura non tantum ſanum animal conſeruat, ſed etiam ubi morbo aliquo afficitur, ad ſecundam ualetudinem reducit. Verum obijcere poſſet quiſpiam, ac in hunc modum contra Hippocratem inſtare: Si natura morbis tantum medetur, fruſtra certe quis medicam perdidicerit artem, quandoquidem medicus morborum non ſit propulſator. Deniq; temerè quis uenæ ſectione, medicamento purgante, clyſteribus, cataplaſmatis, unguentis, & id genus alijs remedijs in morborum curatione utetur, cum Hippocrate autore, naturam morbos ſanare conſtet. Huic uero ita reſpondendũ erit. Natura eſt quæ primo & potiſsimum morbis medetur, maxime ubi euidenter humores noxios per ſudores, aut urinam, aut aluum, aut uomitum excernens, hominem ſanitati reſtituit priſtinæ. Cæterum ſi quid aliud ad morborum curationem acceſſerit, hoc ſanè uel miniſtri, uel materiæ remediorum, uel inſtrumenti rationem obtinebit: omnium tamen illarum rerum opifex adhuc natura exiſtit. Hinc ſatis liquet, in curatione morborum eſſe ordinem quendam, ut aliquid ſit in ea primum, cui poſtea de-*

Natura quid.

Quatuor facultates naturales.

Ordo quidam in curatione.

ſeruiat aliquid quod ſit ſecundum, aliquid etiam quod ſit tertium, & ſic deinceps, haud aliter quàm in reliquis artibus, in quibus unum ſubſeruit alteri. Verbi gratia, textori ſubſeruit faber lignarius, radios, telas, & pectines conficiens: cui rurſus ligna miniſtrat lignorum inciſor: & illi rurſus faber ferrarius aſciam & ſecurim. Fabro ferrario deinceps ferrum largitur metalla fodiens: adeoq; rariſſima eſt ars factiua, quæ alterius artis ope non opus habeat. Sic medico quoq; multæ aliæ artes inſtrumenta idonea cõficientes ſubſeruiunt, cum quibus omnibus ipſe tandem ueluti princeps miniſtrorum naturæ famulatur, quæ ſingula ad ſanitatem conſequendam neceſſaria in animaliũ corporibus efficit. Natura igitur prima eſt quæ morbis medetur: huius tamen ars medica, quæ & ipſa multos alios ſibi ſubſeruientes habet, coquos nimirum, uenæſecas, cucurbitulariũ appoſitores, ſeplaſiarios, & id genus alios, miniſtra exiſtit. Et hoc eſt quod cap. lxxxvij. artis medicæ Galenus ijs uerbis inſinuare uoluit: ἁπάντων αὐτῶν ἡ μὲν φύσις ἐστὶ δημιουργὸς, ὁ δ᾽ ἰατρὸς ὑπηρέτης. quod eſt: Horum omniũ natura opifex eſt, medicus uero Medicus naturæ miniſter. *miniſter. Proinde cum medicus ſe naturæ tantum miniſtrũ eſſe ſciat, ſummo ſtudio huius actiones conuenientes ſcrutetur, ut eas in tempore adiuuare ſua opera, & ſingula probè adminiſtrare queat.*

APHORISMVS II.

Ipſamet natura non ex intelligentia ad ſuas actiones impetum inuenit, ut ſunt nictare, & hæ quibus lingua ſubſeruit, & quæcunque id genus aliæ. Natura ſiquidem à nullo edocta eſt, neque ea quæ conueniunt efficere didicit.

Pergit Hippoc. hoc loco argumentis quibuſdam oſtendere, naturã omnia quæ animalibus conferunt, rectius ac melius quauis arte efficere poſſe. Id quod ſanè omniũ primo actiones eiuſdẽ euidentiſſime monſtrant, quas in quouis animali citra omnẽ doctrinã & deliberationẽ aggreditur, ac optime perficit. Nã, ut exempla Hippoc. uſurpemus, quis iam recens natũ animal pal- σκαρδαμύττειν. *pebras claudere, ac eaſdẽ rurſus aperire, quod Græcis eſt σκαρδαμύττειν, Latinis uero nictare, edocuit? Quis demiq; actionibus his quibus lingua ſubſeruit, pueros adhuc infantes & ratione carentes uti docuit? Nemo ſanè: natura ſiquidem citra doctorem has omnes actiones aggreditur, ac probè etiam perficit. Hinc ſi quiſpiam duorũ annorũ puero panem bis aut ter nominans monſtret, tum is ignorans quem muſculũ linguæ mouere debeat, neq; quomodo hanc extendere aut contorquere circunducereq; oporteat, panem nominabit. Quod de actionibus oculorũ & linguæ dixit Hippoc. id certe de omnibus re-* ἐφόδοι. *liquis ad actiones naturæ neceſſarijs motionibus, quas ἐφόδους uocauit, intelligendum uenit: has ſiquidem ſingulas à nullo edocta aggreditur. Id quod confirmant*

A *firmant ea quæ libro primo de uſu partium in hunc modum Galenus ſcribit:* αἴσθησιν γὰρ πᾶν ζῶον ἀδίδακτον ἔχει, τῶν τε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς δυνάμεων, καὶ τῶν ἐν τοῖς μορίοις ὑπεροχῶν. ἢ διατὶ πρόσθεν ἐνδακεῖν τῷ σμικρῷ χοίρῳ τοῖς μικροῖς ὀδοῦσιν, ὅ γε τούτους μὲν ἀργοὺς ἔχει πρὸς τὴν μάχην, οἷς δ' οὐκ ἔχει πω χρῆσθαι ποθεῖ; πῶς οὖν ἔστι δυνατὸν φάναι τὰ ζῶα πρὸς τῶν μορίων διδαχθῆναι τὰς χρήσεις αὐτῶν, ὅταν καὶ πρὶν ἐκεῖνα ἔχειν φαίνηται γινώσκοντα; εἰ οὖν ἐθέλοις ὠὰ τρία λαβὼν, τὸ μὲν ἀετοῦ, τὸ δὲ νήττης, τὸ δ' ὄφεως, αὐτὸς θερμήνας συμμέτρως ἐκκλέψαι, τὰ γινόμενά σοι ζῶα, τὰ μὲν τῶν πτερύγων ἀποπειρώμενα θεάσῃ, καὶ πρὶν δύνασθαι πέτεσθαι. τὸ δ' εἰλυσπώμενόν τε καὶ σπεῦδον ἕρπειν, καίτοι ἔτι μαλακὸν καὶ ἀδύνατον ὄν. καὶ εἰ τελειώσας αὐτὰ, καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν οἶκον ἐκθρέψας εἰς τόπον ὑπαίθριον ἀγαγὼν μεθείης, ὁ μὲν ἀετὸς ἀναπτήσεται πρὸς τὸ μετέωρον, ἡ νῆττα δὲ εἰς λίμνην τινὰ καταπτήσεται, ὁ δ' ὄφις εἰς τὴν γῆν καταδύσεται. εἶθ' ὁ μὲν, οἶμαι, θηράσει μὴ μαθὼν, ἡ δὲ νήξεται, ὁ δ' ὄφις φωλεύσει εἰς γῆν. φύσιες γὰρ ζώων ἀδίδακτοι φησὶν ὁ Ἱπποκράτης. *quod eſt: Omne animal ſuæ ipſius animæ facultates, & in quos uſus partes polleant, à nullo edoctum præſentit. Aut cur paruis adhuc dentibus porcellus mordere conatur, quos ille quidem ad pugnam ignauos obti-*

B *net, & his quos nondũ habet, uti deſiderat? Qua igitur ratione dici poteſt, animalia uſus partium ab ipſis doceri partibus, cum etiã antequam illas obtineant, hos cognoſcere uideantur? Si igitur oua tria acceperis, unum aquilæ, alterum anatis, tertiũ ſerpentis, & calore modico fouens rumpere putamen uolueris, tum genita tibi animalia, illa quidẽ uolare, antequã uolare poſsint, conantia, hoc autem reuolutum & ut ſerpat affectare, quamuis molle & inualidum ſit, uidebis. Et ſi dũ perfecta erunt in una eademq́; domo nutrieris, deinde ad locum ſub dio expoſitum ducta emiſeris, aquila quidem in ſublime, anas autem in paludem aliquam uolabit, ſerpens uero ſub terrã occultabitur. Deinde illa quidem, opinor, à nullo docta uenabitur, hæc natabit, ſerpens autem in terræ latebras ſe abſcondet. Naturæ enim animaliũ, ut ait Hippoc. à nullo doctæ ſunt. Et lib. xv. de uſu par. ubi ſic ſcriptum reliquit:* ἆρ' οὖν ἄξιον ἐπαινεῖν τὴν φύσιν, ἢ τὸ πάντων θαυμάτων μέγιστον θαῦμα τοῦτ' οὔπω λέλεκται, τὸ διδάξαι τὸ γεννώμενον ἁπάντων τῶν μορίων τὰς ἐνεργείας. οὐ γὰρ στόμα μόνον καὶ στόμαχον, καὶ γαστέρα τροφῆς ὄργανα παρεσκεύασεν, ἀλλ' εὐθὺς ὅπως χρήσασθαι τούτοις ἐπιστάμενον ἐγέννησε τὸ ζῶον, αὐτοδίδακτόν τινα σοφίας δύναμιν ἐνθεῖσα, καθ' ἣν ἕκαστον τῶν ζώων ἰδίῃ τὴν οἰκείαν ἑαυτοῦ τροφὴν ἀφικνεῖται. *hoc eſt: Num igitur dignum eſt laudare naturam? aut quod omnium miraculorũ maximũ exiſtit, nondum dictum eſt, ſcilicet, id quod genitum eſt, omnium particularũ actiones ab ea eſſe*

edoctum. Non enim os ſolum, ſtomachum & uentriculum nutrimenti inſtrumenta præparauit, ſed confeſtim qualiter illis uteretur cognitionem ingenuit animali, per ſe edoctam quandam ſapientiæ facultatem immittens, per quam quodq; ad proprium ſuiipſius nutrimentũ accedit. Cuius equidẽ rei pulcherrimam experientiam refert idem Galenus lib. vi. cap. vi. de affectis locis, ubi eum in modum inquit: τὰ μόρια τοῦ σώματος ἡ διαπλάσασά τε καὶ τελειώσασα φύσις, ἐργάσασθαι χωρὶς διδασκαλίας τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ὑπάρχεσθαι. ἐγὼ βάσανόν γε τούτου μεγίστην ἐποιησάμην ποτὲ θρέψας ἔριφον ἄνευ τοῦ θεάσασθαί ποτε τὴν κυήσασαν. αἶγας γὰρ ἐγκύμονας ἀνατεμὼν ἕνεκα τῶν ἐζητημένων θεωρημάτων τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσι περὶ τῆς κατὰ τὸ κυούμενον οἰκονομίας, εὑρὼν ποτὲ γενναῖον τὸ ἔμβρυον ἀπελυσάμην τῆς μήτρας, ὥσπερ εἰώθειμεν, ἁρπάσας δὲ πρὶν θεάσασθαι τὴν κυήσασαν, εἰς οἶκον μέν τινα κομίσας κατέθηκα πολλὰ μὲν ἔχοντα λεκάνια, τὸ μὲν οἴνου, τὸ δ' ἐλαίου, τὸ δὲ μέλιτος, τὸ δὲ γάλακτος, ἢ ἄλλου τινὸς ὑγροῦ πλήρη. οὐκ ὀλίγα δ' ἄλλα τῶν δημητρείων καρπῶν, ὥσπερ γε καὶ τῶν ἀκροδρύων. ἐθεασάμεθα δὲ τὸ ἔμβρυον ἐκεῖνο πρῶτον μὲν βαδίζον τοῖς ποσὶν, ὥσπερ ἀκηκοὼς ἕνεκα βαδίσεως ἔχειν τὰ σκέλη, δεύτερον ἀποσειόμενον τὴν ἐκ τῆς μήτρας ὑγρότητα, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτῳ κνησάμενον ἑνὶ τῶν ποδῶν τὴν πλευράν, εἶτ' ὀσμώμενον εἴδομεν αὐτὸ τῶν κειμένων κατὰ τὸν οἶκον ἑκάστου. ὡς δὲ πάντων ὠσμᾶτο τοῦ γάλακτος ἀπορρόφησεν, ἐν ᾧ καὶ ἀνεκεκράγαμεν ἅπαντες ἐναργῶς ὁρῶντες ὅπερ Ἱπποκράτης ἔφη, φύσιες ζώων ἀδίδακτοι. *quod eſt: Natura corporis partes fingens perficiensq;, effecit ut ipſæ citra doctrinã proprias aggrederentur actiones. Cuius rei maximum aliquando fecimus periculum hœdum alendo, ſed ita ut matrem quæ ipſum in utero geſtauerat nunquam uidiſſet. Quum enim grauidas capras diſſecarem, permotus diſſectorũ quæſtionibus, quibus fœtus in utero diſpenſationẽ ſpeculantur, inueni elegantẽ quendam hœdum, quem à matre abſolutũ, pro meo more abſtuli priuſquam ipſam uideret, atque in domũ quandã ubi multæ pelues erant depoſui, quarum alia uini, alia olei, alia mellis, alia lactis aut alterius cuiuſpiã humoris plena erat. Aderant quoq; fructus non pauci, tum cereales, tum ab arboribus decerpti. Hunc itaq; hœdum conſpeximus in primis quidem pedibus incedentem, perinde ac ſi audiuiſſet ſibi inceſſus gratia crura fuiſſe conceſſa. Dein excuſſit quam à matre contraxerat humiditatem, poſtea pede latus ſcalpere, ac deinceps ſingula uaſa olfacere uidimus. Percepto itaq; omnium odore, lac tandem abſorbuit, nosq; omnes euidenter quod Hippocr. dixit uidentes, exclamauimus, animalium naturas à nullo edoctas eſſe. Hactenus Galenus, qui alijs quoq; in locis, præſertim libro nono de placitis Hippoc. & Plat. naturæ mi-*

ratur

A *ratur in ſingulis ſolertiã, eamq́; ab Aſclepiadis, qui inertem eſſe dixit, iniu ria uindicat. Plinius etiam lib. xi. cap. ij. abunde monſtrat nõ inertem eſſe na turam, dum eius induſtriam, quam in culice animali minutiſſimo exercuit, mi ratur. Verba Plinij, quia elegantia, ſubſcribã: Vbi, inquit, tot ſenſus colloca uit in culice? ſed ubi uiſum in eo prætendit? ubi guſtatũ applicuit? ubi odora tum inſeruit? ubi uero truculentã illã & portione maximã uocẽ ingenerauit? qua ſubtilitate pennas adnexuit? prælongauit pedũ crura? diſpoſuit ieiunã caucam, uti aluũ, auidam ſanguinis, & potiſſimũ humani ſitim accendit? Telũ uero perfodiendo tergori quo ſpiculauit ingenio? Hæc Plinius. Meritò igi tur Hippoc. naturã laudat, ut quæ ſine ullo doctore cõuenientia facere ſciat.* Naturæ in culice formando induſtria.

APHORISMVS III.

Hæ naturæ actiones, lachrymę, narium humiditas, ſternutamenta, aurium ſordes, ſaliuæ oris, & ſputæ excreatio, ſpiritus ingreſſus & exitus, oſcitatio, tuſſis, ſingultus, non eadem ratione in omnibus fiunt.

Pergit Hippoc. monſtrare ex alijs quibuſdam actionibus, naturam citra doctorem omnia quæ ad tuendam hominis ſanitatem conducũt efficere. Cum uero in ea quæ hanc præcedit ſententia, eas dũtaxat actiones quas in ſanis tan tum animalium corporibus natura perficit, percenſuiſſet, hic tam eas quæ in B *ſanis, quàm eas quæ in ægrotis exercet, cõmemorat. Inter eas autem quæ in ægris corporibus natura efficit actiones, primùm locum lachrymæ obtinent: quas ſa nè ubi oculi inflãmatione aliqua affecti, aut abundanti humiditate repleti fue rint, naturam excernere conſpicimus. Sic etiam narium humiditas, dum quæ in cerebro ſunt coaceruata ſuperuacua euacuãtur, tam in ſanis, quàm in ægris natura induſtria fieri ſolet. Pari ratione ſternutamentum, per quod ea quæ in naribus retenta ſunt expellit. Aurium etiam ſordes, per quas cerebrũ ex purgatur, à natura fiunt. Saliuæ oris, & ſputi excreatio (ita enim uertendũ eſſe Galenus in huius ſententiæ explicatione ijs uerbis monſtrat: χρὴ τὸ μὲν ϛόματος σιάλου, καθ' ἑαυτὸ προσενέγκασθαι, τὸ δ' ἀναγωγὴ μετ' αὐτὸ προσαχθέντος τοῦ πτυάλου) ex eorum ſunt numero quæ conſultò à natura fiunt. Spiritus porrò ingreſſus & exitus, hoc eſt, inſpiratio & expiratio, inter actiones maxime neceſſarias nõ ſolum in ſanis, ſed etiã ægris habentur. Oſcitatio uero, dum flatuoſus humor, aut ſpiritus uaporoſus in muſculis cõ tentus expellitur, à natura excitatur. Tuſſis, quum plurimus ſpiritus celer rime foras erumpens, impetu ſuo extrahit & explodit excrementa, meatum ipſius obſtruentia. Singultus autem, quando ea quæ ſtomachum infeſtant educuntur, per naturam efficitur: quemadmodũ omnia alia ſymptωmata iam cõmemorata, quorum ſanè nonnulla morboſos affectus qui iam fiunt, aut fu turi ſunt, prohibent, nõnulla uero iam factos & completos ſanant, aliqua etiã*

Lachrymæ. Narium humiditas. Sternutamentũ. Aurium ſordes. Sputi excreatio. Inſpiratio & expiratio. Oſcitatio. Tuſsis. Singultus.

nunquam in iȷs qui probè ualent accidunt. Id quod iȷs uerbis inſinuare uoluit C
Hippoc. non eadem ratione in omnibus fiunt. Nam aliqua, ut diximus, in iȷs tantum quæ ſecundum naturam ſe habent accidunt, aliqua in ſolis morboſis affectibus, alia rurſus in utriſq;. Quod ſi tamen plura quis de iam dictis ſymptomatibus legere deſiderat, Galeni libros de ſympt. cauſis perluſtret.

APHORISMVS IIII.

Vrinę ac utriuſque flatus excretio, nutrimenti & ſpirationis actio, & quæ in mulieribus tantum fiunt, quibus & quæ in toto accidunt corpore accedunt, ſudores ſcilicet, pruritus, pandiculationes, & quæcunq; aliæ eiuſmodi actiones à natura fiunt.

Adhuc in recenſendis naturæ actionibus, quas ipſa in animalis ſalutem efficit, Hippocrates perſiſtit, ut ſaltem hoc pacto naturæ prouidentiam, contra eos qui illam inertem eſſe arbitrantur, oſtendere poſſit. Potiſſimũ autem hac in dictione ea quæ in ſanis tantum corporibus aggreditur natura cõme-
Vrinæ excretio. *morat: inter quas prima eſt urinæ excretio, quam ἄφοδον hoc loco nominat, Galenus autem διάκρισιν καὶ ἀπόκρισιν interpretatur. Significat autẽ dictio hæc proprie, quodq; excrementũ quod natura circa inſtrumenta nutritioni deſeruientia parauit: ideoq; Galenus lib. iȷ. uict. acut. cõm. xxiiij. ἀποπάτημα, quod Latinis excrementum eſt, interpretatur. Apparet uero in* D
excernenda urina mira naturæ induſtria ac prouidentia, ob renum & urinariorum meatuum creationem. Nec minor in excernendis ſtercoribus, ut prolixius demonſtrauit lib. quinto de uſu partium Galenus. Miranda quoq; in utriuſq; flatus, eius uidelicet qui per anum, & qui per os fit, ructum alio nomine appellant, excretione naturæ œconomia ac prouidentia, quæ inſtrumenta in quibus congregatur ad excretionẽ impellit. Caluus, ne ſilentio tranſeamus, perperàm φῦσαν pro natura interpretatus eſt, cum Latinis flatum ſignificet. Multa præterea naturæ circa nutrimentum ac ſpirationẽ ipſam ſagacitas, ut uberius in lib. de natural. facul. & reſpiratione monſtrat Galenus: hic enim capita tantum illarum rerum memoraſſe ſat ſit. Supra autem omnes alias admirandæ ſunt actiones quas in mulieribus exercet natura, primũ in conceptione, dein in fœtus uſq; ad tẽpus partus retentione, ac omniũ poſtremo in ipſo partu. Hinc eſt quod Galenus lib. iȷj. de facul. natural. inter miranda naturæ opera et illud recenſet, quod uiuente fœtu uteri os ad unguẽ conniueat, mortuo uero ſtatim aperiatur, quantum ad exitum ſit ex uſu. Iam dictis actionibus accedunt quæ in uniuerſo corpore, et minime peculiari eiuſdem parte accidunt, ſicut ſunt ſudores, pruritus, et pandiculatio, quas omnes
Pruritus. *natura ſine ullo doctore efficit. Pruritum diximus quem Hippoc. κνησμὸν uocauit, qui fit dum quiſpiã prurientibus particulis ungues admouet. Quam*

ſanè

B *ſanè admotionem ſeu iniectionẽ manuum unguiúm ue, natura animalia docuit, ſicut ex hiſtoria Galeni de hœdo paulò ante citata liquet. Pandiculationes* Pandiculationes. *uerò ſunt omniũ in corpore muſculorũ diſtenſiones, σκορδινισμὸς Hippoc.* σκορδινισμός. *ac Græci alij nominant. Diſtenduntur autem potiſſimũ à ſomno experrecti, utpote uaporantia excrementa in carnibus ſentientes, tum ob congeſti cibi concoctionem, tum ob huiuſmodi motionum quietem. Atq; hoc etiam minimi quiq; puerorũ, ut ait Galenus lib. ij. de ſympt. cauſis, habent, quamuis à nullo præceptore edocti, ut pandiculatione utantur: quippe natura ad huiuſmodi motum excitat, uaporãtibus excrementis ſpiracula fabricans. Differt uero* Differt ab oſcitatione pandiculatio. *ab oſcitatione pandiculatio, quod hæc omnium muſculorum ſymptωma ſit, oſcitatio autem eorum tantum qui circa maxillas ſunt. Cæterum nõ ſolum iam à nobis cõmemoratæ actiones, ſed & omnes eiuſmodi, id eſt, quæ in uniuerſo corpore fiunt, per naturã excitantur: ut eſt inſenſilis euaporatio, rigor, & id genus aliæ, quas in libris de ſymptωmatũ cauſis fuſius explicat Galenus.*

APHORISMVS V.

Anima hominis ad mortem uſque ſemper augetur: ſi uero ipſa unà cum morbo inflammetur, tum corpus depaſcitur.

Varias fuiſſe ueterum de animæ eſſentia ſententias, nemo eſt qui neſciat. De animæ eſſentia uariæ opiniones. B *Nonnulli enim ignem eſſe dixerunt: Hippon aquam, Critias ſanguinem: Anaximenes aerem eſſe exiſtimauit: Galenus multis in locis, præſertim in libro cui titulum indidit, quod animi mores corporis temperaturã ſequantur, fatetur ſe quænam ſit animæ ſubſtantia ignorare. Id quod ſibi ad medicinæ* Galenus animæ ſubſtantiam ignorauit. *tractationẽ nihil incõmodauit, cum ſuperuacuum ſit, ut ipſe quoq; in huius ſententiæ enarratione fatetur, medicis, animæ ſubſtantiã cognitam habere. Verba eius hæc ſunt: καὶ μήν τοι τὸ περιττὸν εἶναι νομίζω τοῖς ἰατροῖς ἐπίστασθαι ψύχης οὐσίαν. Hippoc. uero animam calorem natiuũ eſſe putauit, quod illũ* Anima quid ſecundum Hippocratem. *omnium naturaliũ operũ multoties autorem eſſe dicat, & quod in eò haud aliter quàm in anima, uita animaliũ conſiſtat. Plato, quemadmodũ teſtatur Galenus lib. viij. de placitis Hippoc. & Plat. non calorẽ, ſed ignem nominauit.* Anima ignis. *Et idem ſenſiſſe puto eos qui animam ignem eſſe dixerunt. Hi etenim cũ ad exequenda animæ officia calorem omniũ maxime adminiſtrandi uim obtinere uiderent, animã ignem appellarunt, ut docet etiam Ariſt. lib. ij. de part. animal. cap. vij. ſic ſcribens: οἱ μὲν γὰρ τοῦ ζώου τὴν ψυχὴν τιθέασι πῦρ, ἢ τοιαύτην τινὰ δύναμιν, φορτικῶς τιθέντες, βέλτιον δ' ἴσως φάναι ἐν τοιούτῳ τινὶ σώματι συνεστάναι. τούτου δ' αἴτιον ὅτι τῶν ψυχῆς ὑπηρετικώτατον τῶν σωμάτων τὸ θερμόν ἐστι. τὸ τρέφειν γὰρ καὶ κινεῖν ψυχῆς ἔργον ἐστί. ταῦτα δὲ διὰ ταύτης γίνεται μάλιστα τῆς δυνάμεως. ὅμοιον οὖν τὸ τὴν ψυχὴν φάναι πῦρ, καὶ τὸ πρίονα ἢ τε τρύπανον τὸν τέκτονα,*

ἢ τὴν τεκτονικὴν, ὅτι τὸ ἔργον περαίνεται ἐγγὺς ἀλλήλων οὔσης. id eſt: C Nonnulli quidem ſtatuunt importune animã animalis eſſe ignem, aut aliquã eiuſmodi uim: melius fortaſſe eſt dicere illam in quodã eiuſmodi corpore conſiſtere. Cuius rei cauſa eſt, quod inter omnia corpora calor ad exequenda animæ opera maximã adminiſtrandi uim obtinet. Cum enim opus animæ ſit alere & mouere, hæc ea ipſa facultate potiſſimũ efficiuntur. Igitur animã eſſe ignem dicere, ſimile eſt atque ſi ſerram aut terebrũ fabrum, aut artem fabrilem eſſe ideo arbitreris, quia opus non niſi iunctis his perficiatur. Quod autẽ anima Hippocrati nihil aliud ſit niſi calor natiuus, teſtatur etiam Galenus, qui libro primo aph. cõm. xv. ita ſcriptum reliquit: οὐ γὰρ δὴ ἄλλο τι τοῖς ζώοις ἡ φύσις ἐστὶν, ἢ τοῦτο κατὰ τοὺς Ἱπποκράτους λόγους. quod eſt: Neq; enim aliud quicquam eſt natura animaliũ, præter hoc calidum, iuxta Hippoc. ſententiam. Sciendum uero, φύσιν καὶ ψυχὴν, eandem rem cum de calore natiuo fit mentio ſignificare. Stoici tamen φύσιν tantum appellare conſueuerũt eam quæ plantas, ψυχὴν uero eam quæ animalia gubernat animam. Porrò cum ex ſententia Hippoc. anima nihil aliud ſit niſi calor natiuus, euidentiſſimum eſt illum ſemper augeri uſque ad hominis mortem: ſemper enim aliquid de huius ſubſtantia defluit, quod alimentorũ adiectione reſtituitur. Augeri itaq; indies illum contingit ciborũ oblatione, qui certe huic proportione quadã D reſpondeant, neceſſe eſt, adeò ut ſi is plurimus fuerit, plurimi etiam cibi ſint

1. aph. 14. oportet. Id quod alibi etiã ijs monſtrauit uerbis Hippoc. Quæ augentur corpora plurimũ inſitum calorem habent, unde plurimo etiam alimento indigent: ſin minus, abſumitur corpus. Quemadmodũ igitur ignis ab oleo affuſo fouetur & augetur, ſic quoq; calor innatus per alimenta ipſa quæ indies offeruntur, conſeruatur. Cuius rei teſtis eſt Gal. libro primo aph. cõm. xv. in eũ ſcribens modũ: οὐ γὰρ ἄλλο τι τὸ διαπλάσαν ἐξ ἀρχῆς τὸ ζῶον, ὥσπερ οὐδ᾽ αὖθις αὐξῆσαν, ἢ μέχρι τελευτῆς τρέφον, ὅτι μὴ τὸ θερμὸν τοῦτο τὸ ἔμφυτον, ὑπὲρ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ. τοιγαροῦν τοῦτο πάντων τῶν φυσικῶν ἔργων αἴτιον ὑπάρχον. quod eſt: Neq; enim aliud quicq̃ animal ab initio afformauit, ſicuti neq; rurſus adauxit, aut uſq; ad mortem enutriuit, præterq̃ iſte calor innatus, de quo nunc habetur ſermo. Hic igitur omniũ operum naturaliũ cauſa exiſtit. Cæterum ſi hunc calorem per morbũ aliquem accendi & inflammari cõtigerit, tum ſanè naturales actiones perficere haud poterit, adeoq; ne nutrire quidem nos, quod ſibi tamen maxime proprium eſt, ualet, ſed non ſecus atq; ignis corpus noſtrum depaſcit, abſumit, corrumpit, ac liquefacit. Id quod euidentiſſime in ardentibus febribus corpus colliquantibus cõſpicere licet: calor ſiquidem innatus, ab eo qui præter naturã accedit perinde atq; parua lucerna ab immodico igne extinguitur. Contingit itaq; in

uniuerſum

A *uniuerſum trifariam extingui calorem, inopia ſcilicet boni ac pinguis ſanguinis, ut in tabidis: aut aquoſi copia, ut in aqua inter cutem correptis: aut caloris immodici acceſſu, ut febre ardenti laborantibus. Porrò Caluus hanc ſententiã cum præcedenti cõnectens, monſtroſiſſimã & ab omni ratione alienam confinxit interpretationem: ſudores, pandiculationes, & quæcunq; alia quæ in ea ſententia cõmemorata ſunt, in anima hominis gigni dicens. Et quid magis ridiculũ, ꝙ poſteriorẽ huius dictionis partẽ ita interpretari? Si uero febriat cũ morbo & anima nutrit. Iam enim diximus calorem natiuũ inflammatum denuò nos nutrire non poſſe. Sed ſinamus hominem ſuo more ineptire.* Trifariam extinguitur calor.

APHORISMVS VI.

Morbi diuturni in ſenecta aut maturatione, aut diſſolutione, aut raritate deficiunt.

De morbis diuturnis, & longo tempore hominem occupantibus, quos ξυντρόφους, *quaſi connutritos dicas, Hippocrates nominat, in hac dictione ſermo fit, quo nimirum pacto deficiant, ac ſoluantur, illo indicante. Euidentiſſimũ uero eſt non uniuerſalem hanc eſſe ſententiam, quod in confeſſo ſit pleroſq; eſſe morbos longos qui ſenibus ad mortem uſq; perdurent, quemadmodũ in aphoriſmis metipſe teſtatur dicens:* οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολ- ξύντροφοι. 2.aph.39.
B λὰ νοσέουσιν ἧσσον, ὁκόσα δὲ αὐτέοις χρόνια νοσήματα γίνεται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκουσιν. *hoc eſt: Seniores iuuenibus magna ex parte minus ægrotant. Quicunq; uero illis longi acciderint morbi, ſæpenumero cũ his cõmoriuntur. Ad mortẽ autem ipſos comitantur omnia genera morborũ, quæ à frigidis orta ſunt humoribus, raucedo, grauedo, podagra, dolores coxendicum, & alia eiuſmodi, quod calor in iis imbecillis frigidus humores concoquere non poſſit. Quum itaq; frigidi morbi ſenioribus plerunq; cõmoriantur, manifeſtum eſt aliquos eſſe ex calidorum morborum genere qui in ea ætate deficiãt, quandoquidẽ cõtraria contrariis curentur. Sic cõtingit interdũ, raro tamen, dolores capitis calidos, hemicraniã, articulorũ dolores, & id genus alios affectus, in ſenectute ob temperamentũ quod in ea frigidum eſt deficere. Et is ſanè ſolutionis modus pars exiſtit maturationis, quam* πεπασμὸν *hoc loco Hippoc. appellat. Significat enim hac dictione quicquid mediocrem temperiẽ inducere poteſt, ſimilitudine à fructibus maturis accepta, quos hoc nomine dignamur, ubi mediocritatẽ pertigerint. Teſtis in commentariis Galenus, ſic ſcribens:* δηλοῦντος τοῦ πεπασμοῦ πᾶσαν ἀγωγὴν εἰς τὴν σύμμετρον κρᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν πεπαινομένων ἐλέχθη καρπῶν. *Alij duo modi quibus diuturni morbi in ſenecta deficiũt, adhuc rariores ſunt quàm maturatio: inter quos unus eſt diſſolutio, per quam omnem corporis defluxum paulatim factum intelligit. Sic nonnunquã tumores præter naturam* πεπασμός. Diſſolutio.

diſſoluuntur, diſcuſſa & per halitum diſſipata eorundem eſſentia. Alter, C
raritas corporis, quæ ſcilicet medici prouidentia fit: interdum etiam, at rariſſime, ſenilis ætatis ratione, quando uidelicet facultate imbecilli exiſtente, tenuior fit corporis habitus, & meatus cutis rariores fiunt. In hunc quidem modum Galenus hanc dictionem interpretatur. Poteſt autem, mea quidem ſententia, de his morbis intelligi ſententia, quæ ab infantia ferè hominem inuaſerunt, & in ſenecta, hoc eſt, in ea ætate quæ eſt inter conſiſtentiam & extremam ſenectam, deficiunt. Eſt enim, Galeno in fine libri quinti de tuen. ualet. teſte, triplex ſenectutis gradus. Vnus eorum qui cruda uiridiq́; adhuc ſenecta ſunt, quiq́; adhuc ciuilia obire negotia poſſunt, ὠμογέροντες Græcis dicuntur. Secundus autem, cui apte nomen ipſum inditur: qui enim ad hunc gradum pertingunt, γέροντες appellantur, nec ad publicas functiones obeundas apti ſunt, ſed iam laſſi, ſomno potius, poſtquam lauêre ac cibum ſumpſere, ſeſe dedunt. Tertius gradus eſt, in quo multa uirium infirmitas exiſtit: ideoq́; aſſiduum balnei uſum ſuſtinere non poſſunt. Nominant eum qui ad hanc partem peruenit græcè πέμπελον, ab eo quod eſt πέμπεσθαι εἰς τὸν ᾅδην, id eſt, mittendo ad manes. Sic alibi quoq́; Hippoc. γεραιτέρους, non ultima ſenecta confectos, ſed eos qui inter hanc & adoleſcentiã ſunt uocat, ut ibidem ijs uerbis teſtatur Galenus: γεραιτέρους οὐχ ἁπλῶς τοὺς γέροντας, ἀλλὰ D
παραβλητικῶς ἢ συγκριτικῶς, ἢ ὅπως ἂν τῷ φίλον ὀνομάζειν, ἀκουστέον εἶναι ὡς πρὸς νέους. οἱ μὲν γὰρ ἤδη προήκοντες ἱκανῶς κατὰ τὴν ἡλικίαν, οὐδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς νοσήματος μᾶλλον τῶν νεωτέρων διασώζονται, τοὺς δὲ μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν ἀκμαζόντων, οἵπερ εἰσὶν οἱ μεσαιπόλιοί τε καὶ ὠμογέροντες ὀνομαζόμενοι, διασωζομένους εἶναι ἰδεῖν ἐνίοτε μᾶλλον τῶν ἀκμαζόντων. quod eſt: Seniores non ſimpliciter ſenes, ſed comparatione, aut quomodocunq́; appellare libet, ad iuniores intelligi debent. Nam qui per ætatem ſatis iam proceſſerunt, ex nullo morbo magis quàm iuniores conualeſcunt: ſed qui inter hos & conſiſtentes ſuo uigore interiacent, quales ſunt qui ſemicani, crudiq́; ac uirides ſenes dicuntur, eos conualeſcere uidere licet interdum magis, quàm qui conſiſtunt per ætatis uigorem. Ex ijs itaq́; liquet, ſemicanis, ob habitũ corporis adhuc calidum, atq́; exercitium quod in ea ætate adhuc multum eſt, morbos diuturnos non raro deficere, idq́; aut per maturationem, aut diſſolutionem, aut raritatem. Calor enim craſſos humores concoquit, concoctos diſcutit, & per cutis meatus educit.

Triplex ſenectutis gradus.

ὠμογέροντες.

γέροντες.

πέμπελος.

2. progn. 69.

APHORISMVS VII.

Medicatio eſt, contrarium eſſe, & morbo reluctari.

Hac ſententia rurſus cõmuniſſimũ hoc medicorũ dictũ, Contraria contrarijs curantur, in memoriã reuocat: neq́; tantum medicũ, uerumetiã ægrotantẽ

ut morbo

A *ut morbo pro uirili reluctetur admonet, ut paſſim contrarijs adhibitis, eos citius ſanitas conſequi poſſit. Id quod etiam alibi feciſſe Hippocratem conſtat, potiſſimum in aphoriſmis, ubi ita ſcriptum reliquit:* δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας καὶ τὰ ἔξωθεν. *Quam ſententiam iam multoties interpretati ſumus. Et in lib. i. Epid. ſect. ij. ſic ſcribens:* ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νοσήματι τὸν 2. aph. 1. νοσέοντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. *quod eſt: Oportet & ægrotantem cum medico morbo reluctari. Tum autem maxime æger morbum oppugnabit, ubi ijs quæ medicus præcepit diligenter paruerit, & in uictus ratione haud deliquerit. Singula itaq; ſi morbo contraria fuerint, fieri non poteſt quin morbus ſuperetur. Caluus dictionem hanc ita uertit: Medela morbis aduerſatur. Quæ ſanè interpretatio etſi uera ſit (nemo enim tam iners eſt qui neſciat medicamentum morbo aduerſari) tamen ualde ridicula exiſtit, quod ſtultus etiã intelligat medelam eſſe quæ morbo reluctetur: neq; opus erat eam ad rem doctore aut monitore Hippocrate. Longe itaq; diuerſum hoc in loco Hippoc. docuit, nempe quod non ſolũ medicus, ſed & æger ac aſſidentes hoc unũ conentur, ut morbum per cõtraria oppugnent, calidum uidelicet frigidis, & rurſus frigidũ calidis. Id ubi fecerint, tum ſanè morbo diſſentient ac cõtrarij erunt.*

B

APHORISMVS VIII.

Frigidum morbos à frigore ortos fouet, eos uero qui à calore ſunt interimit.

Exemplũ eſt eius quod in præcedenti docuit ſententia Hippoc. nimirũ cõtraria curari contrarijs. Frigidũ ſiquidẽ morbos à frigore ortos fouet, illisq; auxiliatur ac ſuppetias fert, ut ſcilicet diutius perſeuerẽt ac durent: eos autẽ qui à calore ſunt orti, hos planè oppugnat, ac prorſus interimit, quod illis planè contrarium ſit. Id uero quod de frigido hic dixit Hippoc. tu ad omnia alia accõmodabis, ut nimirum paſſim in profligandis morbis contraria adhibeas. Cogitabis præterea, non temerè Hippoc. tam accurata opera uti in edocendo uulgato hoc medicorũ lemmate, Contraria cõtrarijs curantur. Caluus ſententiam hanc perperàm cum ſequenti iunxit.

APHORISMVS IX.

Iracundia ad cor, pulmonem & caput, calorem & humorem trahit. Lætitia uero cor ab ijſdem liberat.

In hac dictione ὑπαλλαγὴ *ſubeſſe uidetur, quæ ænigmaticam ferè reddit ſententiam. Hippoc. enim oratione quæ conuerſo rerum ordine effertur, uſus eſt, dicens iracundiam cor & pulmonẽ ad ſe rapere, cum in iracundia potius ipſa rapiant calorem & humorẽ ad ſe. Aperta itaq; erit dictio, ſi in eum legatur modum:* ἐν ὀξυθυμίῃ ἀνασπᾷ ἡ καρδίη καὶ ὁ πνεύμων, ἐς ἡ κεφα-

λει εἰς ἑωυτὰ καὶ τὰ θερμὰ, καὶ τὸ ὑγρόν. *Hanc ſanè lectionē in noſtra uerſione expreſſimus. Poteſt & ita legi:* ἐν ὀξυθυμίῃ ἀνασπᾷ ἡ καρδίη, καὶ ὁ πνεύμων εἰς ἑωυτὰ, καὶ εἰς τὴν κεφαλὴν τά τε θερμά, *&c. quod eſt: In ira cor & pulmo ad ſe & ad caput calorem & humorem trahunt. Sed idem cum priore ſenſus manebit: nihil enim aliud docere conatur Hippoc. quàm in iracundia calorem introrſum ad cor & pulmonē rapi, & ad caput. Quod uero ira calores & humores, hoc eſt, ſanguinem, quod ſcilicet omnes ſibi cōmixtos humores habeat, ex ijs locis quæ circa iecur ſunt, ad cor trahat, ex iræ definitione, quam tradit Galenus in libro de morborū cauſis, clarum fit: quæ talis eſt:* θυμὸς ζέσις τις ὢν τοῦ περὶ τὴν καρδίαν θερμοῦ. *hoc eſt: Ira caloris qui circa cor eſt, feruor quidam exiſtit. Plato quoq; in Cratylo, iram à feruore dictam eſſe ijs uerbis monſtrat:* θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχει ἂν τοῦτο τὸ ὄνομα. *quod eſt: Ira à flagrantia ſeu impetu & feruore animi nomen obtinet. Hinc eſt quod Ariſtot. in probl. de ijs qui ex-* C

Sect. 27. prob. 3. *candeſcunt ita ſcribat:* διατί ἐν μὲν τοῖς θυμοῖς εἰς τὸ ἐντὸς ἀθροιζομένου τοῦ θερμοῦ διάθερμοι καὶ θαῤῥαλέοι, ἐν δὲ τοῖς φόβοις ἀνάπαλιν, ἢ οὐκ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ὀργιζομένοις περὶ τὴν καρδίαν, διὸ καὶ θαῤῥητικοὶ καὶ ἐν ἐρυθήματι καὶ πνεύματος πλήρεις. *hoc eſt: Cur homines cum excandeſcunt, calore introrſum collecto, feruidi audacesq; redduntur: quū* D *uerò metuunt, contrà? An nō quod in eundem locū calor ſe colligat; ſed iraſcentibus circa cor exiſtat, ex quo audaces, rubicundi, & ſpirabundi efficiuntur? Deniq; quod iraſcenti calor & humor ad cor rapiātur, indicio eſt, quod pulſus nō tantū cordis, ſed omnium etiam arteriarū maior atq; uehementior fit, quemadmodū teſtatur experientia ipſa, et Gal. lib. iiij. de cauſis pulſuum, ubi ſic ſcriptum reliquit:* θυμοῦ μὲν ὑψηλός ἐστιν ὁ σφυγμὸς, καὶ μέγας καὶ σφοδρὸς, καὶ ταχὺς, καὶ πυκνός. *id eſt: Iræ pulſus altus eſt, magnus, uehemens, celer, creber. Quod uero excandeſcentibus calor & ſanguis ad caput ſurſum feratur, argumento eſt quod tum oculi tum facies ipſa rubeſcant, & eas quoq; ſi tetigeris partes, euidēter calidas eſſe ſenties. Oculi deniq; manifeſte ſplendorem quendam præ ſe ferūt, ac uniuerſum caput calidius fit. Cæterum in hilaritate & lætitia omnia iam cōmemorata cor relinquūt & miſ-*

Ad quid conducat prædictorum notitia. *ſum faciunt, ac exteriora corporis petunt. Sed dicet fortè quiſpiā, quid proderit ad artis tractationem iſta ſcire? Multum ſanè, ut ſcilicet ijs animi affectibus, iracundia & lætitia, cōmode uti ſciamus: interdum enim euitare iracundiam, interdum quoq; huic operam dare oportet. Euitabimus ubi totius corporis, præſertim autem capitis & cordis temperamentū calidius fuerit, aut calidus in ijs quiſpiam fuerit affectus. E regione iracundiæ locus erit in frigidis animi morbis, & ubi capitis conſtitutio frigida erit. Pari modo lætitia*

nonnunquam

A *nonnunquam confert, nõnunquam etiam officit. Confert ubi totius corporis temperamentum iuſto calidius fuerit, quod calor à corde ad exteriora feratur. Incõmodabit ijs qui modico calore cordis prædití ſunt, quod is gaudio & lætitia laxatus exteriora petat, diſcutiatur & diſſipetur. Sic præ gaudio nonnullos mortuos eſſe conſtat, quemadmodum autor eſt Valerius Max. qui lib. ix. de mortibus non uulgarib. cap. iij. idipſum mulieri cuidam contigiſſe ſcribit: quæ cum illi eſſet nunciata clades quæ lacum Traſimenũ inciderat, ſoſpiti filio ad ipſam portam facta obuia, in complexu eius expirauit. Caluus ſententiam iam enarratam cum ſuperiore connectens planè obſcuram reddidit, atque illi peregrinum, & à ſeipſo non intellectum ſenſum confinxit: id quod ex uerbis eius intelliges, quæ ſic habent: Quæ calore proficiſcuntur, ea uehementia iracundiaque, cor pulmonemque uellicant, ad ſeſe trahunt, caloremque & humiditatem in caput reuocant. Quibus utique uerbis contrario prorſus ſenſu calori aſcribit, quod Hippocrates iracundiæ tribuere uoluit.*

APHORISMVS X.

Labor articulis & carnibus cõfert, cibus uero & ſomnus uiſceribus.

De exercitij, quod hoc loci, ut aliàs ſæpius, laborem nominat, & de ciborum ac ſomni cõmodis, in hac dictione Hippocrati ſermo eſt. Inter alia autẽ

B *cõmoda, quæ plura habet, & hoc fermè præcipuũ eſt, quod carnibus & articulis robur & fortitudinẽ addit: id quod in primis etiam teſtatur Gal. lib. i. de tuenda uale. ſic ſcribens:* ἐν τοῖς γυμνασίοις καὶ ῥώμη τοῖς ὀργανικοῖς ἐγγίνεται διὰ θερμότητα ἀναζωπυρουμένοις αὐτῆς, κἀκ τῆς πρὸς ἄλληλα τῶν σωμάτων παρατρίψεως, σκληρότητός τε τινὸς καὶ δυσπαθείας ἐγγιγνομένοις. *quod eſt: Exercitationibus robur quoddam partibus inſtrumentalibus accedit, quũ & naturalis ipſe calor accenditur, & ex partium inter ſe attritu, duritia & indolentia quædam comparatur. Aetius quoque lib. iij. cap. ij. ubi ſic ſcriptũ reliquit: Exercitij uſus, ut inſtrumentalia membra & affectibus magis renitentia, & actionibus promptiora reddantur, ſintque ad nutrimẽti attractionẽ ualidiora, & ob calorem corpori acquiſitum nutritioni aptiora, utque à uehementi ſpiritus motione meatus tum ſenſibiles, tum occulti expurgentur. Paulus etiam lib. i. cap. xvi. ijs uerbis idem docet: Id cõmodi exercitiũ præſtat, quod partes inſtrumentales morbis non opportunas efficit, & functionibus obeundis ualidas. Autor denique libri de affectuum qui in renibus ſunt dignotione & curatione, de exercitijs idem ſentit, dum ſic inquit:* γυμνάσιον τρία τὰ πρῶτα ἐργάζεται, τὴν γὰρ σκληρότητα τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, αὔξησίν τε τῆς ἐμφύτου θερμότητος, καὶ βιαιοτέραν τὴν τοῦ πνεύματος κίνησιν. *id eſt: Exercitium hæc tria potiſſimum efficit, inſtrumentorũ quidem dum inuicem atteruntur duritiam, innati calo-*

ris incrementũ, & uehementiorem ſpiritus motionem. Præterea quemadmo- C
dum exercitiũ articulis & carnibus confert, ſic cibus & ſomnus uiſceribus. Nam ſicuti exercitiũ circa inſtrumentarias exterioresq́; corporis partes calorem excitat, ita quoq; cibus & ſomnus eundẽ ad interiora & profunda corporis reuocãt, qui deinceps cibos probè cõcoquens, efficit ut uiſcera exactius nutriantur. Atq; hinc eſt quod Gal. lib. i. de ſympt. cauſis in eum ſcripſerit modum: ὅλον οὖν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ παντὶ τῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἀναπαύεσθαι μὲν ἡ ψυχικὴ δύναμις, ἐνεργεῖν δὲ ἰσχυρότερον ἡ φυσική. τεκμαίρεσθαι δ' ἄν τις τῷ κεκμηκότας αὐτὴν ὑπνώσαντας ἀναῤῥώννυσθαι, καὶ μάλισθ' ὅταν σὺν τροφῇ συμμέτρῳ κοιμηθῶμεν, ἔτι τε σὺν τῷ πέττεσθαι τὴν τροφὴν ὑπνούντων κάλλιστα καθ' ὅλου τοῦ ζώου τὸν ὄγκον, οὐκ ἐν γαστρὶ μόνον. *hoc eſt: Itaq; toto hoc tempore quo quis dormit, animalis facultas quieſcere, naturalis uero ualidius agere uidetur. Cuius rei coniecturam ex eo facies, tum quod ipſa, ſi quando laborauerit, poſt ſomnum robuſtior euadit, & potiſſimũ quum à modico cibo ſomnũ admittimus, tum etiam quod per ſomnũ cibus optime concoquitur, non ſolum in uentriculo, uerumetiã per uniuerſi corporis habitũ. Plura ea de re habes cap. xxi. libri ſecundi Paradox. noſtrorũ. Caluus ineptiſſime ſententiam à nobis explicatã ita interpretatus eſt: Cibus carni, articulisq́; labor eſt, ſomnus uiſceribus. Nihil enim certi ex ijs uerbis colli-* D
gere licebit, neq; etiam genuinã uerborũ Hippoc. uim exprimunt, quæ Galeno etiam in cõm. teſte hæc eſt: τὸ γυμνάσιον τοῖς ἄρθροις καὶ ταῖς σαρξὶν ὠφέλειαν παρέχει, σῖτος δὲ καὶ ὕπνος τοῖς σπλάγχνοις. *quod eſt: Exercitiũ articulis & carnibus cõmodo exiſtit, cibus autem & ſomnus uiſceribus.*

APHORISMVS XI.

Cura ac meditatio hominibus animi exercitium eſt.

Superiori ſentẽtia exercitij quod corporibus adhibetur cõmoditates Hippocrates recenſuit: hac in dictione quod ſit animi exercitiũ mũſtrat. Animaduertendum uero in primis erit, Hippocratẽ hoc loco nomine ſpeciei pro generis uſum eſſe: περίπατος. περίπατος *enim Latinis proprie deambulationem ſignificat: hic uero pro exercitio, quod Græcis* γυμνάσιον *eſt, accipitur. Cuius rei teſtis eſt Galenus, qui in explicatione eius ſententiæ ſic ait:* τοὺς περιπάτους ἀντὶ τοῦ γυμνασίου πάντες ἤκουσαν οἱ ἐξηγησάμενοι τὸ βιβλίον, ἵν' ὁ λόγος ᾖ τοιόσδε, τοῖς ἀνθρώποις αἱ φροντίδες γυμνάσιον. *Exercitiũ uero* Animi exercitiũ. *animi hominibus ſunt* φροντίδες, *hoc eſt, curæ, ſolicitudines, cõmentationes, meditationes, & contemplationes: nam omnia illa Græcis hæc dictio ſignificat.* φροντιστής. *Hinc Socratẽ ipſum* φροντιστὴν *appellarunt, quod aſſiduus eſſet in cõtemplationibus. Teſtis eſt Ariſtoph. interpres in* νεφέλαις, *qui ſic inquit:* φροντισταὶ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τὸν Σωκράτην, διὰ τὸ μηδέποτε παύεσθαι τῶν φρον-

A τοῦ φροντίδος. quod eſt: Socrates phrontiſtes uocabatur, eò quod à contempla tione nunquam deſiſteret. Inde φροντιστήριον ſchola in qua Socrates diſputa- bat, & domus curarũ. Hoc autẽ genere exercitij tum maxime uti conuenit, cum morbi frigidi, lethargus ſcilicet, ſtupor, & ijs ſimiles animũ occuparunt, quod nimirũ curæ & meditationes animũ ſubinde torpentem excitare, ac planè habitũ contrariũ inducere, rationemq́ ac memoriam ijs affectibus penè intermortuas, uiuaces efficere poßint. Caluus περίπατον dictionem nõ ſatis proprie peruagationem uertit, cum, ut diximus, hoc loco ſui generis ſignificationẽ obtineat. Sed ſolet hic homo paßim proprij ſermonis eſſe contemptor.

φροντιστήριον

Animi exercitio quando utendũ.

APHORISMVS XII.

Sanguis è uulneribus promanat: ſuccurrendum igitur ut quod uacuum impleatur.

Etſi ænigmatica planè hæc ſit Hippoc. dictio, adeò ut ne Galenus quidẽ quid ea ſignificare uoluerit Hippoc. pronunciauerit, quando tamen aliquo modo reddenda erat hæc Hippoc. ſententia, eam interpretationẽ quæ rationi cõuenire uidebatur delegimus. Apparet enim Hippocratẽ hoc loco aliud docere nihil, niſi cum in omni uulnere ſanguis ad locum affectum cõcurrat, & hoc nomine ab illo emanet, curandum eſſe diligenter à medico ut huic ſymptomati ſuccurratur. B *Succurretur autem trifariam: primũ per medicamenta refrigerantia & obturantia, quæ ſanguinem concurrentem reprimunt atq́ repellunt. Hinc eſt quod in aphoriſmis dixerit:* ἐν τουτέοισι δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέειν μέλλει. *hoc eſt: In his frigido uti oportet unde fluxurus eſt ſanguis. Deinceps ſuccurretur impoſitione linamentorum, quæ Græcis* μοτὰ *dicuntur, & aliorum id genus idoneorum medicamentorũ. Tertio per cõuenientem idoneamq́ membri uulnerati figurã, quæ ut ſanguis ad contraria loca fluat efficere poteſt, ſicut paulò poſt prolixius oſtendimus, & multis in tertio ther. meth. lib. Galenus declarat. Cæterum etſi Hippoc.* τρώματα *nõ tantũ uulnera, ſed omnem etiam noxam uehementẽ extrinſecus corpori, citra quoq́ uulneratione, accidentem appellet, hic tamen de ea noxa quæ cum uulnere eſt, locutũ eſſe arbitramur. Quod uero eas etiam quæ citra uulneratioñe eueniunt hoc nomine appellet, teſtis eſt in cõmentarijs Galenus, ſic dicẽs:* τρώματα ὀνομάζει Ἱπποκράτης τὰς μεγάλας βλάβας ἔκ τινος τῶν ἔξωθεν γινομένας, εἰ καὶ χωρὶς τραύματος. *Et in libro de interpretatione antiq. dictionum Hippoc.* τρῶμα ἡ βλάβη. *Inſuper nõ eſt quod ita intelligas hunc locum Hippoc. ut ſanguinis cõcurſus ad locũ uulneris in totum ſit prohibendus, quod ſine ſanguinis boni affluxu, ut autor etiã Gal. lib. iij. ther. meth. cũ generandæ carnis materia ſit, uulnus curari nõ poßit, ſed tantũ curandũ ne ex uulnere ĩmodicè promanet. Proinde ut rem prorſus teneas, Hippocrati*

Sanguini ex uulneribus promananti ut ſuccurrendum.

Part. 7. aph. 3.

τρώματα.

hoc loco ſermo non eſt de ſanguinis concurſu, qui fit longo poſt inſlictũ uulnus tempore, ſed potius de ſanguine qui cõfeſtim facto uulnere immodicè profluit. C

APHORISMVS XIII.

Si auris doluerit, lana circa digitum cõuoluta calidũ oleum inſtillare oportet, dein lanam manus uolæ impoſitã auri ſupponere, quouſq; aliquid tibi iam exire uidetur, deinceps in ignem proijcere. Deceptio.

Aurium morbis, doloribus potiſsimũ, hoc loco Hippocrates mederi docet: neq; ſanè temerè, quod nõnunquã ſi medicamentis in tempore haud ſuccurratur, ad conſenſum cerebro perducto interficiant. Hinc eſt quod in Prognoſticis dixerit: ὠτὸς δὲ ὀξείη ὀδύνη σὺν πυρετῷ ξυνεχεῖ τε καὶ ἰσχυρῷ δεινόν, κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπόλεσθαι. *id eſt: Dolor auris acutus cum febre continua ac uehementi, grauis: nam & periculum eſt ne deſipientiam faciat, & hominem perdat. Vt igitur opportune doloribus aurium medicus mederi queat, modum ac formam quæ in adhibendis medicamentis obſeruari debet, præſcribit. Primũ, ubi auris doluerit, lana circa digitum, indicem nimirum aut pollicem, conuoluta, & oleo ſeu pinguedine aliqua madefacta, in aurem eſſe ſtillandũ præcipit. Non autem ſine cauſa adiecit calidum, indicans uidelicet hoc uerbo, quicquid auribus inſtillatur calore mediocri præditum eſſe debere. Id quod etiam faciendum monet Galenus lib. iij. de compoſ. medic. per ſingulas corporis partes, barbari Miamir uocant, ubi ita ſcriptum reliquit:* εὔδηλον δὲ ὅτι πάντα ὅσα ἂν προσφέρηται τοῖς ὠσί, θερμὸν εἶναι χρὴ μετρίως. *quod eſt: Manifeſtũ quod ſingula quæ auribus offeruntur mediocriter calida eſſe oporteat. Calidũ uero hoc potiſsimũ nomine eſſe oportet quod adhibetur, ne neruos offendat, & quod hoc ipſum, Hippoc. etiam autore,* κἀνώδυνον *ſit. Qualia autem ſint medicamenta quæ in aurium doloribus inſtillanda erunt, Galenus loco iam citato monſtrat. Eadem quoq; Paulus & Aetius ſuis locis deſcribũt. Porrò conuenit ut nõ ſemel aut bis, ſed iterum atq; iterum medicamenta ad eam rem idonea inſtillentur, donec ſcilicet quid extra auditoriũ meatum effluat, quod nos tandem lanam ſupponentes excipiamus. Id quod ut faciamus, loco antea citato Galenus etiam ijs uerbis præcipit:* ὅταν περιέχηταί τι κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον, συνεχῶς ἐγχεῖν ἔλαιον προσήκει, ἐκκλύζοντας αὐτό, καὶ δι᾽ ἐρίου μαλακοῦ ἀποσπογγίζοντας, καὶ αὖθις ἐγχέοντας. *hoc eſt: Vbi quid in auditorio meatu contentum fuerit, aſsidue oleum inſtillare conuenit, hunc eluentes, & per mollem lanam abſtergentes, & iterũ inſtillantes. Et id uoluit docere Hippoc. per hæc uerba: Lanam manus uolæ impoſitam auri ſupponere oportet, donec aliquid exire uidetur: quaſi dicat, lanam uolæ manus inſerere oportet, ut ex aure promanantem humorẽ ſuſcipiat, idq; eouſq; donec aliquid exire uidebitur faciendũ.*

[margin: 5.prog.15.] [margin: Quod auribus inſtillatur calidũ ſit] [margin: D] [margin: 5.aph.22.]

Quod

A *Quod ſubinde ex aure egreſſum eſt unà cum lana in ignem proijciendũ, ut nimirum odorẽ illius experiri nobis liceat. Si enim grauem quendam de ſe præbuerit odorem, peſsimum erit. Id autem præcipue faciendum ubi purulentæ iam aures fuerint. Ideoq; in prognoſticis in hunc modũ ſcribit:* τὸ πύον ἄριστον λευκόν τε εἶναι καὶ ὁμαλὸν καὶ λεῖον, καὶ αὖ ἥκιστα δυσῶδες. τὸ δ' ἐναντίον τουτέου, κάκιστον. *id eſt: Pus illud optimũ quod album & æquale & læue eſt, & minime fœtidum: quod uero huic contrarium eſt, peſsimum. Quod hoc loco in auribus purulentis faciendum eſſe præcipit, idipſum quoq; in tabidorum ſputo non eſſe negligendum alibi docet, ubi ſic inquit:* τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθίσεων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα ὅτι ἂν ἀποβήσσωσι βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, θανάσιμον. *quod eſt: Si à tabe infeſtatis ſputum quod extuſsiunt grauiter olet iniectum carbonibus, letale. Præterea quod in fine adiectũ eſt* ἀπάτη, *id eſt, deceptio, alij aliter interpretati ſunt. Galeno placet adulterinam eſſe dictionẽ, & per alium quendam adiectam. Quare ſi genuina eſt, id certe per hanc, meo iudicio, ſignificare uoluit Hippocrates. Si iam cõmemorata medicamenta auri inſtillata parum cõmodi attulerint, & dolorem non mitigauerint, tum ſenſum per ea quæ ſtuporẽ inducunt decipere oportet medicamenta, qualia ſunt opium, mandragora, hyſocyamus,*

1.progn.40. | 5.aph.11. | Deceptio.

B *& id genus alia, quorum in colicis cruciatibus quoq; nobis interdũ uſus erit. Id uero in uehementibus aurium doloribus eſſe faciendum, Galenus etiã lib. iij. de compoſ. medic. per ſingulas corporis partes, ijs uerbis docet:* βιαζομένης δὲ τῆς ὀδύνης, ἀναγκαῖον ἐστὶ χρῆσθαι καὶ τοῖς ναρκῶσι τὴν αἴσθησιν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἐπὶ κώλῳ καὶ νεφροῖς, καὶ ὅλως ἄπαντι πάσχοντι μορίῳ σφοδρῶς ἀλγοῦσιν. *hoc eſt: Vrgente dolore neceſſe eſt ijs quæ ſenſum obtundunt ac ſtupefaciunt utamur, haud aliter quàm in ijs qui colum, aut renes, aut in uniuerſum quamuis aliã partẽ uehementer dolent. Et Paulus lib. iij. cap. xxiij. ſic ſcribens: Si dolor uiolentus eſt, ijs utere quæ leuiter ſenſum ſtupefaciunt: non enim mediocre periculum eſt, ne cerebrum neruo per quem facultas audiendi erogatur uicinum, conſortij lege afficiatur. Probè igitur dolorem lenit opij pars una, caſtorei partes duæ, quum lacte muliebri, uel oui albumine, aut uino dulci tepido inſtillantur. Caluus ultimam hanc dictionem utpote non intellectam conniuentibus tranſiliuit oculis.*

APHORISMVS XIIII.

Lingua quale ſit humorum ſerum indicat: pallidæ ſiquidem linguæ bilioſæ ſunt: fit autem quod bilioſum eſt à pingui ac dulci: rubeæ à ſanguine fiunt, nigræ ab atra bile, aridæ à fuliginoſa aduſtione, ac uteri parte, albæ uero à pituita.

Docet hoc loco Hippoc. corporis affectiones ex linguæ coloribus cogno-

ſci poſſe, quod nimirum humorũ ſerum, ex quo morbi procreantur, indicent. C
οὖρος. Vocat aũt hic οὖρον, quod alibi ἰχῶρα dixit, τὸν τῶν χυμῶν ὀῤῥὸν, id eſt, hu
Infra par. 2. aph. 27. morum ſerum, de quo multa particula ſecunda huius libri diximus. Proinde linguam ægri contemplabitur accurata diligentia medicus: humorem nanq; in corpore redundantẽ, morbumq́; efficientẽ demonſtrat. Si itaq; pallida fuerit
Pallidæ linguæ. lingua, bilioſum in corpore abundare ſerũ portendet. Pallidas uero linguas uocamus eas quas χλωρὰς dixit Hippocrates, quæ utiq; colore pallidæ bilis tinctæ ſunt. Teſtis in explicatione eius ſententiæ Galenus, ſic ſcribens: χλωρὰς γλώττας εἴρηκεν, οἷς ἂν δὴ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. Multo autem facilius lingua quæ magnas uenas habet, & eſſentia mollis & ſpongiæ inſtar rara exiſtit, quàm reliquæ corporis partes quæ duræ ac denſæ ſunt, in ſe humores ſanioſos ſuſcipit ac imbibit, & ab iiſdem haud ſecus quàm lana tingitur. Poſt hæc obiter Hippocrates quoq;
Bilioſi ſeri generatio. bilioſi ſeri generationem monſtrat, à pingui ac dulci illud procreari dicens:
πίον πίονος enim hoc loco nõ ſolũ quod pingue, uerumetiã quod dulce & ſuaue, in iis quæ ſecundum naturam ſe habent eſt, ſignificat, quemadmodum iis quoq; uerbis monſtrat Galenus: πίονα δὲ ἀκουστέον οὐ μόνον τὸ λιπαρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸ γλυκὺ, καὶ ὅλως τὸ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν ἡδύ. Quicquid igitur in nutrimento tale eſt, hoc πίον hoc loco dicitur. Gaudent autem qui ſecundum D
naturam ſe habent, eduliis pinguibus & dulcibus, & quæ nulla uehementi qualitate prædita ſunt, eademq́; cum uoluptate aſſumunt. Contrà qui præter naturã affecti ſunt, illi amaris, auſteris, & acetoſis potius delectantur, ueluti mulieres citta laborantes. Ex huiuſmodi igitur pingui ac dulci bilis fit generatio, ſicuti Galenus etiam lib. ij. de criſib. cap. xij. iis docet uerbis: ὅσον μὲν οὖν ἐστι λιπαρόν τε καὶ κοῦφον, ἐν αἵματι ξανθὴ χολὴ γίνεται, τὸ παχὺ δὲ καὶ οἷον τρύξ, ὅταν ἀμέτρως θερμανθὲν ἐξικμασθῇ, μέλαινα γίνεται. quod eſt: Quicquid itaq; pingue & leue in ſanguine eſt, flaua fit bilis: quod uero craſſum ac ueluti fex eſt, quando immodice excalfactum exaruerit, atra efficitur bilis. Et lib. ij. de natur. facultatibus, ubi ſic ſcriptum reliquit: κατὰ τὴν τοῦ αἵματος γένεσιν ὅσον ἂν ἱκανῶς παχὺ καὶ γεῶδες ἐκ τῆς τῶν σιτίων φύσεως ἐμφερόμενον τῇ τροφῇ, μὴ δέξηται καλῶς τὴν ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀλλοίωσιν, ὁ σπλὴν εἰς ἑαυτὸν ἕλκει τοῦτο. τὸ δ' ὀπτηθὲν, ὡς ἄν τις εἴποι, καὶ συγκαυθὲν τῆς τροφῆς, εἴη δ' ἂν τοῦτο τὸ θερμότατον ἐν αὐτῇ καὶ γλυκύτατον, οἷον τό τε μέλι καὶ ἡ πιμελὴ, ξανθὴ γινόμενον χολὴ, διὰ τῶν χολοδόχων ὀνομαζομένων ἀγγείων ἐκκαθαίρεται. id eſt: In ſanguine generando quicquid abunde craſſum & terreum ex ciborum natura in nutrimento fertur, nec cõmode à natiuo calore alteratur, id lien ad ſe trahit. Quod uero aſſum, ut ſic dicam, uſtumq́; nutrimenti eſt, fuerit ſanè hoc ca-

lidiſſimum

A *lidiſſimum in eo ac dulciſſimum, qualia ſunt tum mel, tum adeps, id cum flaua bilis facta eſt, per fellis uocata uaſa expurgatur. Cur autem mel prompte in bilem uertatur, oſtendit Galenus lib. iiij. de ſimpl. medic. facul. cap. xvi. Bilioſi autem humoris generationẽ ideo retulit Hippocrates, ut nimirum reliquorum quoq; humorum generationẽ medico eſſe inueſtigandã inſinuaret. Porrò ſi ſanguinis ſerum in corpore abundabit, tum lingua rubea: quemadmodum ſi atræ bilis, nigra fit. Color enim humores redundantes indicat. Neq; igitur niſi à ſanguine rubea, neq; nigra niſi ab atra bile, lingua fieri poteſt. Aridæ* Linguæ aridæ. *inſuper linguæ ac uehemẽter ſiccæ in febribus ardẽtibus à fuliginoſa aduſtione fiunt. Nam hæ ignis inſtar ſanguinẽ adurentes, fuliginis potius ꝙ uapori ſimilem exhalationem efficiunt, ideoq; & hæ linguæ ſemper fermè nigræ apparent. Cuius rei Galenus quoq; teſtis eſt, qui lib. viij. de placitis Hippoc. & Platonis ſic ſcribit:* ὥσπερ ὅταν ἐκ τῶν περὶ γλῶτταν χρωμάτων διαγιγνώσκει τὰς ἐν τῷ σώματι διαθέσεις μελαίνας, λέγων αὐτὰς ἀπὸ ἐγκαύσεως λιγνυώδεις γίγνεσθαι. καθάπερ γὰρ ἐκτὸς ἡ λιγνὺς κατά τε τοὺς λύχνους καὶ τὰς δᾳδας, τε ἄλλα πολλὰ τῶν λιπαρῶν γεννᾶσθαι πέφυκεν, οὕτω τε κατὰ τὰ σώματα τῶν ζώων πολλάκις ὑπεροπτωμένων τῶν χυμῶν, καὶ μάλιστα τῶν λιπαρῶν, γεννᾶται τι παραπλήσιον λιγνύϊ.

B *id eſt: Quemadmodum cum ex linguæ coloribus nigros in corpore affectus dignoſcẽdos docet, ex aduſtiõe fuliginoſa fieri eos affirmans. Sicuti enim extra corpus è lucernis & facibus, alijsq; huiuſcemodi pinguibus rebus exire fuligo cõſueuit: ita etiã in animaliũ corporibus ſæpenumero fit, ut torrefactis humoribus ac præcipue pinguibus, fuligini ſimile quiddã generetur. Hactenus Galenus. Fiunt quoq; eiuſmodi linguæ ab uteri parte, quãdo uidelicet inflammatione afficitur, quod febres tum calidiſſimæ corpus occupent. Deniq; ut ab atra bile nigra, ſic à pituita alba fit lingua. Hæc ſigna, niſi aduentitio quodam ciborum & potuum colore infecta fuerit lingua, res monſtratæ ſemper ſequuntur: non autem rebus neceſſariò ſigna. Nam non ſemper ſanguine abundante in corpore lingua rubea fit: neq; nigra ſi atra bilis in liene contineatur, aut in inferioribus uenis: neq; alba ſi pituita, neq; flaua aut pallida ibi bilis exuperet: ſed duntaxat cũ aliquis horũ in uentriculo continetur, aut cum humoris ob multum in eo calorem aut inflationem in ſublime fit latio.*

APHORISMVS XV.

Vrina eiuſdem cum cibo & potu coloris eſt, & ueluti humoris in corpore colliquatio exiſtit.

Aliquot in hac dictione coloris, qui eſt in urina, cauſas Hippoc. mõſtrat: Cauſæ coloris in urina. *unam eſſe dicens ciborum oblationẽ qui non probè in corpore tranſmutantur, nec in ſanguinẽ uertuntur: hi enim ſimilem ſibi urinæ colorem reddũt. Id quod* Ciborũ oblatio.

in iis accidit, qui præter naturam affecti ſunt. Interdum tamen in iis etiam qui C
ſecundum naturã ſe habent, cibi aliquo adſcititio colore infecti, ſimilem urinæ quoq; colorẽ efficiunt: id quod etiam medicamenta nonnulla, ueluti Rhabarbarũ, quod hodie in uſu eſt medicorũ, præſtant. Alterã cauſam coloris urinæ
Potio. *potionem eſſe inquit Hippocrates: ſeruat enim ut plurimum urina colorem eorum quæ in potione hauſimus. Proinde ſi aquam, aut uinum album & tenue biberimus, alba & aquoſa urina erit: ſin craſſum & nigrum fuerit uinum, nigrior & craßior urina erit. Flaua autem, ubi uetus & giluũ fuerit.*
Inſpectione lotij multi abutũtur. *Cum itaq; ex leui quauis occaſione urinæ mutari colorem contingat, ualde ini qui ſunt qui nihil nõ ex lotij inſpectione prædici poſſe putant: qua ſanè dementia, magna in Germania uulgi pars agitatur, dum ex unius lotij inſpectione, de tota morbi conſtitutione medicũ poſſe exquiſite pronunciare arbitrantur. Sed huic errori occaſionem dederunt inepti quidam, οὐροφαλγοι potius quàm medici, quibus uulgi ſimplicitate, quod illis ex ea re eſſet quæſtus uberrimus, hoc pacto abuti placuit, ut omnia quæ ex lotio prædicta fuiſſent, tanquam ex tripode profecta & indubitata eſſe uoluerint. Id quod non eò dixerim, quaſi urinæ inſpectionẽ inutilem prorſus eſſe exiſtimem (id enim ueterum Hippoc. præſertim & Galeni decretis eſſet reclamare) ſed abuſum potius damno, quod ex uno ſigno, tanquam omnibus ſimul iunctis, de morbi eſſentia pronunciare audent. Eo ſanè ablato abuſu, urinæ inſpectio optima erit. Tertia colo-* D
Colliquatio. *ris qui in urina eſt mutationis cauſa eſt colliquatio: nam urina ſemper earum partium quæ in corpore colliqueſcunt colorem monſtrat. Verbi gratia, colliqueſcentibus pinguedine, adipe, & alijs his ſimilibus partibus in corpore, tũ*
1. præſag. 35. *pinguis urina apparet. Hinc eſt quod in prognoſticis ſcripſerit:* καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἀφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι, ξυντήξεως γὰρ σημεῖα. *hoc eſt: Et pinguedinem telis araneorum ſimilem deſuper natantẽ damnare oportet, colliquationis nanq; ſignum. Colliqueſcunt etiam interdum aliæ à prædictis corporis partes, & tum ſanè earundẽ non colorem modo, uerumetiã ſubſtantiã urina oſtendit: ut cum carnium ſpeciem referentia in urina exiſtunt, tum renum colliquationem indicant: id quod alibi etiam*
4. aph. 76. *iis uerbis docet Hippocrates:* ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία μικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται. *quod eſt: Quibus cum urina craſſa carunculæ exiguæ, aut ueluti capillamẽta exeunt, his à renibus excernitur. Ita furfurea in urina, ueſicæ colliquationẽ*
4. aph. 77. *mouſtrant, ut in aphoriſmis quoq; ſcribit Hippocrates dicens:* ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρώδεα συνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ. *hoc eſt: Quibus in urina craſſa furfurea quadam ſimul exeunt, his ueſica ſcabie affecta eſt. Plura alia ad inſtitutum attinentia offendes loco iam citato*

A *tato apud Hippocratẽ. Caluus perperàm, & præter Hippocratis mentem, ultimam hanc ſententiæ partem ſequenti copulauit.*

APHORISMVS XVI.

Lingua eiuſdem cum ijs quę in ea abundant coloris eſt, ideoq; ex illa humores dignoſcimus.

Rurſus quod paulò ante dictum eſt, nobis in memoriam reuocat, nempe ex linguæ coloribus humores in corpore exuperantes poſſe dignoſci. Vocauit uero humorum in lingua abundantiam πρόστασιν, metaphoricẽs hac dictione uſus. Proprie enim imperium, præfecturã, præſidentiamq; ſignificat, à uerbo προστάτω, quod impero, præſideoq; Græcis eſt. Quum uero is qui rem aliquam occupat & poſſidet, illi præſidere dicatur, factum eſt ut etiam humorũ linguam occupantium dominium, ac in ea abundantiam, πρόστασιν uocauerit, non curando num ex uentriculo ſurſum elatis humoribus & uaporibus, aut immerſis ſibi, aut extrinſecus illam tangentibus et irrigantibus humoribus infecta fuerit. Teſtis Galenus, in eius ſententiæ explicatione ſic ſcribens: ἀσαφής ἐστιν ἐνταῦθα ἡ προστάσεσι. τινῶν μὲν οἰομένων προστάσεις χυμῶν εἰρῆσθαι ἐκ τῆς γαστρὸς ὁρμώντων, ἐνίων δὲ τοὺς ἐπιπηγνυμένους τῆς γλώττης, τινῶν καὶ τοὺς διαβρέχοντας. ἄμεινον δὲ τούτους ἅπαντας ἀκούειν,
B ἵνα ᾖ δὴ τῶν ὁπωσοῦν φαινόντων τῆς γλώττης χυμῶν ὁ λόγος ἡ γινόμενος. *Caluus inepte προστάσεσι propinatis cõuertit, quod non tantum de colore linguæ quem cibus aut potus, aut aliud quod deuoratur efficit, Hippocrati ſermo ſit, ſed etiam de eo quem uenæ hanc nutrientes, & ea quæ ſurſum ex uentriculo feruntur, procreant. Haud minori ineptia ad ſuccos quos deuoramus hoc loco retulit, quod Hippocrates ad ſuccos & humores in corpore contentos referre uoluit, dicens linguam eiuſdem eſſe coloris cum ijs quæ ex uentriculo ſurſum feruntur, & ijs quæ per uenas illam nutrientes huc perueniunt, & quæ ex uaporibus elatis illi immerguntur, & quæ extrinſecus tantũ & foris illã inficiunt ac tingunt, ideoq; ex illa quoq; humores in corpore exuperantes poſſe dignoſci. Pallida enim ſi fuerit, bilis pallidæ, quemadmodum alba, pituitæ, nigra uero atræ bilis abundantiam, & in corpore dominium, ut ſuprà diximus, portendet.* πρόστασις.

APHORISMVS XVII.

Si carnes guſtanti ſalſæ eſſe apparent, redundantiam indicant.

Non modo linguæ colorem, quod præcedenti ſententia docuit, uerumetiam guſtandi facultatem redundantes in corpore humores demonſtrare poſſe, hoc loco Hippoc. ſcribit. Nam qui amarum in lingua humorẽ obtinent, ijs omnia quæ guſtant, etiamſi dulciſſima ſint, amara eſſe uidentur: ut accidit ijs qui regio uocato morbo correpti ſunt. Pari ratione ſingula ijs ſalſa eſſe uidentur, Guſtandi facultas redundãtiam indicat.

quibus ſalſo humore lingua infecta exiſtit. Cuius rei euidens indiciū in ſanis C
etiam corporibus id eſt, quod ſi quis abſinthiū deguſtarit, tum mox hoc quod poſt illud guſtat, amarum quoq; eſſe apparet. Sic ſalem comedenti, quicquid offertur ſalſum eſſe uidetur. Igitur in morboſis affectibus ubi lingua alieno quopiam humore imbuta fuerit, euenire conſueuit ut omnia quæ guſtauerit quis, uel ſalſa, uel amara eſſe, uel alium quempiam ſaporem abſurdum habere uideantur, licet omni uehementi qualitate deſtituta ſint. Adueniente enim extrinſecus re ſenſibili, mouenteq; uitiatum humorem, qui hactenus in lingua quietus latebat, ſentit quidem guſtandi facultas, non rem ſenſibilem extrinſecus aduenientem, ſed abundantem in lingua humorem. Recte itaq; ab Hippocrate dictum eſt, ſi carnes guſtanti ſalſæ apparuerint, notam humoris, ſcilicet ſalſi in corpore redundantis eſſe. Cæterum ſolet nonnunquam mixtus guſtandi facultati obrepere ſenſus, adeò ut illi aliquid ſimul duos ſapores præ ſe ferre uideatur. Id quod fieri ſolet ubi cibus aliqua quoq; uehementi qualitate præditus eſt: tum enim non ſolum humoris linguæ imbuti, uerumetiam eius qui offertur ſapor ſentitur.

APHORISMVS XVIII.

Si papillæ mammarum, & rubeum quod circa illas eſt, pallidum fuerit, morboſum uas ſit oportet. D

Vteri cum mammis conſenſum hac in dictione Hippocrates inſinuat: per
VAS. *uas enim nihil aliud niſi uterū intelligit, quod in eo fœtus perinde atq; in uaſe humor contineatur: id quod iis uerbis etiam Galenus docet:* οὐ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ἑρμηνείαν ἐστὶ ἄγγος ὀνομάσαι τὴν ὑστέραν τὸ γοῦν λεγόμενον εὔδηλόν ἐστιν. *Quibus uerbis monſtrat, etſi Hippoc. non conſuetum ſit uas nominare uterum, tamen hunc per illud intelligi manifeſtum eſſe. Quum itaq; conſenſus cōmunioue utero cum mammis ſit, nihil mirum harum affectus, uteri interdum morbos prænunciare. Hinc eſt quod hoc loco Hippocrates ex papillis pallidis, & ex pallida quæ circa has eſt circunferentia, quæ recte & ſecundum naturam ſe habente utero rubea exiſtit, uterum eſſe morboſum prædici poſſe ſcribat. Eſſe autem peculiarem quendam uteri cum mammis conſenſum, Hippocrates pluribus exemplis in quinta aphoriſmorū*
5. aph. 37. *particula oſtendit. Primum ex abortu, ubi ſic inquit:* γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν οἱ μασθοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γίνονται, ἐκτιτρώσκει. *quod eſt: Si mulieri utero gerenti mammæ ſubitò tenues fiunt, abortit. Et mox ſequenti ſentētia:* γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ὁ ἕτερος μασθὸς ἰσχνὸς γένηται, δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει. *id eſt: Mulieri grauidæ ſi altera mamma tenuis fiat, geminos habenti alterum abortit. Deinceps ex menſtruorū per cucurbitulas mammis appoſitas cohibitione, in hunc modum ſcribens:* γυναικὶ τὰ κατα-

A τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλε. *hoc eſt: Mulieri ſi uelis menſtrua cohibere, cucurbitulam quammaximã ad mammas appone. Quibus & alijs multis ſententijs cõmunitatẽ mammarũ cum utero indicare uoluit, quod ſcilicet eo affecto, & illæ afficerentur. Mammarũ cum utero conſenſum Galenus etiam lib. xiiij. de uſu partium corporis humani, ijs uerbis oſtendit:* φαίνεται δ' ἐναργῶς ὅση μήτραις καὶ τῶν τιτθῶν πρὸς τὰς μήτρας κοινωνία κατά τε τὰς φθορὰς τῶν ἐμβρύων, περὶ ὧν Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξε, καὶ πρὸ τούτων ἔτι κατὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ ζώου. μικροὶ μὲν γὰρ αὐξανομένων ὁμοίως ταῖς μήτραις, τελεωθέντων δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ γεννηθῆναι ὥραν ἀποβαλόντων, συνεξαίρονται ταῖς ὑστέραις ἄχρι τοῦ προσήκοντος μεγέθους. *quod eſt: Mammarũ uero cum utero cõmunio quotidie euidenter apparet per fœtuum corruptiones, de quibus nos Hippocrates docuit, & ante hæc animali adhuc ſecundum naturam ſe habente. Paruæ ſiquidem inſtar uteri ſunt mammæ dum fœtus augentur: dum uero iam perfecti ſunt, & natiuitatis hora eijciuntur, tum ſimul cum utero attolluntur uſq; ad conuenientem magnitudinem.*

APHORISMVS XIX.

Aurium ſordes hominibus ſi dulces fuerint, mortales: ſin amaræ,
B minime.

Hoc in loco exemplo ſordium quæ in auribus inueniuntur, ex partium corporis redundantijs earundem affectus interdũ dignoſci poſſe monſtrat Hippocrates. Quemadmodum enim ex alui excrementis inteſtinorũ affectus, ex urina uero iecinoris, ſic ex ſordibus quæ in auribus ſunt, cerebri, eius potiſſimum colliquatio, deprehendi ualent. Nam ſi ſordes eiuſmodi guſtanti dulces apparuerint, cerebri certe colliquationem, quod & ipſum guſtantibus dulce apparet, portendet. Sin amaræ eſſe uidebuntur, cerebrũ ſecundum naturam ſe habere indicabunt. Non eſt autem quod Hippocratis hoc præceptum ad medicum referas, quaſi illi ſordes aurium deguſtandæ ſint, hoc enim abominabile planè & indignum etiam medico eſſet, ſed ad ægrum potius, cui ſanè præcipiendum erit ut ſordes eiuſmodi deguſtet: neq; etiam ſanè facile quis repugnabit, cum ſuas deguſtare ſordes haud abominabile ſit.

Ex redundantijs partium affectus dignoſcuntur.

Medico corporis ſordes non deguſtandæ.

APHORISMVS XX.

In diuturnis morbis demutare terram expedit.

Terræ mutationem morbis interdũ prodeſſe Hippoc. hoc loco monſtrat. Non autem omnibus morbis mutationem hanc competere putes, ſed ijs tantũ qui diuturni fuerint. In ijs itaq; qui recens cœperunt morbis, terræ mutatione haud opus erit, ſed medicamentorũ potius facultate propulſandi id genus morbi ſunt. Haud itaq; conſultò faciunt medici, qui mox terræ demutationem

Terræ mutatio morbis nonnullis prodeſt.

Quibus morbis terræ mutatio proſit.

quibus libet in morbis præſcribunt, cum iuxta Hippoc. conſilium in diuturnis tantũ morbis idipſum faciendũ ſit. Terræ autem mutatio, ſiue nauigando, ſiue alio quouis modo fiat, ut ſi quis equo aut curru uehatur, aut pedeſter iter fecerit, ideo potiſsimũ utilis eſt, quod uel motus qui in itinere fit, uel aeris mutatio iuuet ægrũ, maxime ſi in contrariũ aera delatus fuerit. Contrarius autẽ eſt nõ modo is qui regionis, in qua uixit æger, aeri aduerſatur, uerumetiã qui morbo repugnat. Proinde ſi morbus humidus fuerit, ſicciore in quem transferatur aere indigebit: ſin ſiccus, humidiore. Pari ratione ſi calidus fuerit morbus, frigidiore: ſin frigidus, calidiore opus habebit. Hoc utiq; nomine Gal. ut uidere licet libro v. ther. meth. cap. xij. ulcere pulmonis affectis ad Tabias proficiſci perſuaſit. Plinius quoq; lib. xxxi. cap. vi. quoſdam phthiſi correptos in Aegyptum, calidi ac ſicci illic aeris gratia, nauigaſſe ſcribit.

Contrarius aer.

C

APHORISMVS XXI.

Imbecilliores cibi momẽtaneã ac breui tẽpore durantẽ uitã efficiũt.

Cibos imbecilliores Hippoc. uocat, qui corpori poſtq̃ aſſumpti fuerint, modicum atque exiguũ nutrimentũ præſtant. Teſtis Gal. in eius ſententiæ explicatione ſic ſcribens: σιτία ἀσθενέστερα οὐκ ἄλλό τι δυνατόν ἐστιν ἀκούειν τὰ βραχεῖαν τροφὴν διδόντα τῷ σώματι. *In hoc ſanè genere ciborũ ſunt omnia olera, & fructus arborei q̃ plurimi. Cuius rei teſtis eſt Gal. qui lib. ij. de aliment. facul. de oleribus ſic ſcriptum reliquit:* πρόδηλον δ' ὅτι πρὸς τῷ βραχεῖαν τροφὴν διδόναι τῷ σώματι, καὶ κακόχυμα πάντα ἐστὶ ταῦτα. *quod eſt: Conſtat autem hæc omnia præterq̃ quod exiguam corpori alimoniã præbent, praui quoq; ſucci eſſe. Cornelius quoq; Celſus lib. ij. cap. xvij. imbecilliſsimam materiã eſſe omne olus ſcribit. Fructus uero arboreos eſſe quoq; cibos imbecillos teſtatur Galenus libro iam citato, ſic ſcribens:* καθόλου δέ σε περὶ τῶν ἐδωδίμων ἀνθρώποις καρπῶν ἐπίστασθαι χρὴ λόγῳ κοινῷ, τοὺς μὲν ὑγροὺς καὶ λεπτὴν καὶ ὑγρὰν ἐργάζεσθαι τὴν ἐξ αὐτῶν διδομένην τῷ σώματι τροφήν, ᾧ πάντως ἕπεται πορίμον τε καὶ διεξερχομένην ἅπαν τὸ σῶμα, ταχέως ἐκκενουμένην τε διά τε οὔρων καὶ κατὰ τὸ δέρμα τὴν τοιαύτην εἶναι. κατὰ τοῦτ' οὖν ὀλιγότροφα πάντα τὰ τοιαῦτα ἐδέσματα λέγεται προσηκόντως ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. *id eſt: In uniuerſum autem communi ſermone de fructibus quibus homines ueſcuntur ſcire oportet, humidos tenue humidumq; ex ſe corpori nutrimentũ afferre. Huic omnino, cum commeabile ſit, inq; omnes corporis partes penetret, ſequitur ut uelociter tũ per urinas, tum per cutem excernatur. Hac itaq; ratione non abſurde omnes huiuſmodi eſcas medici exigui nutrimenti appellarunt. Hactenus Galenus. Quum igitur id genus cibi parum nutriant, nihil mirum ſi his utentes uitam momentaneã ac breui tempore durantem habeant, quod ſtatim ſi quid ex illis nutri-*

Cibi imbecilliores.

Olera parum nutriũt.

D

A *nutrimenti acceſſerit corpori rurſus pereat, & ex illo uacuetur. Et hoc eſt quod ijs uerbis, ὀλιγοχρονίων βιοτὴν ἔχει, inſinuare uoluit Hippoc. quæ interprete etiã Galeno nihil aliud ſignificant, quàm τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ὀλιγοχρονίους ἐργάζεσθαι πέφυκεν. Errat itaq; uehementer Caluus, quod ultimam hanc partem, pro eo quod eſt parum nutriunt conuertit, quod ita nihil aliud diceret Hippoc. niſi quod cibi parum nutrientes parum nutrirent, idemq; temerè bis proferret.*

APHORISMVS XXII.

In defluxu ad coxas uenas quæ poſt aures ſunt ſecare oportet.

De medicandis defluxibus ad coxas, quos κέδματα conſueto nomine appellat, hoc loco Hippoc. diſſerit. Quod uero hac dictione nõ in uniuerſum omnes dolores diuturni, ſed defluxus tantũ ad crura, potiſſimũ coxas, decumbentes apud Hippoc. ſignificẽtur, teſtatur in primis grauis autor Galenus, qui in explicatione huius ſententiæ in eum ſcribit modum: κέδματα λέγει τὰ εἰς τὰ σκέλη καταςκήπτοντα ῥεύματα, καὶ μάλιστα αὐτῶν τὰ εἰς τὴν πρώτην διάρθρωσιν ἥτις ἐστὶ κατ᾽ ἰσχίον. *quod eſt: Kedmata defluxus ad crura decumbentes nominat, potiſſimũ eos qui ad primã quæ iuxta coxam eſt articulationem pertingunt. Et in libro de expoſitione antiquarũ dictionũ* — κέδματα.

B *Hippoc. ubi ita ſcriptũ reliquit:* κέδματα φησὶ τὰς ἐκ ῥεύματος χρονίους διαθέσεις, ἤτοι περὶ τὰ ἄρθρα σύμπαντα, ἢ ἐξαιρέτως περὶ τὰ κατ᾽ ἰσχίον. *hoc eſt: Kedmata diuturnos ex defluxu affectus, qui uidelicet circa omnes articulos, aut coxã potiſſimũ fiunt appellat. Quum itaq; aliquẽ morbus ille corripuerit, tũ aliquã ex ijs uenis quæ poſt aures ſunt, incidere cõfert. Et quũ harum tres ſint numero, una quidem reliquis magis conſpicua eſt, quã ſanè præ alijs ſecare oportet. Quod uero eius uenæ ſectio prædictis morbis auxilium præſtet, exemplo Scytharũ, qui hoc morbi genus ob frequentẽ equitationem perpetiuntur, Hippoc. etiã in libro de aere, aquis & locis, ad eum modũ ſcribens demonſtrat:* καὶ ὅπως τὸ πάθος ὥς μοι δοκέει γίγνεσθαι φράσω, ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσὶν, ἔπειτα ἀποχωλοῦνται καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσιν. ἰῶνται δὲ σφᾶς αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε, ὁκόταν ἄρχηται ἡ νοῦσος ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέρου φλέβα τάμνουσιν. *quod eſt: Quomodo hic affectus contingat, ut mihi uidetur narrabo. Ab equitatione ipſa defluxus eos in coxam corripiunt, nimirum propendentibus ſemper ex equis eorũ cruribus, deinde claudi fiunt, contrahũturq; coxarũ uertebræ quum inualuerit morbus. Medicantur uero ſibijpſis hoc modo: ab initio morbi utranq; uenam retro aures incidunt. Porrò haud temerè iſta medicationis ratione utendum erit, quod ſcilicet harum uenarũ ſectio infœcundos* — Venæ poſt aurem tres. — Venæ poſt aurẽ inciſæ infœcundos reddunt.

reddat, quemadmodũ loco iam citato tradit Hippoc. in hunc ſcribens modum: C *ἐμοὶ μὲν οὖν δοκέει ἐν ταύτῃ τῇ ἰήσει διαφθείρεσθαι. εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες, ἃς ἐάν τις ἐπιτάμῃ, ἄγονοι γίνονται οἱ ἐπιτμηθέντες ταύτας. id eſt: Mihi ſanè uidentur ea medicatione ſeipſos perdere. Venæ enim poſt aures ſunt, quas ſi quis ſecet, ſterilitatem inferunt his quibus ſecantur. Et in lib. de ſemine, ubi ita ſcriptũ reliquit: ὁκόσοι παρ' οὖς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφίασιν, ὀλίγον δὲ τὸ ἀσθενὲς, καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὕτη δὲ ἡ δίοδος ὑπὸ τῆς τομῆς οὐλῆς γινομένης, στερεὴ γέγονεν. hoc eſt: Quibuſcunq; uenæ iuxta aures inciſæ ſunt, hi quidem uenereis utuntur, ſemenq́; emittunt, ſed modicum, imbecille & infœcundum: maior enim ſeminis portio à capite iuxta aures in ſpinalem medullã deſcendit. Tranſitus uero ipſe poſt ſectionẽ iam obducta cicatrice indureſcit conſolidaturq́;. Cæterum admonendus nobis lector erit, quod ubi omnia exemplaria ferè ἐν τοῖσιν ὠσὶν habent, hic nos περὶ τὰ ὦτα repoſuiſſe: ita enim legendum eſſe Galenus in commentarijs admonet. Nam uenæ quæ in auribus ſunt, paruæ admodum & uix conſpicuæ ſunt, ideoq́; ſecari nequeunt.*

APHORISMVS XXIIII.

Venus morbis qui à pituita fiunt, confert. D

Veneris cõmoda *Inter alia ueneris commoda, quæ ſanè ubi moderata fuerit multa ſunt, & hoc habetur quod in præſentiarũ refert Hippoc. uidelicet morbos qui à pituita orti ſunt propulſare. Idipſum autem uenerem poſſe Aetius quoq; ex Rufi ſententia lib. iij. cap. viij. ijs uerbis docet: Neq; omnino damnoſa uenus eſt, plenitudinem enim euacuat, & corpus agilius reddit, augmentum procurat, uiriliorem animũ facit, durum etiam corporis habitum ex interuallis recepta emendat: mollit enim inſtrumenta, meatus dilatat, atq; à pituita expurgat. Præterea delirantibus, iracundis, melancholicis, triſtibus, homines odio habentibus, coire maximũ præſidium eſt, imò ſapientiores omnino reddit, quicunq; aliquo morum genere aberrauerint. Iuuat etiam comitiali morbo laborantes, & qui capitis uel grauitatem, uel dolorem patiũtur. Hippoc. autem unico uerbo complexus, uenerem inquit optimam eſſe omnibus morbis qui à pituita pendent. Paulus quoq; Aegin. qui lib. i. cap. xxxv. de uenere in eum modum ſcribit: Veneris hæc ſunt cõmoda, humores ſuperuacuos inanit, corpus auctum, agile, & uirile magis efficit. Quantũ uero ad animum ſpectat, impeditam rationis uim diſſoluit, iratos mitigat, eoq́; melancholicis coitus, ſi quid aliud, remedium eſt accõmodatiſsimũ. Item alio modo inſanientibus integritatem ſenſuũ reſtituit. Iam pituita redundantibus uenus utiliſsima. Nullo autem alio nomine uenus morbis quos pituita conflauit utilis eſt, niſi quod*

A *pituitæ ſubſtantiam exiccat atq; euacuat: haud enim aliter quàm uigilia, eò quod humores pituitoſos diſcutit ac diſsipat, exiccare ualet. Hinc eſt quod in problematis Ariſt. ſic ſcriptum reliquerit:* διὰ τί συμφέρει πρὸς τὰ ἀπὸ φλέγματος νοσήματα λαγνεία; ἢ ὅτι τὸ σπέρμα περιττώσεως ἀπόκρισις, καὶ φύσει ὅμοιον φλέγματι, ὥστε ἀφαιροῦσα πολὺ φλεγματῶδες ὠφελεῖ ἡ συνουσία. *quod eſt: Cur uenus morbis qui à pituita contrahuntur utilis eſt? An quod ſemen genitale excrementi excretio eſt, & natura pituitæ ſimile. Quod igitur multum pituitæ coitus aufert, ideo utilis eſt. Et iterum:* διὰ τί ἡ λαγνεία πρὸς νοσήματα ἔνια τῶν ἀπὸ φλέγματος συμφέρει; ἢ ὅτι περιττώματός ἐστιν ἔξοδος, ὥστε συνεκκρίνεται πολλὴ περίττωσις, τὸ δὲ φλέγμα περίττωμα. *hoc eſt: Cur uenus morbis nonnullis à pituita ortis cõmoda eſt? An quoniam excrementi quidam exitus eſt, ita ut multum redundantis materiæ cum ſemine excerni poſsit. Pituita autẽ excrementum eſt. Calor quoq; qui in coitu excitatur, quia pituitoſos humores exiccat, in cauſa eſt cur uenus prædictis morbis conducat: id quod in ſequenti problemate Ariſtot. quoq; indicauit, ut uidere ibidem licet. Quid multa? quum humores pituitoſi frigidi & humidi ſint, coitus uero calefaciat & exiccet, nihil mirum morbis ab iis procreatis illum conferre poſſe. Non eſt autẽ*
B *quod omnibus qui pituitoſis morbis afficiuntur, uenerem optimã eſſe credas, ſed iis tantum quibus uirtus adhuc conſtans, & corporis robur ualidum exiſtit. Qui itaq; imbecilliores ſunt, hos potius lædit, & ad extremam imbecillitatem perducit, tantum abeſt ut conferre queat: hos etiam etſi ſtatim calefaciat, deinceps tamen inſigniter refrigerat.*

Ratio cur coitus morbis à pituita factis conducat. Sect. 1. prob. 51.

Sect. 4. prob. 17

Quibus uenus utilis.

APHORISMVS XXIIII.

Validi ac uehemẽtes cibi & potus, calido uẽtriculo preditos turbãt.

Quid uehementes cibi & potus in iis qui calido uentriculo præditi ſunt poſsint, hac dictione monſtrat. Validos autem ſeu uehementes cibos & potus Hippoc. non eos qui copioſam corpori alimoniã præſtant, ſed eos potius qui uehementem caloris obtinent facultatẽ, ut ſunt allia, cepe, & laſerpitiũ, nominat. Teſtis Galenus, qui in huius ſententiæ enarratione ſic inquit: οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἰσχυρὰν δίαιταν ἔφαμεν εἶναι τὴν τῶν πολυτρόφων σιτίων, οὕτω καὶ νῦν ἀκουστέον ἐστὶν ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ τὰ πολλὴν διδόντα τῷ σώματι τροφὴν, ἀλλὰ τὰ τὴν δύναμιν ἔχοντα σφοδρὰν, κρόμμυα δηλονότι, καὶ σκόροδα, καὶ σίλφιον. *Cæterũ eiuſmodi cibi & potus eos qui calido uentriculo præditi ſunt turbant: immodica enim & inſuaui ſua caliditate qua pollent, intemperiẽ naturalem augent. Quare cõtrarij, hoc eſt, frigida facultate præditi, cibi & potus illis exhibendi erunt, id quod & antea iis docuit uerbis:* Ἐνθέρμῳ φύσει ψύξις, ποτοῖς ὕδωρ, ἐλιννύσις. *hoc eſt:*

Validi cibi & potus.

4. part. aph. n.

Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, quies, confert. In ſumma, tacite innuit præſcripta ſententia Hippoc. quod ijs qui inculpata fruuntur ſanitate, ſimiles ſint adhibendi cibi ac potus: ijs uero qui aut morbi aut ſanitatis intemperie laborant, contrarij, quod nimirum contraria contrarijs curentur, & ſimilia ſimilibus foueantur. C

APHORISMVS XXV.

Ab atra bile liberant, quia ſimile profluit, hæmorrhoides.

Hoc in loco qua ratione illis qui ob retentas hæmorrhoidas atra bile corripiuntur medicandũ ſit, docet Hippoc. nimirũ illis prouocandas eſſe hæmorrhoidas dicẽs, quod ijs promanantibus ſimile, hoc eſt, humor is qui morbi cau
6.aph.11. *ſa exiſtit, uacuetur. Atque hinc eſt quod in aphoriſmis dixerit:* τοῖσι μελαγχολικοῖσι καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν. *quod eſt: Atra bile & renum uitijs correptis ſi hæmorrhoides ſuperuenerint bo-*
6.aph.22. *num. Et rurſus:* τοῖσι μαινομένοισι αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις. *id eſt: Si mariſcæ inſanientibus ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio fit. Nihil itaq; mirum quum hæmorrhoides craſſum ac melancholicum ſanguinem euacuent, atra bile percitos ſanare. Proinde medicus unicè diſquirat in atræ bilis curatione, num ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus morbus procreatus ſit: id enim ſi compertum habuerit, tum non ſolum iam imminentem, uerumetiam paulò poſt futurum morbum propulſare poterit. Caluus haud recte ſententiam iam enarratam cum ſuperiori coniunxit.* D

APHORISMVS XXVI.

Coitus morbos temporis progreſſu incrementũ accipientes ſanat.

Aenigmatica prorſus hæc ſententia exiſtit, ideoq; uarias etiam interpre-
ἐπαυξίας νούσοι. *tationes ſuſcipere poteſt. Sunt enim qui per* ἐπαυξίας νούσους, *hoc eſt, per morbos incrementum accipientes, eos intelligant, qui temporis progreſſu augentur, & ſemper peiores fiunt, niſi illorum ſolutio anteuertat: ut ſunt podagra, epilepſia, & huiuſmodi. Et ſi ij morbi à pituita orti fuerint, tum uerè di-*
Part. eadem aph.23. *citur illis coitum conferre: nam antea quoq; docuit, uenerem morbis à pituita conflatis utilem eſſe, idq; ubi moderata fuerit. Alij, inter quos eſt Sabinus antiquus Hippoc. interpres, per morbos accipientes incrementũ intelligunt eos qui infantibus accidunt, & uſq; ad id tempus quo coitu uti poſſunt augentur, ut eſt morbus comitialis uocatus. Et tum ſanè is dictionis præſentis ſenſus erit: Morbos infantibus accidentes, & per pueritiam increſcentes, pubertatis, & tempus hoc quo coire per ætatẽ poſſunt, ſanat. Ita ſanè uidemus non raro comitialem morbum qui in pueritia cœpit, cum pubertate deſinere. Cuius equidem rei locuples teſtis eſt idem Hippoc. qui ſuprà in hunc modũ*
Part.1.aph.4. *ſcriptum reliquit:* αἱ τῶν νηπίων ἐπιληψίαι ἅμα ἥβῃ ὅτιν οἷσιν μεταβολὰς

A λὰς ἴσχουσι. *quod eſt: Sunt pueri quorum morbi comitiales unà cum pubertate mutationem obtinent. Et in aphoriſmis in hunc modum:* τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσιν νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρίων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. *hoc eſt: Qui morbo comitiali laborant, ſi iuuenes fuerint, mutatione potiſſimum ætatis, & locorum, & uictus liberantur. Plura ad inſtitutũ facientia offendes in cõmentarijs ſuprà, ubi quartum particulæ primæ aphoriſmum explicuimus. Porrò non defuerunt qui* μίξις *dictionem pro temperamento interpretati ſunt, ut is dictionis ſenſus eſſet. Temperamentũ morbos temporis progreſſu incrementum ſuſcipientes ſanat. Horum ſanè interpretatio, haud ſecus ꝙ præcedens, tolerari poteſt. Satis enim conſtat temperamenti mutationem nonnunquam in cauſa eſſe, cur quidam à comitiali morbo liberentur. Nam cum humor morbum hunc faciens frigidus, craſſus, ac planè pituitoſus ſit, nihil mirum iuuenum ſeu adoleſcentium temperaturam, quæ calida & ſicca eſt, ijs qui morbo comitiali in pueritia, quæ humida eſt, laborarunt, ſuppetias ferre. Caluus iam enarratam à nobis ſententiam properàm ita conuertit: Morbos creſcentes cõmiſtio refrigerat. Neq; enim in uniuerſum uerum eſt coitum morbos creſcentes refrigerare: nam, ut antea quoq; diximus, coitus ubi moderatus fuerit, morbos*
B *creſcentes & diutinos, atq; adeò pituitoſos, excalfacit & exiccat potius ꝙ refrigeret, maximè ſi qui morbis illis affecti non imbecilles admodum fuerint.*

APHORISMVS XXVII.

Frigiditas ea quæ circa uentriculum ſunt indurat.

Per ea quæ circa uentriculũ ſunt, in uniuerſum omnes alui excrementa eſſe intelligenda conſentiunt. Per frigiditatem uero frigus hoc extrinſecus quod corpus noſtrum ambit, inaudiendum erit: hoc enim aluum indurare poteſt. Frigiditas quæ aluũ induret. *Nam cum in hac temporis frigidi conſtitutione calor ob ambientem nos frigiditatem ad profunda corporis pellatur, fit ut uentriculus multo quàm alio tempore calidior fiat, ueluti in aphoriſmis dixit:* αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, *calidioreq; iam facto uentriculo excrementa promptius exiccantur, quod nimirum tum optima concoctio fiat, & uniuerſus ſuccus nutrimenti in corpus diſtribuatur. Exiccatis itaq; iã excrementis, neceſſe quoq; eſt ut eadem indurentur. Atq; hinc eſt quod alibi in hunc modum ſcriptum reliquerit Hippocrates:* ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραί, *quod eſt: Si uero tempus aquiloniũ fuerit, tuſſes, fauces, alui duræ. Deniq; in frigida & aquilonari conſtitutione, muſculi qui circa ſedem ſunt contrahuntur ac conſtringuntur, excrementaq; longiore tempore in aluo detinentur. His itaq; detentis neceſſariò exiccantur, exiccataq; indurantur. Cui ſanè ſymptomati haud præſentius erit quàm aqua calida remediũ: hæc enim muſculos* Calidæ aquæ uapor, aluum aſtrictã ducere ualet.

2.aph.45. 1.aph.15. 3.aph.5.

rurſus relaxare poteſt. Atq; hinc eſt quod mulierculæ nonnunquam aluo C
conſtrictæ, calidæ aquæ uaporem ac ſuffitũ fieri præcipiant. Ex ijs itaq; euidentiſſimum eſt, per frigiditatem hoc loci Hippocratẽ extrinſecam, & minime eam quæ in uentriculo exiſtit intelligere, quod fieri non poſſit ut tanta in eo frigiditas generetur, ut cibum & potum cõſtringat atq; induret. Quod ſi tamen aliqua in illo frigiditas fuerit, tum hæc ipſa, quia concoctionẽ lædit, atq; adeò in uniuerſum corpus nutrimenti diſtributionem impedit, aluum potius humectat: neq; enim excrementa hac ratione exiccari poſſunt, ideoq; diutini alui fluores comitantur.

APHORISMVS XXVIII.

Quod ſi uolueris ut is qui elleborum bibit celerius purgetur, ut lauet aut comedat præcipe.

Quod hic particulatim in ellebori tanquam eius quod uehementer purgat ſumptione faciendum eſſe præcipit, hoc idem in uniuerſum alibi de omnibus
2.aph.9. *alijs medicamentis purgandi ui præditis pronunciauit dicens: τὰ σώματα, χρὴ ὅκου ἄν τις βούλεται καθαίρεσθαι εὔροα ποιέειν. id eſt: Corpora ubi quiſpiam purgare uoluerit, fluida facere oportet. Vult autem planè corpus ante medicamenti ſumptionẽ eſſe præparandum, quo celerius hoc ipſum ſuam*
Corpora duobus modis fluida fiũt *actionem perficere ualeat. Duos uero potiſſimum modos, quibus ut celerius* D
erumpat medicamentum effici poteſt, præſcribit. Vnus eſt, ut is qui medicamentũ aſſumpturus eſt, ſe aliquot antea diebus bis aut ter lauet, ut humores fundantur, & corpus laxius ac mollius reddatur. Secundus modus quo corpora ad purgationem præparamus, eſt, ut elleborum aut aliud medicamentũ purgans ſumpturus, comedat cibos ſcilicet qui extenuent, atq; incidant craſſos ac tenaces humores corpus infeſtantes, & meatus per quos illi tranſmittendi ſunt, atq; à purgantibus medicamentis trahendi, aperiant. Quid multa? & balneis & cibis idoneis corpus humectandũ erit: id quod etiam ijs uerbis in
4.aph.13. *aphoriſmis præcipit Hippocrates: πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥαδίως ἄνω καθαιρομένοισι πρὸ τῆς πόσιος ὑγραίνειν τὰ σώματα πλείονι τροφῇ καὶ ἀναπαύσει. quod eſt: Qui non facile ſupra elleboro purgantur, eorum corpora ante potionem pleniore cibo ac quiete humectanda ſunt.*

APHORISMVS XXIX.

Sanguis per ſomnum interiora magis petit.

Nihil aliud hac dictione innuit Hippocrates, niſi quod ſanguis, & cum eo calor natiuus, qui in hoc & ex eo nutritus plurimus eſt, per ſomnum interio-
4.part. aph.12. *ra corporis petat: id quod & ſuprà ijs indicauit uerbis: ἐμφανέως ἐγρηγορὼς, θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος, καθεύδων δὲ τἀναντία. hoc eſt: Vigilans circa exteriora corporis manifeſtè calidior eſt, circa uero*

interiora

A *interiora frigidior. Dormiens contrà. Hippocratis ſententiæ ſubſcribit Ariſtot. lib. iij. de hiſt. animal. cap. xix. in eum ſcribens modum:* τοῖς δὲ καθεύδουσιν ἐν τοῖς ἐκτὸς μέρεσιν ἔλαττον γίνεται τὸ αἷμα, ὥστε καὶ κεντουμένων μὴ ῥεῖν ὁμοίως. *quod eſt: Dormientibus ſanguis in exterioribus partibus minor eſt, ita ut adacto cultello non æque effluere poßit. Cæterum utile admodum eſt medico ut ſciat ſanguinem per ſomnũ exteriores deſerere partes, ſubireq́; interiores, quo nimirum intelligat in ſomno concoctionẽ fieri meliorem, & ut in interiorũ partiũ inflãmationibus ægros à ſomno, tanq́; his per nicioſiſſimo, arceat: ſiquidem ſanguis per illum interiora ſubiens, inflammationum incrementi cauſa exiſtit. Vides itaq; quantum cõmodi tibi ex Hippocratica illa breuitate ſperandum ſit, quam tamen ut inutilem, magna hodie medicorum pars, unius Auicennæ, hominis ignauiſſimi & nugaciſſimi, ſcriptis ineptiſſimis contenti, prorſus negligunt.* Somnus in interanis inflammationibus noxius.

APHORISMVS XXX.

Rigor à ſuperioribus uentriculi partibus magis incipit, calor uero ab inferioribus.

Nihil aliud hac ſententia innuere uult Hippoc. niſi quod rigor à ſuperioribus quæ circa uentriculum ſunt partibus potius ſentiatur, aut incipiat, calor uero ab inferioribus. B *Id quod contingit potiſſimũ ex humorum noxa, & quæ hanc ſequitur ciborũ corruptione. Quando enim aut frigidus, aut mordax in ore uentriculi ex ciborũ corruptione, aut maligna eorũdem qualitate, aut ex corporis in id defluxu humor collectus fuerit, tum illic rigoris fit principium. Quando autẽ cibus corruptus in inferiores uentriculi partes diſceſſerit, tum ſanè calor immodicus atq; febris fit, abſq; eo quod rigor, ueluti contingit ubi ea quæ ſunt in ore uentriculi mordentur, præcedat.*

APHORISMVS XXXI.

Spiratio uelox & crebra fit ubi pulmo æſtum ſiccum obtinuerit. Cæterum immodice uacuatum multus ſomnus exiccat.

Duas hæc dictio partes habet, in quarum prima Hippoc. monſtrat, cauſam uelocis & crebræ ſpirationis eſſe ſiccum & calidum pulmonis temperamentum. Celerem autem & crebram ſpirationẽ à calore immodico fieri, Galenus pulſus celeris & crebri exemplo monſtrat, lib. i. de præſagio ex pulſibus ſic ſcribẽs: ὁ μὲν οὖν θάττων θερμοτέραν, ὁ δὲ βραδύτερος ψυχροτέραν ἐνδείκνυται κρᾶσιν. *quod eſt: Celerior quidem calidius, tardior autem frigidius declarat temperamentũ. Et paulò poſt:* ἐν τῷ περιγύξεσθαι τὴν θερμασίαν δὲ πλέον ἡ πυκνότης αὐτοῖς προσγίνεται. *id eſt: Crebritas illis ubi calor accumulatur copioſior accedit. In libro quoque primo de cauſis pulſuum, celerem & crebrũ pulſum copioſo calori peculiarem eſſe tra-* Cauſa celeris & crebræ ſpirationis

dit. Certũ autem eſt ex ijs quæ idem Galenus ſcribit lib. iiij. de præſagio ex C
pulſibus, quod pulmo celerrimam & omniũ maximam cordi noxam præbeat,
quod ſedem habeat ei coniunctiſſimã, uaſisq; illi ꝗ maxime affinis ſit. Quam
ob rem ſi quãdo euaſerit ſolito calidior, cõtinuò cor calfacit. Qualis itaq; tum
fuerit pulſus, talis etiã reſpirationis forma erit. Crebra igitur et uelox tam
ob pulmonis primarium affectum, quàm ob cordis conſenſum ſpiratio ſit ne-
ceſſe eſt. Teſtis eſt Gal. qui libro iam citato ſic ſcribit: ἡ μὲν δὴ τῶν σφυ-
γμῶν ἀλλοίωσις ἡ αὐτὴ γενήσεται τῆς καρδίας μόνης αὐτῆς καθ᾽ ἑαυτὴν
δυσκράτως ἐχούσης, ἐπί τε τῇ πρὸς τὸν πνεύμονα συμπαθείᾳ. καὶ
μέν τοι καὶ ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἰδέα τὴν αὐτὴν ἕξει κατάστασιν, εἴθ᾽ ἡ καρ-
δία μόνη τὴν πυρετώδη πάθοι δυσκρασίαν, εἴτε τῷ πνεύμονι συμ-
πάσχοι. Quæ ſanè Galeni uerba quũ intellectu facillima ſint, latina interpre
tatione haud opus habent. Porrò monendus nobis lector erit, id nos dixiſſe
ἐπισπασμός. celerem ac crebrã ſpirationẽ, quod Hippoc. ἐπισπασμὸν: hanc enim ſpira-
tionis differentiam hoc loco ſignificare Galenus in cõm. his monſtrat uerbis:
τὸν γὰρ ἐπισπασμὸν οὐχ ἁπλῶς ἀναπνοὴν ἅπασαν, ἀλλὰ μόνην τὴν τα-
χεῖάν τε καὶ πυκνὴν ἐβούλετο δηλοῦν. Quibus uerbis dilucidũ fit per
ἐπισπασμὸν dictionem non uniuerſam ſpirationem, ſed eam ſolam quæ ue-
lox ac crebra exiſtit ſignificaſſe Hippocratẽ. Et hæc pro primæ partis ex- D
plicatione ſufficiant. Altera ſententiæ parte Hippoc. docet, quod ſomnus
ὑπέρινος. multus immodice exhauſtum & uacuatum (id enim ὑπερίνους hoc loco ſignifi
cat) exiccet. Quod uero eum ipſum hac dictione ſignificauerit Hippoc. in cõ
mentarijs aperte Galenus indicat, ὑπερίνους idem quod κεκενωμένον, quod
Latinis uacuatum denotat, ſignificare dicens. Id quod clarius facit in libello
de expoſ. antiq. dictionũ Hippoc. ubi ita ſcriptũ reliquit: ὑπέρινος ὁ ὑπερ-
κεκαθαρμένος ἄνθρωπος. hoc eſt, idem eſt quod homo immodicè extenua
Somnus quos & quare exiccet. tus & uacuatus. Somnũ autem uacuatos exiccare haud mirum eſt: cum enim
in ſomno ſanguis calorq; natiuus interiora corporis petat, & in uacuatis ac
immodice extenuatis quod concoquat ac conficiat non habeat, neceſſariò in ſo-
lidas corporis partes agens, eaſq; depaſcens, corpus tabefacit. Non autẽ te-
merè adiectũ eſt ab Hippoc. multus: modicus enim ſi fuerit ſomnus, tum ſi
homo quiſpiam per aluum nimiũ uacuatus eſt, fatigationem præcedentẽ po-
tius ſanat. Multus uero ſi fuerit, tum ſanè humiditatem partiũ corporis na
tiuam abſumit, eo quod caloris ad interna reuocationẽ faciat. Et hoc eſt quod
Lib. 2. de uict. r. 1. alibi ijs uerbis quoq; retulit Hippoc. ὕπνοι δὲ νῆστιν ἰσχναίνουσι καὶ ψύχου-
σι, κενοῦντες τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ. ἢν δὲ μᾶλλον ἐκθερμαίνοντες
συντήκουσι τὴν σάρκα καὶ διαλύουσι τὸ σῶμα διαχέοντες, καὶ ἀσθενὲς
ποιέουσι. βεβρωκότα δὲ θερμαίνοντες ὑγραίνουσι, τὴν τροφὴν ἐς τὸ σῶ-
μα δια-

A μαδιεχέοντες. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρθρείων περιπάτων ὕπνους μάλιστα ξηραίνει. quod eſt: Somni ieiunũ extenuant ac refrigerant, humidũ quod illis ineſt euacuantes. Quod ſi uero magis calfaciunt, tum carnem liquefaciunt, corpusq́; diffundentes diſſoluunt, ac debile efficiunt. Eum autem qui cibo ſatur eſt excalfacientes humectant, & alimentũ in uniuerſum corpus diffundunt. Somnus uero à matutinis deambulationibus factus omnium maxime exicat. Hæc ille. Quod ſomnus immodice, ſiue exercitijs, ſiue medicamentis, ſiue balneis uacuatos exiccare & prorſus extenuare queat, fuſius Galen. lib. xiiij. ther. meth. & lib. vi. de tuen. ualet. docet. Caluus in cõuertenda hac ſententia mirum in modum hallucinatus eſt, id quod ex uerbis illius, quæ ſic habent, deprehendes: Si pulmo ſicceſcat, conuulſionẽ adducit: ſi humeſcit, æſtum. Si naſus hudũ per æſtum demittit, ſomnusq́; longus, emaciat. Quid enim magis ab Hippocratis mente ijs uerbis alienum eſſe poſſit, nõ uideo. Inter cætera autem inſignis error eſt, quod ἐπισπασμὸν dictionem, conuulſionem interpretatus eſt, cum longe aliud, ut diximus, ſignificet. Denique ὑπέρινος perperàm naſum conuertit, ueluti ex enarratione noſtra euidentiſsimum fit.

APHORISMVS XXXIII.

Inter frigidos cibos habentur lens, milium, & cucurbita.

B Non eſſe hanc genuinam Hippoc. ſententiam facile mihi perſuadeo, quod lentiũ, milij, & cucurbitæ facultates, quiſquis huius autor fuerit, perſpectas non habuerit. Nam etſi milium & cucurbita inter cibos frigidos habeantur, nullo tamen modo frigidiſsimi erunt. Ideoq́; pro eo quod hic legitur ψυχρότατα βρώματα, nos frigidos cibos conuertimus. Quod uero ad lentis facultatem attinet, ſciendum hanc ſimpliciter loquendo neq; frigidum, neq; calidum dici poſſe cibum, ſed ex utriſq; potius mixtum: id quod confirmant ea quæ lib. viij. de ſimpl. med. facul. in hunc modũ ſcribit Galenus: φακοὶ ϛύφουσι μὲν οὐκ ἰσχυρῶς, θερμότητος δὲ καὶ ψύξεως ἐν τῷ μέσῳ καθεϛήκασι. quod eſt: Lentes ualenter adſtringunt, mediũ uero caliditatis & frigiditatis obtinent. Aetius quoq; lib. i. ita de lentibus ſcribens: Lentes impenſe adſtringunt, inter calorem & frigus mediæ. Quum itaq; lens neq; ſtatim poſtquam comeſta eſt, interiusq́; dum in ſuperiore uentriculi parte continetur, neq; deinceps in inteſtinis frigiditatem efficere uideatur, fieri non poteſt ut inter cibos frigidos, multo minus frigidiſsimos, cenſeri queat. Sic ſanè neque milium etſi frigidum ſit, inter cibos frigidiſsimos connumerari debet: in primo enim duntaxat infrigidantium ordine exiſtit, quemadmodum teſtatur Galenus lib. vij. de ſimpl. med. facul. ſic ſcribens: κέγχρος ψύχει μὲν κατὰ τὴν πρώτην τάξιν. Et Aetius lib. i. dicens: Milium primo ordine refrigerat. Porrò neque cucurbita frigidiſsimus cibus dici poteſt, quum in ſecundo tan- Lens. Milium.

tum ordine refrigeret, Galeno in libro iam citato autore, ubi ſic ſcriptum reliquit: κολοκύνθη ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς ἐστι κράσεως, κατὰ τὴν δευτέραν ἐν ἀμφοῖν τάξιν. id eſt: Cucurbita humidæ frigidæq́; temperaturæ eſt, utraq; qualitate ſecundi ordinis. Cuius rei teſtis quoq; eſt Paulus Aegin. lib. vij. ſic ſcribens: Cucurbita humidi frigidiq́; in ſecundo ordine temperamenti eſt. Ex quibus utiq; omnibus ſatis perſpicuũ fit, autori huius ſententiæ neq; lentis, neq; milij, neq; cucurbitæ facultates & naturas probè cognitas fuiſſe, ut hoc nomine certum ſit illam Hippocratis, qui tam diligens earũ rerum inquiſitor fuit, non eſſe, ſed planè ſuppoſititiam. C

APHORISMVS XXXIII.

Si impurgatus laborauerit, ulcera erumpent.

Monet hac ſententia Hippoc. quod ijs quorũ corpora impura, maliſq́; humoribus referta ſunt, nulla ratione exercitia præſcribenda ſint, quod nimirũ illis ulcera per uniuerſum corpus eruptura ſint. Quum enim calor in exercitijs auctior fiat, neceſſe eſt ut ſecum malorũ humorũ abundantiam ex profundo corporis ad cutem euocet, qui ſua tandem acrimonia cutem erodent, atque adeo ulcera efficient. Teſtis eſt Galenus, qui cõm. xx. particulæ tertiæ aph. ſic ſcribit: ὅσοις ἀντὶ καθάρσεως τῶν ἐν τῷ βάθει χυμῶν γίνεται τὸ γυμνάσιον εἰς τὸ δέρμα τὴν κακοχυμίαν ἐκτείνον, ἕλκη καὶ ψώρας ἐργάζεται. κατὰ ὥσπερ γοῦν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἔλεγεν, ἕλκεα ἐκφύουσιν ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονήσῃ. καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος θερμασία χέουσα τοὺς χυμοὺς ἐξάγει πρὸς τὸ δέρμα, καὶ ὥσπερ τὸ ἔργον αὐτοῦ τοῖς γυμνασίοις ἐστὶ παραπλήσιον. *quod eſt: Quibus uicem purgationis humorum qui in profundo corporis ſunt exercitatio ſuppleuerit, ijs ad cutem uitioſos humores euocans, ulcera & ſcabiẽ efficiet. Hinc eſt quod Hippocrates dixit: Si impurgatus laborauerit, ulcera erumpent. Et ſanè uerno tempore calor ex ambiente nos aere humores diffundens ad cutem educit, & hoc quoq; opus ipſis exercitationibus ſimile exiſtit.* D

APHORISMVS XXXIIII.

Pueri purgantur, ſi mulier aut capra cucumerem ſylueſtrem edat.

Mira admodum breuitate hoc loco quo pacto pueri purgandi ſint, edocet Hippoc. non quod uelit ut illis exhibeantur purgandi facultate prædita medicamenta, ſed quod ſatis eſſe putet, ſi mulieri & nutrici, aut animali cuius lacte ueſcitur puer, hæc ipſa ut comedant propinentur. Per cucumerem autem Elaterium. *ſylueſtrem, elateriũ Græci nominant, omnia alia medicamenta purgantia intellige: neque enim ſolum ſucco cucumeris ſylueſtris, ſed omnibus etiam alijs medicamẽtis quæ purgantia nominantur, ad puerorũ purgationem utimur. Quod ſi itaq; pueri adhuc lactentes ſunt, tum illa nutrici exhibemus, quod ex*

illorum

A *illorum comeſtione lac illius purgandi uim nanciſcatur. Si uero ablactati iam fuerint pueri, tum animali cuius lacte quotidie utuntur, eadem propinamus. Ita ſanè Galenus apud ſuos lac caprarū purgatoriū fieri ſcribit, dum illæ uere germina ſcammoniæ iam erumpentia comedunt. Nonnullos deniq; fuiſſe in Bœotia, Theſſalia, & ijs uicinis regionibus addit, qui ob eſum immodicū co-* Eſus coturnicū pernitioſus.
turnicum conuulſionibus correpti ſint: nam illis elleborus aſsiduus cibus extitit. Porrò huius modi purgandi pueros quo uſus eſt Hippoc. meminit quoq; Galenus lib. iij. de aliment. facul. in eum modum ſcribens: ἀλλὰ καὶ αἰγὸς ἢ τινὸς ἄλλου ζώου νεμηθέντος σκαμμωνίαν, ἢ τιθύμαλλον ἐν τροφῆς μέρει προσενέγκηταί τις γάλα, ξυνήσεται πάντως ἡ γαστὴρ αὐτῷ. id eſt: Quinetiam ſi capræ aut alterius cuiuſpiam animalis ſcammoniā aut tithymallū depaſti lac cibi loco quis ſumat, omnino aluus illi profluxura eſt. Caluus elegantiſsimam hanc & mire utilem ſententiā monſtroſa ſua interpretatione ita obſcurauit, imò deprauauit, ut planè Hippoc. mentē nō referat: ſic enim dictionem hanc conuertit: Si prægnans cucumim ſylueſtrē elateriúmue ſumat, partū abijcit: ſi prægnans nō eſt, purgatur, puerq́;. Prægnantis certe hoc loco nulla fit mentio, ſed tantum mulieris quæ puerū iam natum nutrit. Sed eiuſmodi ſunt omnia quæ Caluus uertit, ut à genuino uerborū ſenſu prorſus deuient.

B

APHORISMVS XXXV.

Percalidum corpus per id quod comeditur intus refrigeratur. Extra uero ſole, æſtu, & ueſtitu æſtiuo tempore offenditur. Contrarium autem contrà.

Hac in dictione primū omnium oſtendit Hippoc. quæ planè uictus ratio ijs qui percalido admodum corporis temperamento præditi ſunt conueniat: & deinceps qualis etiā ijs qui contrario, hoc eſt, perfrigido ſunt temperamento, conferat, diſſerit. Quicunq; igitur calidū corporis obtinent temperamentū, hos neceſſe eſt ut per calidos cibos atq; potus refrigeremus. Et id eſt quod ſuprà quoq; dixit: ἐν θέρμῃ φύσει ψύξις, πότος ὕδωρ, ἐλιννύσις. quod Part. 4. aph. 13.
eſt: Percalidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, ac quies confert. Proindè quemadmodum calidum corpus per ea quæ intra corpus ſumuntur refrigeratur, atq; adeò iuuatur, ita ſanè per ea quæ extrinſecus admota calefaciunt, læditur. Hinc eſt quod recte ab Hippocrate dictum ſit, extrinſecus ſole, æſtu, & ueſtitu æſtiuo tempore offenditur: neq; enim πόνος hoc loco Hippocrati πόνος.
aliud quàm βλάβην, hoc eſt, noxam & detrimentum ſignificat. Cum uero exercitia quoq; ex illorū numero ſint quæ calefaciūt corpus, erunt et hæc percalido corpori inimica. Inde eſt quod in citata iam ſententia calidæ naturæ quietem conferre præcipiat. Cæterum contrarium calido corpus, calidis cibis & potibus calefacere decet. Huic quoq; extrinſecus ſolem, æſtum, ueſtitum,

exercitia, & quæcunq; calefaciunt adhibenda erunt, & ut uno uerbo dicam, C *contrarijs contraria propulſanda & curanda erunt. Hanc Hippocratis dictionem haud ſecus quàm priorem Caluus miris modis deprauauit, dum in hunc modum conuertit: Si quid calidum tempore calido comeditur, interiora refrigerat, exteriora uexat. Teporem non calido tempore, ſole, igni, ueſte captato, contrà calido hæc uitato. Neq; enim ueritatem habet quod inquit, calidum calido tempore comeſtum infrigidare interiora, cum idipſum neque quod actu calidum, neq; quod acquiſititium calorem obtinet, neq; quod potentia calidum eſt, efficere queat: quodlibet enim illorum interiora corporis calefacit. Præterea qua ratione calidum exteriora uexare ualeat non uideo. In fine, quæ ad corpus referenda eſſent, ipſe ad tempus retulit: ita ut omnium euidentiſſimum ſit, ne uerbum quidem intellexiſſe in ea dictione Caluum, cum ſingula cum genuina Hippocratis ſententia ex diametro pugnent.*

APHORISMVS XXXVI.

Cibi ij quidem confeſtim, illi uero tarde ſuperantur.

Nihil aliud hac in dictione docet Hippocrates, quàm quod cibi hoc ipſo inter ſe differant, quod hi confeſtim, illi uero tarde à calore corporis noſtri ſuperentur. Tum uero ſuperantur, cum non ſolum mutantur, uerumetiam con coquuntur, apponuntur, & corpori aſſimilantur: id enim proprie per κρατεῖται *uerbum intellexit Hippocrates, quemadmodum Galenus in cõmen-* D *tarijs his docuit uerbis:* ἀκουστέον δὲ κρατεῖσθαι τὸ μεταβάλλεσθαι, καὶ πέττεσθαι, καὶ προστίθεσθαι, καὶ ἐξομοιοῦσθαι τῷ σώματι. *Ceterũ cum inter cibos, & id quod cibo nutritur, aliqua ſit cõmunio, ſimilitudóue, & in qualitatibus ſocietas nonnulla & cognatio, ut libro primo de facul. natural. Galenus docuit, certo certius eſt alios magis conſentientes, ſimilesq́; eſſe, alios minus. Proinde qui magis conſentiunt, hi minore ac breuiore cõficiendi ac ſuperandi opere et tempore egent: qui uero minus, ualentiore ac diuturniore. Sic ſanè caro auium minore, ſuilla maiore, bubula uero hac multo maiore. Cuius equidem rei teſtis eſt Galenus, qui libro tertio de temperamentis in hunc modum ſcriptum reliquit:* τῶν ζώων ἕκαστον οἰκείαις φέρεται τροφαῖς. οἰκεία δ' ἐστὶν ἑκάστῳ τροφὴ, παρ' ὧν ὅτι ἂν ἐξομοιωθῆναι δύναται τῷ τρεφομένῳ σώματι. χρὴ τοίνυν ὅλην τὴν οὐσίαν τοῦ τρέφοντος ὅλῃ τῇ τοῦ τρεφομένου φύσει κοινωνίαν τέ τινα καὶ ὁμοιότητα κεκτῆσθαι πάντως οὐκ ὀλίγης, οὐδ' ἐνταῦθα τῶν κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπαρχούσης ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς. τὰ μὲν γὰρ μᾶλλον οἰκεῖά τε ἐστὶ καὶ ὅμοια, τὰ δ' ἧττον, ὥστε καὶ τῆς κατεργασίας τὰ μὲν ἰσχυροτέρας τε καὶ πολυχρονιωτέρας, τὰ δ' ἀσθενεστέρας τε ἅμα καὶ ὀλιγοχρονιωτέρας προσδεῖται. τὸ μὲν οὖν ὀρνίθιον κρέας, ἐλάττονος, τὸ δὲ χοίρειον πλείονος, τὸ δὲ βόειον ἔτι πλείονος.

Quorũ

A Quorũ utiq; uerborũ Gal. ſenſus cũ intellectu facilis ſit, & antea fermè de uerbo ad uerbum à nobis relatus non eſt cur interpretatione opus habeant. Quod ſi uero quiſpiam particulatim, qui cibi celeriter, qui uero tarde à corpore noſtro ſuperẽtur ſcire deſiderat, is Galeni libros quos de alimentorũ facultatibus ſcripſit, diligenter perluſtret, et quod cupit abſolutiſsime agnoſcet.

PARTICVLAE QVINTAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA SEXTA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

Carnes & ex uentre, & ab extima corporis ſuperficie trahunt. Manifeſtum itaq; ſenſui eſt, quod corpus uniuerſum expirabile & inſpirabile ſit.

Elegantiſsima hæc eſt Hippoc. ſententia, qua multis in locis ſuorum ſcriptorum Galenus ad reuellendam Eraſiſtrati & Aſclepiadis, attractricẽ partiũ negantiũ fa-

B *cultatem, opinionem utitur. Aperte ſiquidem ijs uerbis Hippoc. innuit, carnes nõ modo ex uentre ſuccum ex cibis & potibus procreatum trahere poſſe, ut ex eo nutriantur, uerumetiam ab extima & ultima corporis parte quæ ad cutem eſt. Attrahunt autem non ſolum alimentũ ex ultima cutis ſuperficie ad uentriculũ, ueluti in prolixiori contingit fame, ſed aerem quoq;, ut paulò poſt apertius docebimus. Quod autem ſuccum ex uentre trahant carnes, Galenus lib. iiij. de uſu partium ijs uerbis euidenter monſtrat:* ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι τοῦ ζώου μορίοις, καί τοι τὰς αὐτὰς ἔχουσι δυνάμεις, οὐ συνῆψεν ἡ φύσις αἴσθησιν τῶν ἐλλειπόντων, ἀλλ᾽ οἷον φυτὰ τρέφεται ταῦτα, διὰ παντὸς ἐκ τῶν φλεβῶν ἀρυόμενα τὴν τροφήν. μόνῃ δὲ τῇ γαστρὶ, καὶ ταύτης μάλιστα τοῖς κατὰ τὸ στόμα μέρεσιν, ἐνδείας αἴσθησιν ἐπέστησεν, ἐπεγείρουσαν τὸ ζῶον προσφέρεσθαι σίτον, καὶ τοῦτ᾽ εὐλόγως εἰργάσατο. τῶν μὲν γὰρ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα μορίων ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς κοιλίας πεφυκυιῶν φλεβῶν ἑλκόντων τὴν τροφὴν, αὐτῆς δ᾽ αὖ πάλιν τῆς κοιλίας ἐκ τῶν κατὰ τὸ ἧπαρ, τούτων δ᾽ αὖθις ἐκ τῶν κατὰ τὰς πύλας ἀναφερομένων, ἐκείνων δ᾽ αὖ πάλιν ἐκ τῆς γαστρός τε καὶ τῶν ἐντέρων. ὄντος δ᾽ οὐδενὸς ἔτι μορίου πρὸς οὗ χρὴ λαβεῖν τὴν κοιλίαν, ἔξωθεν αὐτὴν πληροῦν ἦν ἀναγκαῖον τοῖς ζώοις. *quod eſt: Sed alijs uniuerſis animalis particulis, etſi eaſdẽ facultates habeant, natura ſenſum eorum quæ deficiunt haud copulauit, ſed hæ ueluti plantæ nutriuntur, nunquam non ex uenis haurientes nutrimentũ,*

Soli uero uentri, & his potiſſimum partibus quæ ad os eius pertinent, indigentiæ ſenſum excitantem & urgentem ut animal afferat cibos inſtituit. Et hoc ſanè rationabiliter effecit. Quum enim totius corporis particulæ ex uenis à caua prodeuntibus nutrimentum trahant, ipſa autem rurſus caua ex uenis iecinoris, hæ iterum ex his quæ ad portas feruntur, & illæ rurſum ex uentre & inteſtinis, quumq; nulla ſuperſit adhuc particula, ex qua uenterm accipere oporteat, neceſſe erat ut animalia eum extrinſecus implerent. Quibus utiq; uerbis Galenus non modo quo pacto ex uentriculo tractio fiat, uerumetiam cauſam famis indicat, nimirum facultatē illam qua penuriā ſentit, atq; animalia ad cibum potionemq; excitat. Quum enim uenæ ex ipſo uentriculo trahunt ueluti mulgentes, ſugentesq;, uentriculus huiuſmodi ſuctionem non ferens, ſed tanquam diuulſus, huius moleſtiæ remedium cibum exquirit. Proinde ut etiam teſtatur Galenus lib. i. de cauſis ſympt. ubi rem hanc ex profeſſo agit, ἡ μὲν τῆς μυζήσεως αἴσθησις ἐστιν ἡ πεῖνα. hoc eſt, fames nihil aliud eſt niſi huius ſuctionis ſenſus. Toto igitur cœlo errat Auicenna, qui Fen i. cano. i. doct. iiij. cap. i. humorum uſum explicans, famis aut appetentiæ cauſam in atram bilem reijcit, quaſi hæc os uentris peteret, & aſtrictione ſua uellicationem quandam efficeret. Sed præſtat eiuſdem uerba, etſi planè barbara ſint, ſubſcribere, quæ ſic habent: Vtilitas uero ideo accidit, quia in os ſtomachi quaſi mulgēdo profluit. Et hæc quidē utilitas eſt duobus modis. Vno, quia os ſtomachi ſtringit, & confortat, & inſpiſſat. Alio, ut in ore ſtomachi cōmotionē faciat propter acredinem, & excitet ad famē, & faciat deſideriū. Hæc ille. Ex quibus ſanè uerbis liquidò conſtat uerum eſſe quod multis in locis diximus, Auicennam paſsim ubi ſuis uelis nauigare audet, impingere. Nam dum hoc loci in percenſenda Galeni ſententia perſtat, uerum certe refert: ubi uero ſua aſſuit ſomnia, hic manifeſte mendax reperitur. Vſus ſiquidem atræ bilis quem primo loco docet, ex lib. v. de uſu partium corporis humani Galeni deſumptus eſt, ubi ita de melāc holica redundantia ſcriptū reliquit:

Famis cauſa.

Vſus atræ bilis quam lien in uentriculum eructat

C

D

ὅτι δὲ οὐδὲν ἔμελλε λυπήσειν ὡς ἡ τῆς ξανθῆς χολῆς ἐπιρροή, ἀναμνησθεὶς οὐκέτ' ἄν μοι δοκοίης δεηθῆναι λόγου μακροτέρου. εἰ γὰρ μήτ' αὖθις εἰς ὅλον τὸ ζῶον ἀναληφθείη, μήτ' αὐτήν τι βλάψειε τὴν γαστέρα, τί ἂν ἔτι καὶ λυπήσειεν; ἀλλ' ὅτι μὲν οὐκ ἀναληφθήσεται, δῆλον ἐκ τοῦ μηδὲν τὴν ξανθὴν χολήν, πολὺ λεπτοτέραν ὑπάρχουσαν. ὅτι δὲ οὐκ ἀδικήσει τὴν κοιλίαν ἡ ποιότης ἐνδείκνυται, στρυφνὴ γάρ ἐστιν ἡ μέλαινα καὶ ὀξεῖα, καὶ συνάγειν καὶ σφίγγειν, οὐκ ἀνατρέπειν αὐτὴν ὥσπερ ἡ ξανθὴ πέφυκεν. δῆλον οὖν ὥσπερ ἐκείνη τῷ κωλύειν ἐπιπλέον ἐν τῇ γαστρὶ τὰ σιτία μένοντα πέττεσθαι βλάπτειν ἐλέγετο, μὴ μέλαιναν, οὐχ ὅπως οὐδὲν βλάπτουσαν εὑροιμεν ἄν, ἀλλὰ καὶ προσωφέλουσαν ἔτι τὴν γαστρὸς

ἐνέργειαν

A ἐνσφίγγεσθαι, ἐπιτείνεσθαι γὰρ αὐτὴν καὶ συνάγεσθαι πρὸς ἑαυτὴν, καὶ περιλαμβάνειν ἀκριβῶς ἀναγκάζει τὰ σιτία, καὶ κατέχειν ἄχρις ἂν ἱκανῶς ἐκπεφθῇ. *id eſt: Quod autem ab hac ueluti à flaua bile uenter non offendatur, diximus: & ſi eorum quæ diximus memor es, non utiq; uideris mihi prolixiori indigere ſermone. Si enim neq; rurſus in totũ animal tranſſumatur, neq; ipſum offendat uentrem, quid utiq; præterea triſtabit? Sed quod non tranſſumetur, ex eo manifeſtum eſt, quod neq; flaua bilis, quanquam multo tenuior exiſtat, tranſſumitur. Quod uero nõ lædat quicquam uentrem, ſaporis oſtendit qualitas: acerba enim & acida atra bilis eſt, ideoq; contrahere & conſtringere, non ſubuertere ipſum perinde atq; flaua, nata eſt. Manifeſtum igitur eſt, quod hac ob id quod cibos in uentre manere atq; adeò cõcoqui prohibeat, nocere dicta ſit, & minime atra, quod utiq; non ſolum uentri innocuam illam eſſe, ſed actionẽ etiam eius adiuuare inueniamus. Ipſa enim uentrem intendit & contrahit in ſeipſum, & comprehendere exquiſite cibos cogit, & quouſq; ſatis concoquantur retinere. Hactenus Galenus. In eo tamen à Galeno quoq; euariat, & à ueritate aberrat Auicenna, quod meatum melancholicum excrementum deferentem ori uentriculi inſertum eſſe aſſerit, quum uentriculo potius implantatus ſit. Hinc eſt quod lib. iiij. de uſu par. corp. humani in hunc*

Meatus melãcholicam redundantiam ex liene deferens uentri, & non ori eiuſdem inſertus eſt.

B *modum ſcribat Galenus:* ὅσον μὲν οὖν εἰς τὸν οἰκειότατον τῷ σπλάγχνῳ χυμὸν μετακομισθῇ, τροφὴ τῷ σπληνὶ γίνεται, ὁπόσον δ' αὐτὸ ἐκ τῆς ἐν τούτῳ διαφύγῃ κατεργασίαν, καὶ μὴ δυνηθῇ εἰς αἵματος ἰδέαν λεπτοῦ καὶ χρηστοῦ κατεργασθῆναι, καὶ παντάπασιν ἄχρηστον ᾖ πρὸς θρέψιν, εἰς τὴν γαστέρα τοῦτο διά τινος ἑτέρου φλεβώδους ὁ σπλὴν ἐξερεύγεται στομάχου χρείαν καὶ αὐτὸ παρέξον οὐ σμικράν. *quod eſt: Quantum itaq; in familiariſſimũ huic uiſceri humorem tranſmutatum fuerit, lieni nutrimentum efficitur. Quicquid uero eam quæ in hoc fit elaborationem confectionémue effugerit, & in ſanguinis tenuis ac utilis ſpeciem tranſmutari ac confici haud poterit, omninoq; ut nutriat inutile fuerit, hoc ad uentrẽ per aliũ quoddam uenoſum uas lien eructat, ut quod utilitatẽ quoq; haud paruam præbeat. Quid multa? Auicenna acidum & frigidum humorẽ, qualis atra bilis eſt, naturalis appetentiæ & famis cauſam facit, qui certe deprauatæ & innaturalis, ueluti ea exiſtit quæ canina dicitur, potius cauſa eſt, quemadmodum lib. i. de ſympt. cauſis Gal. ijs uerbis euidentiſsime monſtrat:* μοχθηραὶ δὲ ὀρέξεις γίνονται ἤτοι μὲν τὸ ποσὸν ὑπερβάλλουσαι, καὶ καλοῦνται πρός τινων αἱ τοιαῦται κυνώδεις, ὅταν ἤτοι κακοχυμία τις ὀξώδης δάκνῃ τὴν κοιλίαν, ἢ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα διαφορούμενον ἀμέτρως ἐν χρείᾳ (συνεχεῖ καθίστα) τοῦ θρέψεως. ἡ μὲν γὰρ ψυχρὰ κακοχυμία, τὴν δῆξιν μὲν ἀνάλογον τῇ μυζήσει παρέχει, τὴν ὄρεξιν ἐπεγείρει τῷ τοῦ φυσικοῦ παθήματος ὁμοιότητι.

Acidus & frigidus humor deprauatæ appetentiæ cauſa.

hoc eſt: Deprauata uero fit appetentia, ſi uehementiæ modum exceſſerit, ac à nonnullis canina eiuſmodi uocatur, quum uel ob acidi humoris uitium uentriculus mordicus infeſtatur, uel ubi uniuerſum corpus immodice diſſipatũ, aſſidua indiget nutricatione. Quippe frigidi humoris uitium, roſionem ſeu morſum qui ſuctioni proportione reſpondeat, inducit. Appetentiã uero haud aliter quàm naturale pathema excitat. Hæc ille. Quod ſi itaq; atra bilis famem & appetentiã excitaret, tum haud aliter quàm alij humores frigidi & acidi deprauatam, quam caninam appellamus etiam, induceret appetentiam: atq; adeò cum nunquam non lien eiuſmodi humorem eructet, quouis etiam tempore canina appetentia homo laboraret, quod dictu planè erit abſurdiſſimum. Sed prolixius fortè quàm par ſit ea de re à nobis dictũ eſt: uerũ cum ſemel ad eam diuertimus, committere non potui, quandoquidem à nullo pro dignitate, quod ſciam, explicata ſit, quin illam ad amuſsim ſtudioſis patefacerem. Reuertamur itaq; iam eò unde digreſſi ſumus, demonſtremusq; quo pacto uentriculus interdum etiam ab ultimis corporis partibus trahere poſsit. Nemo autem rectius elegantiusq; hoc ipſum Galeno docuit, qui lib. iij. de natural. facul. ſic ſcriptum reliquit: C

Ventriculus ab ultimis corporis partibus trahit.

τούτου δ' ἔτι μᾶλλον οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ δι' ὧν εἰς ἧπαρ ἀνεδόθη τι φλεβῶν ἐκ γαστρὸς, αὖθις εἰς αὐτὴν ἐξ ἥπατος ἐστὶ δύπου. * τῷ μηκέτι πιστεύειν μηδ' ὅτι τὰ καθαίροντα φάρμακα διὰ τῶν αὐτῶν στομάτων ἐξ ὅλου τοῦ σώματος εἰς τὴν γαστέρα τοὺς οἰκείους ἐπισπᾶται χυμοὺς, δι' ὧν ἔμπροσθεν ἡ ἀνάδοσις ἐγίνετο, ἀλλ' ἕτερα μὲν ζητεῖν ἀναδόσεως, ἕτερα δὲ καθάρσεως στόματα. καὶ μὴν εἴπερ ἓν καὶ ταυτὸν στόμα διτταῖς ὑπηρετεῖ ταῖς δυνάμεσιν ἐν διαφόροις χρόνοις εἰς τἀναντία τὴν ὁλκὴν ποιουμέναις, ἔμπροσθεν μὲν τῇ κατὰ τὸ ἧπαρ, ἐν δὲ τῷ τῆς καθάρσεως καιρῷ τῇ τοῦ φαρμάκου, τί θαυμαστόν ἐστι διττὴν ὑπηρεσίαν τε καὶ χρείαν εἶναι ταῖς φλεψὶ ταῖς ἐν τῷ μέσῳ τεταγμέναις ἥπατός τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν; ὥσθ' ὁπότε μὲν ἐν τούτοις ἄφθονος εἴη περιεχομένη τροφὴ, διὰ τῶν εἰρημένων εἰς ἧπαρ ἀναφέρεσθαι φλεβῶν. ὁπότε δ' εἴη κενὰ καὶ δεόμενα τρέφεσθαι, διὰ τῶν αὐτῶν αὖθις ἐξ ἥπατος ἕλκεσθαι. πᾶν γὰρ ἐκ παντὸς ἕλκειν φαίνεται, καὶ παντὶ μεταδιδόναι, καὶ μίαν πάντων εἶναι σύῤῥοιαν καὶ σύμπνοιαν, καθάπερ καὶ τοῦθ' ὁ θαυμασιώτατος Ἱπποκράτης εἶπεν. ἕλκει μὲν οὖν τὸ ἰσχυρότερον, ἐκκενοῦται δὲ τὸ ἀσθενέστερον. καθ' ἕκαστον δ' ἡμῶν ἰδίως ἐν μὲν τῷδε τῷ καιρῷ τὸ ἧπαρ ἰσχυρότερον ἕλκειν, ἐν δὲ τῷδ' ἡ γαστήρ. πολλῆς μὲν γὰρ ἐν τῇ κοιλίᾳ περιεχομένης τροφῆς, καὶ σφοδρῶς ὀρεγομένου τε καὶ χρήζοντος τοῦ ἥπατος, πάντως ἰσχυρότερον ἕλκει τὸ σπλάγχνον. ἔμπαλιν δὲ τοῦ μὲν ἐμπεπλησμένου τε καὶ διατεταμένου, τῆς γαστρὸς δ' ὀρεγομένης τε καὶ κενῆς ὑπαρχούσης, ἡ τῆς ὁλκῆς ἰσχὺς εἰς ἐκείνην μεθίσταται. ὥσπερ εἰ κἂν ταῖς χερσί τινα D

Videtur aliquid deeſſe.

σιτία

A σιτία κατέχοντες, ἀλλήλων ἁρπάζοιμεν, εἰ μὴ ὁμοίως ἡμῖν δεόμενοι, πλεῖ γίνεσθαι τοῖς ἰσχυροτέροις εἰκός. εἰ δ' οὗτος μὲν ἐμπεπλησμένος εἴη, καὶ διὰ τοῦτ' ἀμελῶς κατέχων τὰ περιττὰ, ἢ καί τινι μεταδοῦναι ποθῶν, ὁ δ' ἀσθενέστερος ὀρέγοιτο δεινῶς, οὐδὲν ἂν εἴη κώλυμα τοῦ μὴ πάντα λαβεῖν αὐτόν. οὕτω καὶ ἡ γαστὴρ ἐκ τοῦ ἥπατος ἐπισπᾶται ῥᾳδίως, ὅταν αὐτὴ μὲν ἱκανῶς ὀρέγοιτο τροφῆς, ἐμπεπλησμένον δ' εἴη τὸ σπλάγχνον. τί δὴ θαυμαστὸν εἰ καὶ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας τῆς κατὰ τὸ δέρμα, μέχρι τῶν ἐντέρων, καὶ τῆς γαστρὸς, ἀφικνεῖταί τι μεταλαμβανόμενον, ὡς καὶ τοῦθ' Ἱπποκράτης ἡμᾶς ἐδίδαξεν, οὐ πνεῦμα μόνον, ἢ περίττωμα φάσκων, ἀλλὰ καὶ τὴν τροφὴν αὐτὴν, ἐκ τῆς ἐσχάτης ἐπιφανείας αὖθις ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ὅθεν ἀνηνέχθη καταφέρεσθαι. hoc eſt: *Illud uero multo etiã num minus eſt mirandum, ſi per quas uenas à uentre in iecur facta eſt digeſtio, rurſus ex iecore in ipſum trahi aliquod alimentum in longiore inedia poteſt: quippe huic fidem abrogare ſimile profecto eſt, ac ſi quis purgantia medicamenta per quæ ora facta prius digeſtio eſt, per eadem ex toto corpore in uentrem proprios ſuccos trahere neget, ſed alia digeſtionis, alia purgationis requirat ora. Atqui ſi unum idemq́; os geminis quæ in contrarias partes diuerſis temporibus trahunt facultatibus ſubſeruit, prius quidem ei quæ eſt*

B. *iecinoris, purgationis uero tempore ei quæ eſt medicamenti, quid miri eſt in his uenis quæ medium ſpatium inter iecur, & partes circa iecur occupant, duplex eſſe miniſterium atq; uſum? ita ut quum in ijs abundantia fuerit nutrimenti, per iam dictas uenas ſurſum feratur in iecur: quum autem uacua ſunt, nutririq́; egent, per eaſdem ipſas ex iecinore rurſus trahatur. Siquidem totum ex toto trahere, & toti impartire, unaq́; omnium confluxio ac conſpiratio eſſe uidetur, quemadmodum admirabilis Hippocrates dixit, ac trahit id quod eſt ualentius, uacuatur autem id quod eſt imbecillius. Priuatim uero in unoquoq; noſtrum alio tempore iecur ualentius trahere poteſt, alio uentriculus. Quippe ubi in uentriculo copia alimenti eſt, ac iecur uehementer appetit deſideratq́;, omnino id ualentius trahit: in uicem autẽ iecinore referto & diſtento, uentre uero appetente ac uacuo, ualentior trahendi uis in hunc transfertur. Tanquam enim ſi manibus cibos aliquos tenentes, alter ab altero eos raperemus, ſi pari modo ijs egeremus, ſuperare ualentiorem par erat: ſin eſſet hic expletus, ac propterea negligenter quæ ſuperuacua eſſent teneret, aut etiam alicui impartire ſtuderet, imbecillior autem uehementer appeteret, nihil obſtaret quo minus ipſe cuncta caperet. Itidẽ uenter ex iecinore facile trahit, quum hic quidem uehementer nutrire appetit, illud nutrimento plenum ſit. Ergo quid miri eſt, ſi etiam ab ultima corporis parte quæ ad cutem eſt, ad ipſa uſque inteſtina & uentrem aliquid translatum peruenit.*

Proinde hoc ipſum Hippoc. quoq; nos docuit, non ſpiritũ modo aut excrementum, uerumetiã nutrimentũ ipſum ab ultima & ſumma corporis parte eò unde primũ aſcendit, rurſum deferri. Hæc ille. Ea autẽ uerba, etſi prolixa, referre tamen uolui, quod ad præſentis dictionis explanationẽ mire cõducerent. C

Porrò ex iam dictis manifeſtũ quidem eſt, imò ſenſui quoq; euidens, quod totũ corpus expirabile & inſpirabile ſit: id quod etiam uarijs in locis Gal. oſtendit, ut in lib. i. de ſimpl. medic. facul. cap. xij. & in lib. i. et ij. de facul. natural. & i. ther. meth. & quibuſdam alijs. Nullibi autem copioſius q̃ in lib. de uſu pulſuũ, ubi inter multa alia ad inſtitutum noſtrũ facientia ſic ſcribit: εἰ γάρ τις λαβὼν ζῷον ὁτιοῦν, τούτων δὴ τῶν μεγάλας τε καὶ σαφεῖς τὰς φλέβας τε καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐχόντων, οἷον βοῦν, ἢ σῦν, ἢ ὄνον, ἢ ἵππον, ἢ πρόβατον, ἢ ἄρκτον, ἢ πίθηκον, ἢ πάρδαλιν, ἢ ἄνθρωπον αὐτὸν, ἢ τι τῶν παραπλησίων, καὶ μεγάλας καὶ πολλὰς ἀρτηρίας τρώσειεν, ἐκκενώσει δι' αὐτὰς ἅπαν τοῦ ζώου τὸ αἷμα. τούτου πολλάκις τοῦ φαινομένου ἡμεῖς πεῖραν ἐποιησάμεθα, καὶ διὰ παντὸς εὑρίσκοντες ἐκκενουμένας τὰς φλέβας ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις, ἀληθὲς τὸ τῶν συναναστομώσεων ἐκ τούτων ἐπείσθημεν δόγμα. διὰ γοῦν τούτων τῶν ἀναστομώσεων ἐκ τῶν φλεβῶν ἕλκουσι μὲν ἐν ταῖς διαστολαῖς ἀρτηρίαι, ἐκθλίβουσι δὲ εἰς αὐτὰς ἐν ταῖς συστολαῖς. ὥσπερ διὰ τῶν εἰς τὸ δέρμα περαινομένων στομάτων, ἐκκρίνουσι μὲν ἔξω πᾶν ὅσον ἀτμῶδές τε καὶ καπνῶδες περίττωμα. μεταλαμβάνουσι δὲ εἰς ἑαυτὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος οὐκ ὀλίγην μοῖραν. καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ πρὸς Ἱπποκράτους λεγόμενον, ὡς ἔκπνουν καὶ εἴσπνουν ἐστὶν ὅλον τὸ σῶμα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἔκ τε τῆς γαστρὸς καὶ τῶν ἐντέρων ἕλκουσί τε καὶ αὖθις ἐκκρίνουσιν. οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῶν περιεχουσῶν αὐτὰς χωρῶν διὰ τῶν οἷον ὀπῶν τῶν καθ' ὅλους τοὺς χιτῶνας αὐτῶν, ἐν μέρει μὲν ἕλκουσιν, ἐν μέρει δ' ἐκκρίνουσιν. *quod eſt: Si quis accepto animali quouis ex ijs quibus amplæ, apertæq; arteriæ ſunt, ueluti boue, ſue, aſino, equo, oue, urſo, ſimia, pardali, homine ipſo, uel ſimilium aliquo, magnas multasq; illi arterias uulneret, uniuerſum animalis ſanguinem per eas exhauriet. Huius rei periculum ſubinde fecimus, & quum ſemper uacuatas cum arterijs uenas deprehendiſſemus, ueram eſſe ſententiam de cõmunibus arteriarum & uenarum oſculis, & cõmuni de una in alteram per ea tranſitu nobis perſuaſimus. Quippe per hos tranſitus, arteriæ dilatatæ ex uenis trahunt, cõtractæ cõtrà in eas regerunt. Sicuti nimirũ per ora quæ finiuntur in cutem, omne halituoſum & fumidũ excrementũ quod habent excernunt. Recipiunt autẽ ex ambiente nos aere non exiguam in ſe portionẽ. Atq; id eſt quod Hippocrates dixit, expirabile & inſpirabile eſſe uniuerſum corpus. Pari modo ex uentre & inteſtinis tum attrahunt, tum rurſum expellunt: itidem & per foramina*

quæ per

Totũ corpus expirabile & inſpirabile.

A *quæ per totas obtinent tunicas, ex circumpoſitis ſpatijs uiciſsim trahunt atq; expellunt. Cæterum corpus uniuerſum eſſe expirabile & inſpirabile argumento quoq; exiſtit, quod hi qui ob ſolis immodicum æſtum, multumq; itineris ſqualidum & ſiccum corpus, immenſamq; ſitim habent, mox aquæ dulcis balneum ingreſsi, inſiticuloſi fiunt, corpusq; illorum, quod ab ultima eius ſuperficie humiditatis tractio fiat, molle ac planè humidum reddatur. Deniq; admonendus hic quoq; lector erit, Hippocratis exemplaria quæ ex Aſulani prodierunt officina, planè eſſe corrupta, quod ἔμπνοον καὶ εὔπνοον habeant, ubi ſcribendum fuiſſet ἔκπνουν καὶ εἴσπνουν, quemadmodũ ex loco Galeni iam citato, & ex multis alijs manifeſtum fit. Id quod ignorans Caluus monſtroſiſsimam nobis peperit conuerſionem, nempe hanc: Cum quid non laborioſum, quodq; facilem anhelitum præbeat intus eſt. Quæ quantum à genuino Hippocratis ſenſu abſit, nemo non intelligit.*

Balneum aquæ dulcis ſitim extinguit.

Aſulani exemplar emẽdatur.

APHORISMVS II.

Arteria ſanguinis copia cum calidiſsima eſt, fuliginoſum quid oritur, quod confeſtim excernit.

In præſenti dictione de arterijs Hippoc. ſermo eſt: nam non modo Hippocrati, uerumetiã alijs ueteribus uenas nominare arterias conſuetum fuit,

B *id quod in explicatione huius ſententiæ, & multis alijs locis Galenus oſtendit. φλέβιον igitur hoc loci, etſi alias uenulã ſignificet, pro arteria accipitur. Quum itaq; in ſuperiore ſententia dictum ſit, aeris nos ambientis tractũ ab extima cutis parte ad corporis profunda fieri: hoc in loco quomodo arteriæ id quod alienum eſt excernere poſsint demonſtrat, ut nimirum intelligamus eaſdem haud aliter quàm carnes familiare ad ſe trahere, alienum autem expellere poſſe, ueriſsimumq; ſit hoc quod ab eo dictum eſt, totum corpus expirabile & inſpirabile eſſe. Arteriæ ſiquidem cum dilatantur, tum ad ſe undique trahunt: quum uero contrahuntur, in omnem partem expellunt: ſunt enim multæ uenæ arteriæq; mutuis oſculis coniunctæ, quorum haud pauca ad cutis meatus ac ſuperficiem pertingunt: ita ut nihil mirum ſit ea quæ oſculis ſuis appropinquant dum dilatantur trahi, quum uero contrahuntur expelli. Proinde cuiuſmodi inſtrumentis ſpiritus res eſt inſpiratio, eiuſmodi arterijs eſt dilatatio: & cuiuſmodi eſt illis ſpiritus emiſsio, eiuſmodi eſt arterijs contractio. Hinc eſt quod Galenus in lib. de uſu pulſuum in hunc modum ſcriptũ reliquerit: πάμπολλοι πόροι ταῖς ἀρτηρίαις, οἱ μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς χιτῶσιν οἷον ὀπαί τινες, ἄλλοι δὲ δίκην στομάτων εἰς ἔντερα καὶ γαστέρα. καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἐκτὸς δέρμα περαίνοντες, ἀλλὰ καὶ συνεχεῖς ἀλλήλαις τε καὶ τῇ καρδίᾳ κατὰ μεγίστους εἰσὶ πόρους κατὰ τὰς αὐτὰς ἀρτηρίας, μᾶλλον δὲ εὐρυχωρίας ἁπάσαις ταῖς γε φλεψὶν οὔπω κατὰ μεγάλας, ἀλλ' ἐκφύγουσι μὲν τὰς*

Venas antiqui arterias nominabãt

φλέβιον.

Arterijs attractrix & expultrix facultas in eſt.

αἰσθήσεσιν αἱ συναναστομώσεις αὐτῶν, ὥστε καὶ ἀπιστοίης δικαίως ὡς οὐκ οὔσαις, ὦ πιστώσεις ἂν διὰ τὰ ἄλλα τὰ πρὸ τῶν παλαιῶν εἰρημένα. hoc eſt: Numeroſi in arterijs meatus, qui ueluti foramina in earum ſunt tunicis, partim oſculorum ſpecie in inteſtina & uentriculum, & in externã hanc cutim finiuntur: quinetiam continuatæ tum ſibi, tum uero cordi maximis meatibus, uel potius uniuerſis ſuis capacitatibus ſunt, uenis uero non perinde magnis, ſed ijs quorum communis de una in alteram tranſitus ſenſum noſtrum effugiunt. Vnde ſi ipſis ceu parũ conſtantibus meritò fidem abroges, per alia certe quæ ueteribus ſunt prodita, eos eſſe credas. Hæc ille. Faciunt quoq; ad inſtitutum noſtrum ea quæ in præcedentis dictionis explicatione ex Galeno citauimus. Proinde cũ antea corpus inſpirabile docuiſſet Hippocrates, eo quod carnes ab extima corporis parte tractrices eſſe dixerat, recte hoc loco corpus quoq; expirabile arteriarũ exemplo demonſtrat, dicens: Arteriæ quæ copia ſanguinis calefactæ fuerint, fumidum excrementum contrahunt: quod quia calidum, & conſiſtentia tenue eſt, ideo confeſtim expellunt. Hippocratis ſententiæ ſubſcribit Galenus in libro de uſu pulſ. ijs uerbis: δῆλον ὡς ἐν μὲν ταῖς διαστολαῖς ἕλκεσθαι τινὰ οὐσίαν ἀερώδη, κατὰ δὲ τὰς συστολὰς ἐκκρίνεσθαι τὸ ἐκ τῆς τῶν χυμῶν συγκαύσεως καθ᾽ ὅλον τὸ ζῶον γινόμενον οἷον καπνῶδες περίττωμα. quod eſt: Manifeſtum eſt in ſublatione arteriæ ſubſtantiam quandam aeream trahi: in ſummiſſione autem contractionéue, quod ex humorum deuſtione in toto animali contractum ueluti fumidum excrementum eſt expelli. Animaduertendum autem Hippocratem hoc genus

καυσῶδες. excrementi non καπνῶδες, quemadmodum Galenus, ſed καυσῶδες nominaſſe. Hinc in cõmentarijs Galenus ita ſcribit: καυσῶδες δὲ λέγωμεν τὸ γεννώμενον ἐκ τῆς θερμασίας, ὅπερ οἷον λιγνύς τίς ἐστι τοῦ θερμαινομένου χυμοῦ σφοδρότερον. id eſt: Cauſodes excrementum ex calore natum, quod ueluti fumus quiſpiam eſt humoris uehementer calefacti, nominat. Quod ſanè nonnulli ignorantes, aliam huius ſententiæ interpretationem cõmenti ſunt, hanc nimirum: Venulis ſanguinis multitudine impendiò calfactis, febris ardens oritur, quæ confeſtim decernit. Horũ interpretationẽ Caluus quoq; ſecutus eſt, qui dictionẽ hanc ita conuertit: Sanguinis copia uenulæ calidiores ſunt, febresq; ardentes ſi ſuſcitentur ualidæ multum non ſunt, citoq; decernunt. Etſi uero illorum interpretatio medicorum placitis haud pugnet, nemo enim eſt qui neſciat febrem ardentem ex copia ſanguinis generari, & cum acutus ſit morbus citò admodum iudicari, quia tamen idipſum non docuiſſe Hippocratem hoc loco & uerba illius, atq; Galenus clamitant, ideo prior amplectenda potius erit. Plura quæ ad huius dictionis intelligentiam faciunt, habet Galenus in libro de uſu ſpirationis.

Aphoriſmus

APHORISMVS III.

Quibus pingue in ſanguine eſt, ijs flaua bilis fit, atra uero ex ſanguine.

Bilis utriuſq; generationem hac dictione monſtrare conatur Hippocrates, flauam nimirum ex pingui & tenui quod in ſanguine eſt, atram uero ex ſanguine ipſo procreari ſtatuens. Flauæ autẽ bilis generationẽ ex pingui eſſe antea ſatis ſuperq; à nobis dictum eſt, ita ut repetere idipſum ſuperuacaneũ ſit. Quod uero ad atræ bilis generationem attinet, cum hæc duplex ſit, hic de altera tantum generatione mentionem facit Hippocrates. Duplicem uero eſſe, in primis teſtatur Galen. qui lib. iij. aph. cõm. xxij. in hunc modũ ſcribit: ἡ μέλαινα χολὴ διττὴν ἔχει τὴν γένεσιν. ἐκ μὲν τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης τὴν ἑτέραν, ἐκ δὲ τοῦ παχέος αἵματος τὴν ἑτέραν. *quod eſt: Atra bilis duplicem generationẽ obtinet: alteram quidem ex peraſſata flaua bile, alteram uero ex ſanguine craſſo. Et in cõm. xxxi. lib. ij. de ratione uict. acut. ubi ita ſcriptum reliquit:* τοῦ μὲν αἵματος ἐν αὐτῷ θερμανθέντος ἐπὶ πλέον ἡ ξανθὴ γεννᾶται χολή. τοῦ δ' αὐτοῦ κατοπτηθέντος, ἢ καὶ τοῦ παχέος αἵματος, ἡ μέλαινα. *id eſt: Sanguine quidem plus calefacto flaua bilis generatur: eodem uero aſſato aduſtóue, aut etiã craſſo exiſtente, atra. Caluus inepte hanc dictionem ad pingues, hoc eſt, corpulentos atq; craſſos, & ſanguineos retulit, ita conuertens: Pingues flaua bile uexantur, ſanguinei nigra. Nam quum pinguis ac craſſus corporis habitus non niſi à frigiditate fiat, quemadmodum libro ſecundo de temp. Galenus monſtrat, fieri non poteſt ut eiuſmodi habitu præditi flaua uexentur bili. Neq; etiam ſanguinei atra uexantur bili, id quod nemo qui uel à limine medicinã ſalutauit ignorare poteſt. Sed ualeat Caluus ipſiſſimus Hippocratis deprauator.*

Bilis utriuſq; generatio.

Part. 5. aph. 14.

APHORISMVS IIII.

Mentis, memoriæ, odoris, aliorumq; inſtrumentorum, & appetentiæ, medico cura & meditatio ſit.

Hoc in loco medicum admonet Hippocrates, quo partiũ corporis actiones accurata diligentia obſeruet, quod illarum noxæ inſtrumenta quoq; actionum læſa eſſe declarent, quemadmodũ fuſius lib. ij. de affectis locis Galenus docuit. Primũ autem omnium cerebri actiones contemplandas eſſe hortatur, num ſcilicet probè aut male perficiantur. Si enim probè omnes procedunt, tum cerebrum, & omnia quæ circa cerebrum ſunt rectè ualere & ſana eſſe portendunt: ſin male, contrà. Mentem itaq; conſideret medicus in morbis, an ſibi conſtet nec ne: nam conſtare mente optimum ſanè ſignum eſt: ex iſto enim ea quæ ad cerebrum attinent, atq; partes ipſas neruoſas ualidas eſſe cognoſcet. Hinc eſt quod alibi dixerit Hippocrates: ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν ἀγαθόν, τὸ δ' ἐναντίον, κακόν. *hoc eſt: In quouis morbo*

Actiones partiũ contemplandæ.

Mentis conſideratio.

2. aph. 33.

mente conſtare bonum, contrarium uero, malum. Cæterum quo pacto omnes C
actiones quæ ad eam partem, quæ Græcis γνώμη καὶ διάνοια*, id eſt, mens*
& animus dicitur, ſpectant ſint conſiderandæ, ex capite .v. & vi. Galeni lib.
Memoriæ. *ij. de affectis locis diſces. Memoriæ quoq; cura ſit medico, ut nimirum agno*
ſcat num integra & illæſa, aut offenſa nonnihil, aut deperdita planè ſit: nam
ita ſedem eam qua princeps animæ reſidet uis, probè aut male ſe habere iudi-
care ualebit: qua de re multa Galenus cap. iiij. paulò ante citati libri habet.
Odoris. *Inſuper odorem etiam contempletur medicus, num illum æger ſentiat nec ne.*
Si enim probè perceperit odores, olfactus facultatem minime eſſe impeditam
conſtat: contrà uero, ubi illos non ſenſerit. Quod de odore diximus, id ad om-
nia ſenſuum referendum erit ſenſoria, colores, ſonos, ſapores ſcilicet, atq; tan
gibiles omnes differentias. Ex iſtis enim num ſentiendi actio, aut ſenſuum in-
ſtrumenta læſa ſint ſcire poterimus, quemadmodum apud Galenum lib. i. de
cauſis ſympt. fuſius iſta pertractantē uidere licet. Recte igitur monet Hip-
pocrates non tantum odoratus, uerumetiā aliorum inſtrumentorū curam eſſe
Appetentiæ. *debere medico. Appetentiæ deniq; illi ſit meditatio, num illa illæſa ſit, aut*
deprauata. Si enim illæſa fuerit, tunc cōcoctionis inſtrumenta, & præſertim
ea quæ circa uentrem ſunt recte ualere monſtrat: ſin deprauata fuerit, tum
uentriculum uitioſo aliquo imbutum eſſe humore, aut retentricem facultatem D
imbecillā eſſe indicabit: id quod latius Galenus loco iam citato explicat. Cal-
uus, ut ferè nunquā non ſolet, hanc etiam dictionem perperā in hunc interpre-
tatus eſt modum: Mentis, memoriæ, odoris, famis, cæterorumq; inſtrumen-
torū exercitatio, concitamentū eſt. Nā cōcitamenti hic prorſus nulla fit men
tio, ſed tantum Hippoc. monet ut medici ἄσκησις*, hoc eſt, ſtudiū, meditatio,*
& aſſequendi labor, ac exercitatio ſit circa mentem, & alia quæ dicta ſunt.

APHORISMVS V.

Labor, cibus, potus, ſomnus, uenerea, omnia mediocria.

Hac ſententia Hippocrates omnium iam memoratorum modum definit,
ad finem addito epitheto mediocria. Ordine quoq; ipſo ſermonis, tempus cu-
iuſq; quo illius cōmodus eſſe poſſit uſus in ſanitatis tutela deſignauit. Quiſ-
Labor. *quis enim tuendæ ſanitatis rationem habiturus eſt, is à labore diei cuiuſque*
initium auſpicari debet, neq; ullum aut cibum aut potum ingerere, niſi hunc
4. part. aph. 28. *antea abſoluerit. Hinc eſt quod ſuprà monuerit,* πόνοι σιτίων ἡγείσθω-
σαν*. quod eſt: Labores cibos præcedant. Quare autem à labore auſpican*
dum ſit, in huius ſententiæ enarratione diximus. Mediocrē quoq; eſſe debere,
Cōm. aph. 20 *in particula quarta ſatis ſuperq; docuimus. Laborem excipere debent cibus*
Cibus & potus. *& potus, ita enim promptius conficientur. Mediocres autem ſint, quando*
2. aph. 4. *alibi ita ſcriptum reliquerit Hippocrates:* οὐ πλησμονὴ, οὐδ᾽ ἄλλο οὐδὲν
ἀγαθόν,

A ἀγαθὸν, ὅτι ἂν μᾶλλον φύσιος. *id eſt: Non ſatietas, non aliud quicquam
bonum eſt, quod naturam excedit. Et rurſus:* ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν 2.aph.17.
πλείων ἐσέλθῃ, τοῦτο νοῦσον ποιέει. *quod eſt: Vbi plus cibi præter naturã
ingeſtum eſt, hic morbum facit. Cibum & potum ſomnus excipit: optimum* Somnus.
*enim ſomni tempus, Paulo lib.i.cap.xcvij. teſte, eſt à cibo, quod nimirum ille
cibos conficiat, & concoctionem iuuet: quemadmodum etiam Galenus lib.i.
de cauſis ſympt. teſtatur, cibos non ſolum in uentriculo, uerumetiã per totius
corporis habitum optime concoquere ſomnũ dicens. Non eſt tamen quod mox
à cibis ad ſomnum conuertamur, quod ita, Galeno cõm.lxvij.aph.iiij.autore,
caput ob elatos in ſomno uapores impleatur, ſed intercedat inter hunc & ci-
bos aliquod temporis ſpatium. Modus etiam in hoc ſeruandus eſt, quando ut
alibi dicit Hippocrates,* ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου 2.aph.3.
γινόμενα, κακόν. *id eſt: Somnus atq; uigilia utraq; ſi modum exceſſerint,
malum. Venus ipſa ſomnum ſequi debet, eum nimirum qui ad cibi concoctionẽ* Venus.
*in uentriculo ſatis ſit: id quod potiſſimum fieri debet, ubi cibus ad ſatietatem
uſq; ingeſtus eſt. Qui enim concubiturus eſt, Paulo Aegineta lib.i. cap.
xxxv. teſte, nimiam ſatietatem, cruditatem, laſſitudinemq; cauebit. Id quod
etiam Galenus cap.lxxxvi. artis medicæ ſuadet. Poſt tamen cibum modera-*
B *tum ſaluberrimum quandoq; eſt, anteq̃ ſomnus inuadat, uenerem exercere:
quod nimirum laſſitudo quæ ex coitu contracta eſt, obdormienti ſtatim remit
tatur. Atq; hinc eſt quod Aetius lib. iij. cap. viij. ita ſcriptum reliquerit:
Optimum eſt concumbere uolentem poſt cibum cõmiſceri, qui tamen ad ſatie
tatẽ non ſit ingeſtus: id enim ad robur confert, & frigiditas quæ fieri aſſolet,
minus fit. Quod ſi quis à prandio prurire incœperit, ceſſare tantiſper opor-
tet, quoad alimentũ conſtiterit. Si uero à cœna, paululũ prædormire oportet.
Quod autẽ mediocris eſſe debeat uenus, ſatis ſuperq; ſuprà, ubi uiceſimum-
quintum particulæ quintæ aphoriſmũ enarrauimus, dictum eſt. Quid multa?
cum ſanitas ipſa in mediocritate humorum conſiſtat, conueniet ſanè ut omnia
quæ ſanitatis gratia tentantur, mediocria quoq; ſint.*

APHORISMVS VI.

Si quis frigidus admodum ſit, is in tempore ac regione frigidis ca-
lidior erit.

*Inuertere uidetur hoc loco Hippocrates uulgatũ hoc medicinæ theorema,
Contraria contrarijs curantur: eò quod frigida natura præditum, frigidis
curandũ eſſe præcipit, cum calidis potius affectus frigidus emendandus ſit.
Atqui abſit tale aliquid de tanto uiro ſuſpicari, qui paſſim diuerſum ſuis in
ſcriptis docere deprehenditur. Quod itaq; in præſentia habitum corporis fri
gidiorem, in regione & tempore frigidis fieri calidiorem aſſerit, non ita in-*

telligendũ uenit, quaſi frigus frigore arceretur: ſed quia frigiditas & temporis & regionis corpus noſtrum ambiens, caloris reuocatione ad corporis profunda faciunt. Siquidem ſtipata, concluſaq́; corporis ſumma facie, repercuſſus refractusq́; fit caloris eius qui à profundo aſcendit, quiq́; ſimul propter diſflatus inopiã eſt aceruatus, ſimul etiam propter frigidi circunſtantis uiolentiam in altum recedit. Curant itaq; habitũ corporis frigidum frigida, non per ſe, quandoquidem & ea ipſa primũ corpora quibus admouentur refrigerent, ſed ex accidenti, quod ſcilicet ambientia corpus calorem in profundum abire, atq; hoc nomine fieri auctiorem & uehementiorẽ cogant. Calefaciunt igitur ex accidenti nonnunq̃ frigida, quemadmodũ fuſius in fine libri tertij de temp. Galenus monſtrat: hacq; ratione frigidos affectus curare dicuntur, quũ tamen per ſe nõ efficiant, ſed calore quem auxerunt intercedente.

5.aph.21. *Hinc eſt quod in aphoriſmis ita ſcriptum reliquerit Hippoc.* ἔστι δὲ ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος, νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται. *quod eſt: Nonnunq̃ per diſtentionẽ ſine ulcere, iuuene bene corporato, æſtate media, frigidæ larga perfuſio calorem reuocat. Calor uero mala hæc tollit. Cæterũ quod nonnullis ex frigidæ perfuſione accidit, id quoq; eiſdẽ in tempore & regione frigidis euenire ſolet. Quemadmodũ enim ij qui corpus imbecille, caloremq́; innatum modicũ habent, ſi aqua frigida lauantur, prorſus refrigerantur atq; adeò offenduntur, ſin uero robuſtum ac ualidũ illorum ſit corpus, caloŕq; copioſus, ex aquæ perfuſione calor innatus ad interiora refugiens ſe ipſum potius colligit, ac poſtea ad ſumma corporis uiolentius ruit, multoq́; q̃ antea erat uehementior fit: ſic quoq; iiſdem à temporis ac regionis frigore calor imbecillis ſuperatur, & interdum penitus etiam extinguitur, fortis uero potius ab illorũ frigore circa profunda ſe colligens, auctior fit atq; ualidior. Hippocratis igitur hæc ſententia de ijs potiſſimũ intelligenda uenit, quibus ob cutis raritatem calor multus diſflatur: hos enim hoc nomine frigidiores fieri neceſſe eſt. Quapropter niſi illos in regionem frigidam, aut in frigidum aerem, qui cutis meatus conſtringat, atq; adeò calorem à profundo aſcendentem repellat, trãnſmiſeris, accidet planè ut calor natiuus prorſus diſfletur.*

APHORISMVS VII.

Dolorum proximum uentrem purgare conuenit, ſanguinis uero uentrem incidere. Doloribus quoq; medentur, uſtio, ſectio, calfactio, refrigeratio, ſternutamentum, ſucci plantarum, his potiſſimum in quibus efficaces ſunt, & cyceon. Maleficis lac, allium, uinum feruens, acetum, & ſal præſertim mederi poſſunt.

Hac in dictione Hippoc. promiſcue eorum auxiliorũ quæ doloribus tam

magnis

A magnis quàm paruis mederi poſſunt, recenſet catalogũ. Quapropter nõ eſt quod quiſpiam putet in uniuerſum omnia quæ hic cõmemorantur remedia, ſine aliqua diſtinctione limitationéue quemuis dolorẽ ſanare poſſe, ſed quod quodlibet ſeorſim & priuatim alicui dolori mederi queat. Similem huic ſermonem in aphoriſmis, ubi de oculorum doloribus egit, protulit, dum ita ſcriptum reliquit: ὀφθαλμῶν ὀδύνας ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν, ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, 6.aph.31.
ἢ φαρμακείη λύει. quod eſt: Dolores oculorum ſoluit aut meri potio, aut balneum, aut fomentũ, aut uenæ ſectio, aut medicamentũ epotum. Neq; enim hæc omnia auxilia ſimpliciter & indiſcriminatim doloribus oculorum medentur, ſed cum limitatione aliqua, hoc illi, illud uero alteri affectui remedio eſt. Neceſſe itaq; erit ut ordine ſingula dolorum remedia ſeorſim excutiamus. Primũ uero omnium purgatio ſeſe offert, quæ certe eos dolores ſanat qui ex humorum malitia, ſua qualitate corpus infeſtantium, oriuntur. Neq; enim aliud eſt purgatio, niſi humorũ qui ſua qualitate moleſtant uacuatio: quem- Purgatio quid.
admodum autor eſt Galenus, qui cõm.ij. part. i. aph. ſic ſcribit: κάθαρσις ἐστὶν ἡ τῶν λυπούντων κατὰ ποιότητα κένωσις. Si igitur à pituita redundante dolor excitabitur, hanc omnino uacuare conueniet: ſin à bile flaua, abſtinendum erit à pituita, & bilis potius infeſtans, & dolorem mouens uacu-
B anda. Non eſt autem hoc loco Hippocrati ſermo de ijs tantũ humoribus qui per aluum excernuntur, uerumetiã de ijs qui per alia corporis euacuationis loca educi et expurgari poſſunt: id quod ſatis ſuperq; uerba illius demonſtrãt, dum ait, Dolorum proximum uentrem eſſe purgandum. Neq; enim per uentrem eam tantum corporis partem quæ proprie hoc nomine appellatur, & Venter.
aliàs aluus dicitur, intelligere oportet, ſed omnem concauitatem in quam humores præter naturam confluere, atq; adeò dolorem excitare poſſunt. Proinde ſi in ſtomacho dolor fuerit, per uomitum uacuandi humores erunt: ſin in infernis uentriculi partibus, per aluum. Ita ſi in capite dolor fuerit, per nares, aut palatum. Si uero in iecinoris gibbis, per urinas: quod nimirũ hæc loca cõcauitatibus in quibus humores cõtinentur, proxima ſint, ideoq; per illa promptius uacuãtur. Hinc eſt quod capite xcix. artis medicinalis ita ſcribat Gal. ἐκκενοῦνται γὰρ ἑτοιμότερον, οἱ μὲν ἐν ταῖς πρώταις φλεψὶ διὰ γαστρὸς, οἱ δ' ἐν ταῖς μετὰ ἧπαρ, διὰ οὔρων, οἱ δὲ καθ' ὅλον τὴν ἕξιν δι' ἱδρώτων. ὥσπερ γε καὶ οἱ κατὰ τὴν κεφαλὴν, ἤτοι δι' ὑπερώας, ἢ διὰ ῥινῶν ἢ δι' ἀμφοτέρων. οἱ δ' ἐν ταῖς τοῦ θώρακος εὐρυχωρίαις, διὰ φάρυγγος, ἅμα τῇ βηχί. οἱ δὲ κατὰ νεφρὸς, ἢ κύστιν, δι' οὔρων. quod eſt: Promptius euacuantur per uentrem quicunq; in primis uenis continentur humores. Qui uero in his quæ ſunt poſt iecur partibus, per urinas. At qui in toto corpore, per ſudores. Sicut qui in capite, uel per palatum, uel per nares, uel per utrunq;. Qui ue-

ro in latioribus thoracis ſpatijs, per fauces unà cũ tuſsi. Qui in renibus aut C
ueſica ſunt, per urinam. Et lib. xi. ther. meth. quemlibet humorẽ moleſtantẽ,
per ea loca quæ concauitatibus ijs in quibus detinetur proxima ſunt, eſſe ua-
cuandum ijs uerbis monet: οἶσθα δὲ δήπου καὶ τοὺς ἑκάστου τῶν μορίων οἰ-
κείους πόρους εἰς τὴν τῶν περιττωμάτων ἔκκρισιν ὑγρούς ἡμᾶς παρα-
σκευάζοντας, ἐντέρῳ μὲν, καὶ γαστρὶ, καὶ μεσαραίῳ, καὶ τοῖς σιμοῖς τοῦ ἥπα-
τος, τὸν διὰ τοῦ ἀπευθυσμένου, νεφροῖς δὲ καὶ κύστει, καὶ τοῖς κυρτοῖς τοῦ ἥπατος,
καὶ κοίλῃ φλεβὶ, καὶ ἀρτηρίᾳ τῇ μεγάλῃ, καὶ πᾶσι τοῖς κατ᾽ ὀσφὺν, τὸν
τοῖς οὔροις ἀνακείμενον. πνεύμονι δὲ καὶ θώρακι, τὸν διὰ τραχείας ἀρ-
τηρίας καὶ φάρυγγος, ἐγκεφάλῳ δὲ καὶ μήνιγξι, τὸν διὰ ὑπερῴας καὶ ῥινός.
hoc eſt: Noſti profectò nos ſingularum particularum meatus ad ſuperua-
cuorum emiſſionẽ proprios fluxiles reddere. Inteſtino, uentriculo, meſenterio,
& concauis iecinoris, inteſtinũ rectum. Renibus uero ueſicæ, iecinoris gib-
bis, uenæ cauæ, arteriæ magnæ, & omnibus quæ in lumbis habentur, eum qui
urinis eſt delegatus. Pulmoni & pectori ipſam aſperã arteriam & fauces.
Cerebro & eius inuolucris, eum qui per palatum & nares deſcendit. Ha-
Venæ ſectio. ctenus Galenus. Alterum remedium quo dolori medemur, eſt uenæ ſectio,
qua tum maxime uti licebit, ubi ſanguinis in corpore multitudo fuerit: aut ſæ-
pe etiam citra hanc, ubi ſcilicet incœperit inflammatio, ob humores à toto cor- D
pore ad locum confertim defluentes, uel ob præcedentem percuſsionem, uel ob
membri imbecillitatem: quemadmodum teſtatur Galenus, libro de curatione
per uenæ ſectionem ita ſcribens: οὐ μόνον πλήθους ὄντος, ἢ τοῦ πρὸς τὴν
δύναμιν, ἢ τοῦ κατὰ τὸ καλούμενον ἔγχυμα, φλεβοτομία μεγάλως ὀνί-
νησιν, ἀλλὰ καὶ χωρὶς πλήθους ἀρχομένην φλεγμονὴν, ἤτοι διὰ πληγὴν,
ἢ ὀδύνην, ἢ ἀτονίαν μορίων. ἥτε γὰρ ὀδύνη πρὸς αὐτὴν ἐπισπᾶται τὸ
αἷμα, καὶ πολλάκις ἀτονία μορίων ἐργάζεται φλεγμονὴν αὐτοῦ τοῦ καθ᾽
ὅλον τὸ σῶμα πλήθους. id eſt: Non ſolum ubi adeſt plenitudo, ſiue ea ad
uires ſit, ſiue ad uaſorum humores continentium capacitatem, uenæ ſectio mi-
rificè prodeſt, uerumetiam citra plenitudinem inflammationi incipienti, quæ
aut propter ictum, aut dolorem, aut partium debilitatem prouenit: ſiquidem
dolor ſanguinem ad ſe trahit, & ſæpe partium debilitas abſq; eo quod in toto
Ex qua uena mittendus ſanguis. corpore plenitudo ſit, inflammationẽ efficit. Porrò ſanguinis miſsio in dolori-
bus fieri debet ex uenis loco affecto proximioribus. Nam Galeno in lib. de
artis conſtitutione teſte, ἡ τῶν ἐγγυτάτων τε καὶ κοινῶν τῷ πεπονθότι
μορίῳ φλεβῶν, κένωσις ἀρίστη τε καὶ ῥάστη. hoc eſt: Ex proximioribus et cõ-
munibus affectæ particulæ uenis, euacuatio optima & facillima. Adeò ue-
Auicennæ & ſcholaſticorum error. uehementer erret Auicenna, & tota Arabum ac iuniorũ medicorum ſcho-
la, quæ inter initia inflammationũ ex oppoſito uacuationẽ per uenæ ſectionẽ
moliendã

K moliendam eſſe conſtanter affirmat: quum tamen huic neq; ueterum ac proba-
tiſsimorum autorum teſtimonium, neq; ipſa etiam experientia ſuffragetur,
quemadmodum abunde lib. ij. cap. iiij. Paradoxorũ noſtrorum, & in Apolo-
gia contra Hieremiã Thriuerum Brachelium demonſtrauimus. Neq; eſt
ex græcis autoribus quiſpiam, extra Paulum & Aetium Amidenum, qui
Arabum ſubſcribere ſententiæ, quod ſciam, uideatur. Pauli locus eſt lib. vi.
cap. xl. ubi ita ſcriptum reliquit: Cæterum in particulis recens inflammatione
tentatis, ex oppoſita parte inanitionem moliri conuenit: in uetuſtioribus ex
propinqua. Aetij autem lib. viij. cap. lxviij. ubi ita de curatione pleuritidis
tradit: Venam incidere oportet, ut dictum eſt, in brachio, non eo quod rectà
ab inflammato latere procedit, ſed oppoſito. Atqui non eſt quod nos ea in re Paulus & Aetius
iſtorum moueat autoritas, quandoquidem hos ipſos recentiores, & aliorum inter recentiores
tranſcriptores eſſe conſtet. Vterq; enim poſt Oribaſium uixit, id quod inte- connumerandi.
gra paſsim ab eo excerpta capita ſatis indicant, & quod tam hic quàm ille nõ
raro nominatim eius mentionẽ faciat. Et certe tempore hoc quo ipſi uixerũt,
ſolida medicina Arabum nugis contaminari cœpit, id quod barbara paſsim
nomina Aetij libris, ut eſt Caphura, Sandali, & id genus alia inſerta ſatis
monſtrant. His accedit quod Aetius planè ſententiam ſuam de uenæ ex ad-
B uerſa parte in inflammationẽ, pleuritide potiſsimũ, facienda ſectione, lib. iij.
cap. xij. reuocet, dum inter canones generales de uenæ inciſione in eum ſcribit
modum: Auerſionis gratia, quam ἀντίσπασιν uocant, in uenæ inciſione re-
ctitudo ad eas partes ad quas materia defluit, utrinq; ſeruanda eſt. Quibus
uerbis quid apertius eſſe poſſit non uideo: manifeſte enim reuulſionem quoq;
ſecundum rectitudinẽ fieri debere docent. Id quod clarius etiam ea quæ paulò
poſt idem Aetius ſcribit mõſtrant, dum ait: Item in pleuritide uenã eiuſdem
affecti lateris quæ interius eſt incides. Vehementes præterea oculorum do-
lores mirũ in modum ſedantur, ſi ſeruata affecti oculi rectitudine uena cubiti
ſecetur, quæ humeralis uocatur. Quum itaq; ſibiipſi pugnantia doceat Ae-
tius, non eſt cur admodum nos ea in re illius moueat autoritas. Adbuc igitur
Hippocratis & Galeni firma ſtat ſententia, nec quicquã illorum Auicenna
obſtat dogmati, quem ne dignum quidem æſtimamus qui inter medicæ rei ſcri-
ptores cõnumerari aut poſsit aut debeat, utcunq; ringatur Laurentius Phri- Laurentius Phri
ſius, qui ſuperioribus annis edito pertenui ac puerili libello, Auicennæ infe- ſius Auicẽnæ pa
liciter patrocinari uoluit. Etſi uero nullius momenti argumenta quibus inſti- tronus.
tutum ſuum probet producat, tamen ne rudes ac ſimplices animos eiuſmodi
nugis ſeduci contingat, breuiter ad illas reſpondebimus, hinc exordientes: Ini-
tio bifarium genus elegantiæ facit, idq; magna cum laude ſe enarraturum glo- Bifarium Phriſio
riatur: unum ingenij, alterum ſermonis. In primo excelluiſſe Auicennã, idq; elegantiæ genus.

non ſine magno mendacio, dicit. Nemo enim eſt qui neſciat illum in ſcrutandis C
rerum, morborum præſertim, cauſis mirum in modum hallucinatum eſſe: adeò
ut rectiſſime de illo Ambroſius Leo Nolanus medicus clariſſimus ſic ſcri-
pſerit: Auicenna dum res naturales & diuinas ingenio proprio tractare
aggreſſus eſt, uſq; adeò argutule diſputauit, ut pro ſperata gloria, mali phi-
loſophi nomen adeptus ſit. In ſecundo, nimirum ſermonis elegantia, nihil potu-
iſſe lubens fatetur Phriſius: neq; enim aperte ueritati hoc loco obluctari au-
det, quum omnibus conſtet Auicennã, perinde atq; reliquos Arabes ac bar-
baros, fuiſſe infantiſſimũ. Neq; culpa in interpretẽ transferri poteſt: quan-
do utcunq; doctum ac eloquentem nactus fuerit interpretem, fieri tamen non
poteſt ut barbaras ac arabicas phraſes latinis accõmodet, & pro dignitate
fideliter efferat. Hac itaq; ratione non rectius niſi à ſuis, hoc eſt, barbaris
& Arabibus, aſſequi poteſt. Iuxta enim prouerbiũ, balbus balbum melius
intelligit. Suis igitur in tanta bonorũ autorum copia, nõ nobis loquatur, ut ſi-

Bifarium Fuchſio barbariei genus.

miles planè habeãt labra lactucas. Proinde quemadmodũ Phriſio duplex fa-
cere elegantiæ genus placuit, ita nobis bifariũ barbariei genus, unum ſermo-
nis, alterum ingenij ſtatuetur. In utroq; ſanè multũ ualuiſſe Auicennã omni-
bus uerè doctis in confeſſo eſt. Quod enim ad primũ attinet, ex iam dictis ſa-
tis conſtare poteſt, quod proprij ſermonis, & qui à nobis intelligi poſſit, fue- D
rit prorſus ignarus: Arabico enim idiomate locutus eſt, quod à noſtro &
latino tantum diſtat, quantũ cœlum à terra. In altero certe genere potentem
fuiſſe Auic. multarũ rerum qua præditus fuit ignorantia euincit. Vt enim
paſſim in tractandis ijs quæ ad medici notitiam ſpectant rebus impegerit, ex
multorũ doctiſſimorũ uirorũ cenſura, & noſtra quoq; ſcire quiſq; poteſt. Hic
certe decebat Phriſium ſeſe uirum præſtare, atq; argumentis euidentibus ra-
tiones noſtras atq; aliorũ bonorũ ac eruditorũ uirorum euertere. Atqui ho-
rum planè nihil præſtitit, ſatis eſſe putans me atque alios quos ordine percen-
ſet, conuicijs mulierculæ inſtar aſpergere, ac cõtemptim medicellos appellare.
Sed habendæ tamen ſibi hoc nomine immenſæ gratiæ erũt, quod hoc pacto de-
clarauerit Auicennã talem eſſe medicinæ principem, qui omnium, ſuorũ etiã

Manardi medicinales epiſtolæ quales.

patrocinio deſtitutus ſit. Mirum autẽ qua fronte Manardi epiſtolas medi-
cinales tanquam parum eruditas, & nihil cõmodi ſuis lectoribus afferentes,
notare auſus fuerit, quum una duntaxat interdum epiſtola plus ſolidioris do-
ctrinæ habeat, ꝙ uel centum Montagnanæ illi collatæ habere queant. Pergit

Doctrinalis medicina.

deinceps nugari Phriſius, doctrinalẽ (ſic enim uocat) medicinam hodie peni-
tus interire, & pro ea ab orco neſcio quas nugas reuocari: cum tamen nemo
ſit candido iudicio præditus, qui non potius diuerſum accidere uideat, hanc ni-
mirum ex denſiſſimis ignorantiæ tenebris quaſi ex orco in apertum prodire,

A nugas uero quibus multorum animi imbuti fuerunt, ad Plutonis regiam relegari. Id ſanè quod res ipſa aperte clamat. Quo enim tempore Galeni monumenta emerſere, qui unus præ alijs hanc medicinæ partem diligenter & accurate excoluit, æque ac hodie omnium manibus teri cœperunt. Et quid multis moror? ſcio non paucos ex noſtris eſſe auditoribus, qui certius hac de medicina loqui uno menſe ex Galeno didicerint, quàm ſi perpetuis tribus annis in Auicenna uerſati fuiſſent. Non eſt itaq; cur nos temerè accuſet Phriſius, quaſi experientiam rationi præferre conemur, cum Hippocrates iandudum nobis perſuaſerit experimentũ periculoſum eſſe, niſi iudicium acceſſerit. Scimus ſatis ſuperq; quantum experientiæ tribuendũ ſit: idipſum enim nos Galenus abunde docuit. Suis igitur potius indoctis Auicenniſtis obtrudendum erat, quod experientiã pluris quàm rationem facerent, qui certe pro uno etiam leuiſſimo experimento omnes angulos perreptare non uerecundantur, etiamſi illis à nugacibus mulierculis, & incõſtantibus circulatoribus, magnis & ſumptu & precibus extorquendum ſit. Deniq; optat milleſimã in noſtris libris partẽ eſſe ueram: quod utiq; ſibi de ſuo potius ridiculo libello optandum erat, in quo uix una atq; altera pagina uera exiſtit. Sed quandoquidẽ nos de mendacijs accuſauit, conueniebat modis omnibus illa producere in apertũ, &
B illa ueris, aut rhetorum more probabilibus ſaltem argumentis confutare. Atqui illi magis placuit Speculũ medicinæ, & huic ſimiles ineptiſſimos & nocentiſſimos libellos parere. Inſuper ait, linguã quantumcunq; rudem nõ eſſe impedimento, dummodo res ipſa ſyncerè ſit tradita. Verũ cogitare debuiſſet, fieri nõ poſſe ut is rem ſyncerè tradat, qui linguarũ ignarus fuerit. Nam cũ res ipſas citra genuinũ uocum uſum cognoſcere haud liceat, nõ poteſt ſanè qui linguarũ ignarus ac rudis eſt, proprijs rerum uocabulis uti. Quærenda itaq; eatenus nomina & uocabula ſunt, quatenus in rerũ nos perducũt cognitionẽ. Nec eſt quod Galeni nobis obſtet, quam citat autoritas, qui paſſim in ſuis libris, & potiſſimũ lib. iij. de pulſibus, de nominibus laborare, operam eſſe ludere inquit. Sed præſtat uerba illus referre, quæ ſic habent: ὅτι τὸ μὴ νῦν ἐξ ὀνομάτων ἐστὶ τὸ μηδὲν ζητεῖν. Galenus ſiquidem ſuperfluũ tantum circa nomina ſtudium redarguit, atq; Sophiſtas eos & medicos taxat, qui ocioſam in minime neceſſarijs uocabulis operam inſumpſerunt. Hinc eſt quod ab initio libri primi de pulſuum differentijs optet Galenus, res & percipi & tradi citra ipſarum nomina poſſe. Verum cum id fieri non queat, nihil nobis prius eſſe debere monet, quàm ut quauis conditione nobis de nominibus conueniat. Quid multa? ſi proprijs nominibus in rerum explicatione uſi fuiſſent Sophiſtæ, nunq̃ illorum ſtudium damnaſſet Galenus: cum autem improprijs ac non neceſſarijs uſi ſint, cõmittere non potuit quin illorum temeritati ac ſtul-

Nominũ et uocabulorũ inquiſitio non negligenda.

titiæ reclamaret. Poſt hæc Phriſius medicũ planè nullius diſciplinæ cognitione, Grãmatices præſertim, Dialectices & Rhetorices, opus habere demõſtrare cupiens, Galeni ex lib. i. cap. iiij. dierũ decretoriorũ teſtimonio utitur, quem ſic ibidem ſcripſiſſe ait: Aſini ad lyram in re medica ſunt Grammatici, Dialectici, & Rhetorici. Sed quantum abuſus ſit doctiſsimi illius uiri teſtimonio, nemo eſt qui neſciat, modo paululum in eius libris uerſatus fuerit: paſsim enim inculcat nominatas iam artes medico eſſe admodum neceſſarias. Quod uero mala fide et mendaciter Galeni uerba retulerit, græca maxime, quæ ſic habent, monſtrabunt: καὶ ταῦτα ποιοῦσιν ἔνιοι τῶν ἰατρῶν, εἰς τοσοῦτον ἢ διαλεκτικῆς, ἢ γραμματικῆς, ἢ ῥητορικῆς ἐπαΐοντες, εἰς ὅσον ὄνοι λύρας. quod eſt: Huiuſmodi quidem nonnulli medicorũ faciunt, eatenus Grammaticã, Dialecticã et Rhetoricã cognoſcentes, quatenus aſinus lyrã. Ex quibus ſanè uerbis dilucidum fit Galenum contrarium potius quàm quod Phriſio uiſum eſt docuiſſe. Quorundam enim inſcitiam damnat medicorum, qui tam inertes fuerunt, ut nullam prædictarum artium agnouerint. Sed non temerè Phriſius ijs Galeni uerbis abuſus eſt: unicè enim optauit omnes eſſe eiuſmodi medicos, ut haberet qui germanicos eiuſdem libellos legerent. Porrò quid deinceps impudentius dici potuiſſet, quàm Græcos ſua fermè omnia ab Arabibus mendicaſſe, cum potius illi ſua ex Græcis tranſſcripſerint, & furtim decerpſerint? id quod extra rationẽ temporis quo uixerunt, libri quoq; eorundẽ, in quibus nõ raro Hippoc. & Galeni mentio fit, abunde teſtantur. Et mirũ certe eſt, ſenem tam infantiliter ea in re lapſum eſſe. Mirum autem magis eſt quod certior fieri cupit Phriſius, ubi locorum Auicenna in quinq; ſuis canonibus à uera medicina deuiarit, quaſi idipſum ante nos Leonicenus, Manardus, Briſſotus, & deinceps nos quoq; multis in locis nõ demonſtrauerimus. Quod ſi uero errata eſſe negabat, quid eſt cur argumẽtis hoc haud docuerat? Poſtremo ridiculũ planè eſt, quod fieri nõ poſſe putat, ut græcus à nobis intelligatur Galenus: niſi fortè omnes è ſuo æſtimabat ingenio, quod nihil, niſi Auicennæ ſordes redolebat, aſſequi ualebat. Quod ſi peregrinã qua ille uſus eſt linguã in cauſa eſſe, cur minus à nobis intelligi poſſe arbitratur, poſſumus certe eadem ratione in ipſum retorquere argumentũ, & dicere, haud licere Phriſio Auicennam ut intelligat, quando hunc Arabica & peregrina ac Phriſio prorſus incognita lingua ſcripſerit. Sed iſta pro leuioris momenti argumentorũ Phriſij confutatione ſufficiant. Nos itaq; eò unde digreſſi ſumus reuertamur, & reliqua quæ in hac dictione refert Hippoc. doloris remedia explicemus. Horum autem primum uſtio eſt, quæ uel candente fit ferro, aut medicamento adurendi facultate prædito. Cuius ſanè uſus erit in malignis ulceribus, & locis quæ uitioſis referta ſunt humoribus. Alterũ ſectio eſt, quæ & ipſa

Arabes ſua à Græcis tranſcripſerunt.

Uſtio.

Sectio.

A *& ipſa dolores partium ob præcedentẽ aliquam inflammationẽ pus continentium ſedare poteſt. Tertium calefactio eſt, quæ balneis uidelicet & fomentis fit. Sic ſanè in doloribus quos renum lapis excitat, non raro balnei aquæ dulcis uſus erit. In dolore uero laterali tepida fomenta nõ parum iuuare, Hippocratis teſtimonio clarum eſt. Sic interdum oleo caput perfundimus calido, in doloribus frigidis. Quartum quo in dolorum mitigatione utimur, refrigeratio eſt: huius tamen uſus, quandoquidem extimam earum partium quæ dolent ſuperficiem contrahat, rarus eſſe debet. Calidis itaq; intemperantijs, quæ ſine plenitudine conſiſtunt, refrigeratio medetur, & ijs quibus caput æſtu nimio dolet, quiq; ob uehementes febres exuruntur, ac alijs doloribus calidis & biliofis corripiuntur. Sic roſaceo interdũ caput perfundentes, calidos eius dolores propulſamus. Pari ratione frigida quoq; eryſipelatis admouemus, ut dolorẽ paulò mitiorem reddamus. Quintum dolorem amouens, capitis potiſſimum, à copioſis flatibus factum, eſt ſternutamentũ. Sextum inter ea quæ dolori ſuppetias ferunt locum plantarũ ſucci obtinent. Succos autem uocat nõ tantũ eos qui liquidi ſunt, ut eſt oleum, ſed eos quoq; qui concreti ſunt, ut eſt reſina, euphorbiũ, & eiuſmodi. Vnicè autẽ obſeruet medicus, ne ſine delectu & iudicio quibuſuis ſuccis in affectibus utatur, ſed ijs tantum qui partibus, aut*

Calefactio.

2. uict. acut.

Refrigeratio.

Sternutamentũ.

Succi plantarũ.

B *affectui cui admouentur accõmodi eſſe uidebuntur. Neq; enim cuiuis parti, aut affectui, uniuſcuiuſq; ſucci facultas cõuenire aut prodeſſe poteſt. Hinc eſt quod nõ temerè dixerit Hippoc. his potiſſimũ in quibus efficaciam habent. Quam uero facultatẽ in quouis membro & affectu quiſq; ſuccus habeat, ex libris Galeni de ſimpl. med. facul. & de medicamentorũ cõpoſitione, & ther. meth. tibi diſcendũ erit. Septimũ quo doloribus medemur cyceon eſt, qui ſanè quoddã ex cibo & potu mixtũ eſt. Vt autem eius mixtura ac confectio uaria eſt, ita quoq; eius facultates diuerſæ ſunt: id quod Hippoc. lib. ij. de uictus ratione ijs indicauit uerbis: κυκεὼν μόνον ἐφ' ὕδατι μὲν ψύχει καὶ τρέφει, ἐπ' οἴνῳ δὲ θερμαίνει καὶ τρέφει, καὶ ἵστησι. ὁ δὲ μέλιτι δὲ θερμαίνει μὲν ἧσσον καὶ τρέφει, διαχωρεῖ δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον ᾖ τὸ μέλι, ἢν δὲ μή, οὐ διαχωρεῖ, ἀλλ' ἵστησι. quod eſt: Cyceon ſolus cum aqua mixtus refrigerat ac nutrit: cum uino autẽ calfacit & nutrit & ſiſtit. Cum melle mixtus minus quidem calfacit & nutrit, magis uero per inferna ſubducit, modo mel ipſum haud purũ ſit. Purum enim ſi fuerit, non per ſeceſſum ducit, ſed potius ſiſtit. Ex quibus Hippocratis uerbis non tantũ cyceonis facultas, ſed uaria quoq; eiuſdem mixtura deprehenditur. Multa enim miſcentur uino, ueluti eſt aqua, mel, & farina, id quod etiam teſtatur Heſychius, ſic ſcribens: κυκεὼν ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ὕδατος, καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα ἐστί. Cyceonis autẽ confectionẽ nemo Homero rectius deſcripſit, qui Iliados λ' ita de eo tradit:*

Cyceon.

ἐν τῷ ῥά σφι κύκησε γυνὴ εἰκῦα θεῇσιν.
οἴνῳ πραμνείῳ, ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν
κνήστι χαλκείῃ. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνε,
πινέμεναι δ' ἐκέλευσεν ἐπεί ῥ' ὤπλισε κυκεῶ.

Quibus utique uerbis Homerus ſatis indicat quo pacto ab Hecameda cyceon confectus ſit: neq; quicquam ab Heſychio diſcrepare uidetur, niſi quod caſei caprini hic quoq; mentionē facit, quem fruſtatim ferreo gladio inciſiſſe, & cum farina candida miſcuiſſe Hecamedam ait. Etſi uero mellis non meminerit in ijs uerſiculis Homerus, tamen carmine ante citatos iam uerſus ſeptimo idipſum appoſitum fuiſſe ſatis innuit: ait enim,

ἠ δὲ μέλι χλωρὸν παρὰ δ' ἀλφίτου ἱεροῦ ἀκτήν.

Multo uero ſuccinctius cyceonis confectionē mōſtrauit Odyſſeæ κ̄ ſic ſcribēs:

ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
οἴνῳ πραμνείῳ ἐκύκα.

Sed de confectione cyceonis ſatis. Reliquum

Cyceonis uſus. iam eſt ut nōnulla de eius uſu ac facultate dicamus. Quum ex iam dictis ſatis conſtet cyceonem miſtum eſſe quoddam, debet certe non ſimplici affectui, ſed compoſito adhiberi. Huius itaq; uſus tum maxime erit, ubi inæqualis intemperies in corpore fuerit, ita ut partes aliquæ adhuc ſecundum naturam ſe habeant, aliquæ uero quæ iam præter naturā refrigeratæ ſint, illis uicinæ exiſtant. Fit enim ex ijs quæ præter naturam iam ſe habent, moleſta quædam frigoris in eas quæ ſecundum naturam affectæ ſunt ſucceſſio. Antequam igitur omnes partes frigore præter naturam afficiuntur, dolor fit, cui remedium optimum cyceon erit, qui ex cibi & potus moderata miſtione conſtans, æqualem paulatim in affectis partibus calefactionē efficit, ita ut hæ quæ iam refrigeratæ ſunt caleſiant, & quæ obſtructæ ſunt relaxentur & digerantur.

Maligni dolores. Cæterum recenſet iam Hippocrates κακούργων & malignorū dolorum remedia. Sic uero nominat qui uel à maleficis medicamentis & deleterijs, uel uenenatis feris, uel humoribus fiunt, ueluti in commentarijs quoq; ijs uerbis monſtrauit Galenus: γίνονται γάρ τινες ὀδύναι κακοήθεις ὑπὸ τῶν κακούργων, εἴτ' οὖν φαρμάκων ἃ δηλητήρια καλοῦσιν, εἴτε θηρίων ἰοβόλων, εἴτε καὶ χυμῶν τινῶν ἐκ διαίτης μοχθηρᾶς, ἢ λοιμώδους ἀέρος ἐν τῷ σώματι γεννηθέντων. Recenſet autem quinq; eius generis remedia Hippocrates, lac, allium, uinum feruens, acetū, & ſalem. Quod uero quodq; iam nominatorū, non tantum ijs doloribus qui à uenenatis medicamentis, uerū etiam à feris excitati ſunt, conferre poſſit, Dioſcorides in ſexto de re medica, ubi ex profeſſo remedia illa tractat, te docebit. In uiperæ præſertim morſus curatione, & uinum, & allium, ſalſamentumq; prodeſt. Quantum uero ad

Lac. malignos humores attinet, lactis uſus erit in humoribus qui eroſione ſua moleſtant

A leſtant & interficiunt, ueluti in dyſenteria. Allium autem in iis quæ corpus uehementer refrigerant. Sic Galenus lib. xij. ther. meth. agreſtium theriacen allium appellat. Denique iis qui frigidas incolunt regiones, ut Thracibus & Gallis, allia in cibo prodeſſe ſcribit. Vinū feruens frigidis quoque humoribus, quod ita duplici ratione calidum ſit, aduerſatur. Acetum uero in iis humoribus qui extenuatione ac inciſione indigent, cōducit. Salis uſus erit in iis humoribus, qui ut abſtergantur opus habēt. Caluus hanc Hippocratis ſententiā, ut alias fermè omnes, ſua interpretatione planè deprauauit. Quid enim ab Hippocratis conſilio magis alienum, quàm ita eius uerba interpretari? Dolorum cauſa proximum uentriculum purgato, ſanguinis uentriculum aperito. Quos uires non defecerunt, ſecatio, uſtio, tepor, ſternutamenta leuant: perflationum uero cauſa uentoſitatumúe ptiſanæ ſudus uel pulticula detur. Maleficum autem allium eſt, lac, feruefactum uinum, acetum, ſal. Nam quantum à ueritate deuiauerit, ex iis quæ retulimus quiſque ſcire poteſt, adeò ut prolixiori confutatione inepta Calui conuerſio non indigeat. Allium. Vinum. Acetum. Sal.

APHORISMVS VIII.

Imbecillitas & grauitas homini cuidam ex laboribus & itinere accidit, qui quidem expuit, tuſſiuit enim ob deſtillationē ex capite factam. B Febris illi etiam acuta manum ſubmordens erat. Secundo die capitis grauitas euenit, & lingua peruſta eſt. Naſus unguibus ſcalptus ſanguinem haud excreuit. Siniſter lien magnus & durus, dolore uexabatur.

Hiſtoricus hic ſermo eſt, in quo Hippoc. morbū hominis cuiuſdam, cuius nomen prorſus obticet, cōmemorat: neque tamen num æger ille à morbo ſeruatus, an mortuus ſit, explicat. Sibi enim duntaxat, memoriæ gratia, quid acciderit per morbi tempus ægrotāti annotauit. Proinde lectori parum cōmodi ex hac dictione ſperandū. Docet autē in primis morbi cauſam fuiſſe labores immodicos, et peregrinationē, ac itineris multi peragrationē, quā ob nimiā motricis facultatis defatigationē imbecillitas & grauitas omniū fermè partium corporis ſubſecuta eſt. Cæterū ob humorū fortè colliquationē ex capite quoque deſtillatio facta eſt, atque adeò tuſſis, nō tamen ſicca: expuit enim æger ille, atque quæ tuſſiendo mota ſunt excreauit. Facit autem hoc loco τῆς κορυφῆς, id eſt, uerticis ſolummodo mentionē, per partē totum intelligens. Præter iam dicta febris illi acuta quoque accidit, quæ tantæ uehementiæ fuit, ut manum admotā planè mordere uiſa ſit. In ea fuliginoſi uapores ad caput elati grauitatē in eodem procrearūt. Lingua etiā hac ratione peruſta eſt, id quod ſtatim die ſecundo à quo cœpit ægrotare, factum eſt. Porrò cum æger aut medicus unguibus naſum ſcalpſiſſet, ſanguinem tamen non egeſſit, quod nimirum omnis humorū noxiorū impetus ad lienē factus ſit, et huc totius morbi reliquiæ decubuerint.

Hinc factum eſt ut lien planè magnus factus ſit, & durus, hocq; nomine doluerit. Quid uero deinceps lienem magnũ ſymptωmatũ ſecutũ ſit, penitus tacuit. Non autẽ temerè dixit, unguibus ſcalptus: ueteres enim nõ tantũ ferro, ſed & unguibus proprijs nares ſecabant. Teſtis eſt Galenus, qui in cõmentarijs ita ſcribit: λέγουσι τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον σιδήρῳ τινὶ πρὸς αὐτὸ τοῦτο παρεσκευασμένῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰδίοις ὄνυξι τὴν ῥῖνα διαιρεῖν. *Inſuper* ἀρι-

Siniſter lien. στερὸς σπλὴν, *id eſt, ſiniſter lien, haud alia ratione quàm à poeta* γάλα τὸ

πλεονασμός λευκὸν *dictus eſt, nimirum per* πλεονασμὸν, *quem conſtat fieri quoties ſuperuacuis uerbis oneratur oratio: ut hoc loco, ſiniſter lien: cum ſatis erat dicere, lien. Sic oculis uidi interdum dicimus, cum ſatis ſit dixiſſe, uidi.*

APHORISMVS IX.

A quartana correpti magno morbo non capiuntur. Quod ſi uero antea capiantur, ſi quartana ſuperuenerit, liberantur.

Magnus morbus. *Per magnum morbum intelligi comitialem, & eum quem Græci* ἐπιληψίαν *nominant, nemo eſt qui neſciat. Sic enim ueteres ob grauitatem, quod homo eo ipſo affectus ſubitò concidat, uocarunt. Habet autẽ is morbus alia quoq; nomina, ut cap. lx. Compendij noſtri diximus, quæ non attinet in præſentia referre. Generatur uero magnus morbus à frigidis & craſſis humoribus, cerebri uentriculos obſtruentibus, ita ut nihil mirum ſit quartanã illi mederi poſſe. Nam cum prædictorum humorum ſanatio duplex ſit, excretio nimirũ & concoctio, utrunq; in quartana accidit: excretio quidem per rigorẽ, (hæc enim ſola agitatio ſufficit quo craſſus ille humor excernatur) concoctio autem per calorem, qui rigorem ſequitur, fit. Et hoc eſt quod alibi etiã dixit:*

5.aph.70. οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, οὐ πάνυ τοι ὑπὸ σπασμῶν ἁλίσκονται, ἢν δὲ ἁλίσκονται πρότερον καὶ ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται. *quod eſt: Qui à quartanis capiuntur, non admodum conuulſionibus capiuntur: ſi uero prius capiuntur, quartana ſuperueniente liberantur. Et iterum:*

2.aph.26. πυρετὸν δ' ἐπὶ σπασμῷ βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν δ' ἐπὶ πυρετῷ. *hoc eſt: Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quàm febri conuulſionẽ. Et rur-*

4.aph.57. *ſus in aphoriſmis:* ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ πυρετὸς ἐπιγενόμενος, λύει τὸ νόσημα. *id eſt: Qui conuulſione aut diſtentione tenetur, ſi*

Lib.1.ſect.3. *ſuperuenerit febris, morbum ſoluit. In Epidemijs quoq; idem quod hoc loco dixit, ubi in eum modum ſcriptum reliquit:* ἀσφαλέστατος δὲ πάντων καὶ ῥήϊστος μακρότατος ὁ τεταρταῖος, οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τοιοῦτος ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων μεγάλων ἄλλων ῥύεται. *quod eſt: Quartana omnium facillima & longiſſima eſt: neq; enim ipſa tantum per ſe talis exiſtit, uerumetiam ab alijs magnis liberat. Plura ad inſtitutum facientia apud Galenum in iam citatarum dictionum explicatione uidere licet.*

Aphoriſmus

A APHORISMVS X.

Contemplandum qui morbi alijs ſuccedant.

Nihil aliud hac dictione agit Hippocrates, niſi quod medico accurata diligentia morborũ in alios tranſmutationes conſiderandas eſſe hortatur. Nam non raro accidit, ut ægro eiuſmodi tranſmutatio, uel mortis, uel ſalutis futuræ cauſa exiſtit. Sic malum eſt ſi profluuio ſanguinis narĩũ deſipientia, aut conuulſio ſuccedit. Malũ itidem ſi morbũ lateralẽ peripneumonia, & hanc phrenitis ſequitur. Bonũ uero ſi morbũ comitialem, aut conuulſionẽ, quartana comitatur. Bonũ quoq; ſi lippitudini alui profluuiũ, atra bile uexatis hæmorrhoides, ſingultui ſternutatio, inſaniæ uarices ſuccedunt, quod morbos præcedentes planè ſoluăt: ſicut in ſexta et ſeptima aphor. part. ubi ex profeſſo morborũ mutationes tractat, abunde teſtatur Hippoc. Locũ itaq; citaſſe ſat ſit. Morborum tranſmutationes conſiderandæ.

APHORISMVS XI.

Bilis flaua ab ijs quæ corpus calefaciunt, ueluti de auibus dixi, nam & hæ bilioſæ ſunt, generatur. Signum autem atq; adeò argumentum caloris, acrimonia.

Hactenus Galeni cõmentarijs adiuti ſumus, qui ſanè nobis non raro genuinæ inueniendæ lectionis occaſionem dederunt, nonnunquam etiam ueram B *obſcurarum Hippocratis dictionum intelligentiam ſuggeſſerunt. Cæterum cum iniuria temporum quicquid eſt commentariorum quod in ſequentes ſcripſit ſententias Galenus interciderit, noſtris poſthac cõiecturis tantùmmodò utendum erit: quare ueniam dabunt ſtudioſi, ſi non ut antea paſſim Hippocratis mentem aſſecutus fuero, maxime cum mihi non ſit niſi unum, idq; corruptiſſimum, exemplar. Vtcunq; tamen acciderit, conabimur pro uirili noſtra, ne unquam peregrinam, & ab Hippoc. placitis alienam ſententiam afferamus, noſtræq; conuerſionis rationẽ ſemper ubi opus fuerit reddemus. Quod ad præſentem ſpectat ſententiã, euidentiſſimũ eſt hanc mutilam eſſe, id quod in ſuis etiam cõmentarijs Alexandrinus admonet. Nihil autem aliud indicare ea ipſa Hippoc. uoluit, niſi generationis flauæ bilis cauſam potiſſimum eſſe calorem. Quod autem ea quæ calorem in corpore noſtro excitant, exercitium potiſſimũ, bilem flauam procreent, auium exemplo probat: hæ enim quia multo uolatu, qui illis exercitij uice eſt, utuntur, ideo calidæ & bilioſæ ſunt. Sed Galenus quoq; lib. ij. de temp. bilis generationẽ in ea quæ corpus noſtrũ calefaciunt reijcit, dum ita ſcribit: καὶ μὴν δὴ καὶ φροντίδες, καὶ θυμοί, καὶ λῦπαι, καὶ πόνοι, καὶ γυμνάσια, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ ἀσιτίαι, καὶ ἔνδειαι, πλείονα τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς τούτοις ἀθροίζουσι χυμόν, ὅτι καὶ πλείονα γεννῶσαι ἐν ἥπατι. quod eſt: Quinetiã ſolicitudo, ira, triſtitia, dolor, exercitatio, uigilia, abſtinentia, & inedia, ſucci flauæ bilis plus aceruant, propterea quod plus eius* Bilis flauæ generatio.

ſucci in iecinore gignunt. Bilem autem à calore eſſe prognatã, primũ omnium C
eius calor oſtendit: calidior enim, Galeno lib. iam citato teſte, ſanguine exiſtit. Id quod & in lib. i. ad Glauconẽ in tertianæ curatione iis uerbis docet: ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς ἁπάντων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν θερμότατος καὶ ξηρότατός ἐστι. *id eſt: Flauæ bilis humor omnium qui in corpore ſunt calidiſſimus & ſicciſſimus exiſtit. Dein acrimonia quoq; bilis argumento eſt illam eſſe calidam, atq; adeò à calefacientibus generatam. Omnia ſiquidem acria calida ſunt, quemadmodũ Galen. quoq; docet lib. iiij. de ſimpl. med. facul. cap. xvij. ubi ita ſcriptum reliquit:* τοὺς δριμεῖς ἅπαντας χυμοὺς ἄκρως θερμοὺς χρὴ γινώσκειν ὄντας. *hoc eſt: Scire oportet acres ſapores omnes ſummè eſſe calidos. His accedit quod omnes ueteres philoſophi in hunc modũ de acribus pronunciarunt. Poteris & ultimam huius ſententiæ partẽ ita interpretari: Calor acrimoniæ ſignum. Omnes enim ſapores acres, ut Galen. quoq; libro iam citato teſtatur, ſummè calidi ſunt. Cum itaq; rem aliquã ſummè eſſe calidam deprehenderimus, non eſt cur dubitemus illam acrem quoque eſſe. Caluus priorem ſententiæ partem ita ineptiſſime tranſtulit: Quibus morbi bile procreantur, hi biliosi ſunt. Nemo enim eſt qui neſciat ab humore in corpore exuperante potiſſimũ generari morbos: neque opus erat, ut ea de re nos moneret Hippocrates.* D

APHORISMVS XII.

Turbationes, morborumq; in alios tranſitus conſiderandi: quoniã delirantibus laterum dolores deſinunt. Contingit uero ut & nonnullis unà febres, nonnullis uero minime, ſed cum ſudoribus finiantur. Quibuſdam etiam cum alui perturbatione, quod illis cutis arida & circuntenſa ac ſalſa ſit.

Monet hac dictione Hippoc. quo diligenter turbationes quas in corpore efficiunt morbi, ac eorundẽ in alios tranſitus, conſideremus: quando, ut paulò ante diximus, ex iis interdũ ægri aut ſalutem, aut interitum prædicere liceat. Quod ad turbationes attinet, non eſt cur medicus iis factis in corpore ſemper terreatur, quod nonnunquã bonum portendant. Verbi gratia, ſi in morbo laterali mentem turbari & deliriũ fieri contingat, bonũ eſt indiciũ, quod delirantibus morbus deſinat. Neq; enim alia ratione delirium fit, niſi quod humores qui morbum procrearunt diſſoluantur ac diſcutiantur, & fuliginoſi uapores ad cerebrum ferantur. Quod ſi tanta humorũ ſit reſolutio, ut prorſus diſſipentur, tum quoq; unà cum delirio febris deſinit. Sin nõ integrè humores ſoluantur, ſed reliquiæ aliquæ febres fouere potentes remaneant, tunc febris deſinentibus doloribus etiam permanet, donec prædictæ reliquiæ per ſudores integre & perfecte expurgẽtur: id quod in iis potiſſimũ contingit, quorum cor-

Aph. 10 huius part.

Turbationes.

A rum corporis habitus rarus & laxus exiſtit. Cæterũ quibus cutis ſicca, circumtenſa, & ſalſa, adeoq́; totius corporis habitus denſus eſt, ijs ſanè per ſudores finiri morbus laterum haud poteſt, ſed alia quadam ratione, per alui nimirum turbationem, natura uniuerſas morbi reliquias per illam uacuante. Neq; obſtat quod alibi ſcribit Hippoc. ὑπὸ πλευρίτιδος ἢ ὑπὸ περιπνευμονίης ἐχομένῳ, διάῤῥοια ἐπιγενομένη, κακόν. quod eſt: Morbo laterũ uel pulmonia detento, ſi alui fluor ſuperuenit, malũ. Loquitur enim eo loci Hippocrates de peſſimo morbi genere, in quo iecur quoq; ad conſenſum ducitur, et mox etiam inter morbi initia, ac ante concoctionem alui profluuium accidit: hoc enim malum eſſe, nemo eſt qui neſciat, quod nimirum iecinoris alimentum ad ſe trahere, & in ſanguinem tranſmutare non potentis, imbecillitatem portendat. Malum etiã ob id alui profluuiũ inter morbi initia eueniens eſt, quod uires deijciat. Quum enim antea dolor adſit ingens, & uigiliæ multæ, fit ut ſubinde aſſidua illa uentris deiectio accedens, ægroti uires planè proſternat. Non itaq; ſimpliciter dicendo, omne alui profluuiũ morbum lateralem finit, ſed id tantũmodo quod poſt concoctionem morbi accidit. Cuius rei teſtis eſt Galenus, qui in cõmentarijs iam citati aphoriſmi ſic ſcribit: Ἐν μέντοι μετρίᾳ πλευρίτιδί τε καὶ περιπνευμονίᾳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, δύναταί
B ποτε τῷ λόγῳ τῆς κενώσεως ὠφελῆσαι, καὶ μᾶλλον ὅταν φαίνηται τὰ τῆς πέψεως σημεῖα τοῖς πάθεσι παρόντα, καὶ οὔτε φόβος ἐστὶν, ἀλλὰ γίνεται ἀκινδύνως. quod eſt: In mediocri morbo laterali atq; pulmonia alui fluor ſuperueniens, euacuationis nomine prodeſſe poteſt, & potiſſimũ quum concoctionis ſigna morbis adeſſe apparuerint, et neq; timor aliquis eſt, ſed planè citra periculũ morbus eſt. Adijciendũ & hoc erit, quod cutem ſalſam dixit Hippocrates, id nõ ad guſtum, ſed tactum potius referendum erit: hac enim cute præditi, tangentibus ueluti pruritum quendam in manibus excitare uidentur, haud ſecus quàm ſi ſalſum quid contrectarent. Hac ratione parte prima huius libri febres etiam ſalſas appellauit.

Alui turbatio pleuriticis quibus accidat. 6.aph.16.

Cutis ſalſa.

APHORISMVS XIII.

Conſiderandum ex quibus cauſis ſtupores fiant, potiſſimum in eo cui coxa ſtupet.

Non temerè ſtuporis cauſas medico eſſe contemplandas Hippoc. monet, quod uidelicet fieri nõ poſſit, ut ijs ignoratis, rectè ſtuporibus mederi ualeat. Eſt autẽ, ſtupor is affectus quem Hippocrates & alij Græci νάρκωσιν καὶ νάρκην appellant, & quẽ Galenus lib. ij. de affe. loc. cap. i. ſentiendi & mouendi difficultatẽ eſſe tradit. Huius quidem cauſas nemo rectius quàm idem Galenus docuit, qui lib. i. de ſympt. cauſis ita ſcriptum reliquit: ἡ νάρκη καὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, γίνεται μάλιστα κατὰ τὰ κῶλα, σύνθετος ἐκ δυσαισθησίας

Stupor.

Stuporis cauſæ.

τε καὶ δυσκινησίας ὑπάρχουσα, φαίνεται προφανῶς μὲν ἐκ ψύξεως καὶ θλίψεως νευρωδῶν σωμάτων γινομένη, καὶ πρὸς τούτοις ἐπὶ τῇ νάρκης τοῦ θαλαττίου ζώου ψαυσάντων. αὐτομάτως δ' εἰ συμβαίη μηδενὸς αἰτίου τοιούτου προσγινομένου, βίος ἀργὸς, καὶ πλῆθος ἐδεσμάτων, ἤτοι παχέων, ἢ γλίσχρων, ἢ τις ἐποχὴ συνήθων ἐκκρίσεων προηγεῖται δ' ἐξ ἀνάγκης. quod eſt: *Stupor & in toto corpore, & potiſſimũ menbris euenit. Ex ſentiendi, mouendiq́; difficultate compoſitus affectus eſt, ac manifeſte uidetur tum à refrigeratione, tum à compreſſione neruoſorũ corporũ, deniq; à Torpedinis marini animalis contactu prouenire. Vbi uero citra aliquam huiuſmodi cauſam ultro acciderit, tum uel uitæ ignauiam, uel ciborum craſſorum, uel lentorum multitudinem, aut ſolitæ ſecretionis ſuppreſſionem anteceſſiſſe neceſſe eſt. Hactenus Galenus ſtuporis cauſas recenſuit, quæ ſanè diligenter à medico diſcernendæ ſunt, quod iuxta illarum diuerſitatem, remedia quoq; diuerſa in ſtuporis curatione adhibenda ſint. Cæterũ potiſſimum ſtuporis eius qui in coxa fit, cauſam eſſe perſcrutandam Hippocrates ait, quod nimirum is ſæpenumero accidat. Cum enim ad coxam craſſi lentiq; humores nõ raro decumbant, fit ut illi articulationis ligamentis impacti, ſentiendi mouendiq; facultates à cerebro tranſmiſſas impediãt. Medicamentis itaq; extenuandi facultate præditis, ubi hac ratione ſtupor euenit, opus erit: perinde atq; ſi à frigore fit, calefacientibus. Caluus ſuo more, hoc eſt, ineptiſſime, hanc Hippocratis dictionem interpretatus eſt, hunc in modum: Torpedines nulla de re ſæpe fiunt. Nam extra id quod nihil tale docuerit Hippocrates, falſiſſimum etiam eſt quod torpedinem nulla de re ſæpius fieri dicit, cum conſtet eos qui frigido tempore iter fecerunt, aut frigido in loco, aut aere diutius morati ſunt, promptè ac ſæpe ſtupore corripi. Niſi fortè aliquid ijs uerbis intellexerit, quod diuinare ipſe non queam.*

Stupor coxæ.

APHORISMVS XIIII.

Ex inflammationibus quæ fiunt iuxta aures, & in ipſis auribus, ut plurimum tertio moriuntur die.

Docet hoc loco Hippoc. quod non modo hæ inflammationes quæ in auribus fiunt, uerumetiã illæ quæ in ijs glandulis quæ auribus adiacent eueniunt, periculoſæ ſint: nam ut plurimum tertio die, qui ijs correpti ſunt, pereunt. Ex quibus quoq; uerbis ſatis manifeſtum fit Hippocratẽ hic loqui de uehementibus inflammationibus duntaxat, in quibus nimirum ad conſenſum perducitur cerebrum: in ijs enim contingit ut tertio plerunq; die moriantur, quod ſcilicet in cerebrũ decumbat uniuerſim inflãmationẽ cõmittens fluxio. Porrò inflammationes quæ iuxta aures fiunt à Græcis παρωτίδες dicuntur: & hæ ſanè, ut diximus, nonnunq̃ ob uehementiã & cerebri conſenſum interficiunt.

παρώτις.

A *Quo uero pacto eiuſmodi inflammationi medendũ ſit, non attinet hoc in loco dicere: ſatis enim dictionis ſenſum explicuiſſe. Poteris tamen ea de re conſulere Aetium, qui lib. vi. cap. xc. illam ex profeſſo tractat. Per inflammationes in auribus, intellige eas quæ in profundo auditorij meatus fiunt, & in* Inflãmationes
quibus auditorius neruus nõ ex longo interuallo cerebro copulatus immenſo in auribus.
afficitur dolore. Eas autem admodum periculoſas eſſe, alibi quoq; monſtrauit Hippoc. ſic ſcribens: ὠτὸς δὲ ὀξείη ὀδύνη σὺν πυρετῷ ξυνεχεῖ καὶ ἰσχυ- 3. præſag. 15.
ρῷ δεινὸν, κίνδυνος γὰρ παραφρονῆσαι τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπολέσθαι. ὡς οὖν τουτέου τοῦ τρόπου σφαλεροῦ ἐόντος, ταχέως δεῖ προσέχειν τὸν νόον, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρης. ἀπόλλυνται δὲ οἱ μὲν νεώτεροι τῶν ἀνθρώπων ἑβδομαῖοι καὶ ἔτι θᾶσσον ὑπὸ τοῦ νοσήματος τουτέου, οἱ δὲ γέροντες πολλῷ βραδύτερον. *quod eſt: Aurium dolor acutus cum febre continua ac uehementi grauis eſt: periculũ enim delirio tentari, & hominem perire imminet. Quum igitur fallax ſit huius rei modus, à primo protinus die omnibus alijs ſignis animum adhibere oportet. Iuniores quidem ſeptimo die, aut citius ab hoc morbo pereunt: ſeniores uero multo tardius. Nihil autem mirum iuniores ob calidum & biliosũm temperamentũ quod habent, ſenioribus citius interimi: quod hac nimirũ ratione*
B *tione & febris & delirium potius accidant, adeoq; antequã aures ſuppurentur, propter morbi & ſymptωmatum uehementiam moriantur.*

APHORISMVS XV.

Quibus cutes obtenduntur aridæ & duræ, hi ſine ſudore moriuntur: quibus uero laxæ & raræ, hi cum ſudore obeunt.

Hæc ſententia iiſdem ferè uerbis in aphoriſmis repetita eſt, ubi ita ſcriptũ reliquit Hippoc. ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ ξηρὰ ἄνευ 5. aph. 71.
ἱδρῶτος τελευτῶσιν. ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν. *Cũ uero ſatis ſuperq; à Galeno explicata ſit, non eſt cur noſtra enarratione opus habeat. Tantum hoc loco lectorẽ admonebimus, Caluũ & hanc dictionem perperàm ita conuertiſſe: Quibus cutis arida duraq; ſine ſudore circuntenditur, hi non ferè pereunt: quibus uero cum ſudore & tenditur & laxatur, moriuntur. Neq; enim ſine ſudore circuntendi cutem, et minime perire illos, ſed ſimpliciter quibus ob ariditatem circuntenditur cutis, eos ſine ſudore mori dixit. Neq; etiam eos quibus laxior cutis eſt mori ſimpliciter aſſeruit, ſed cum ſudore mori pronunciauit. Error autem impudentiſſimus eſt, quod contraria ſimul copulauit Caluus: neq; enim fieri poteſt, ut cutis ſimul tendatur & laxetur. Sed caret homo ille planè ſenſu cõmuni.*

APHORISMVS XVI.

Mutationes in iis morbis qui tranſmutari queunt, proſunt. Tranſ-

ferre autem eoſdem ad loca conuenientia, priuſquàm alia male afficiantur, oportet. Sic Cherioni ob deſtillationes irritatas faucium exaſperationes ortæ ſunt.

Mutatiões in quibus morbis proſunt.

παλίμβολοι morbi.

Docet hoc loco Hippoc. mutationes in ijs morbis qui tranſmutationes ſuſtinent, eſſe admodũ utiles. Mutationẽ autem ſuſtinentes, ſeu ut Hippoc. uocat παλίμβολοι, *morbi ſunt qui facile ad alium locum transferri poſſunt, uel quorũ impetus retundi aut auerti, ne aliquem principem in corpore locũ occupent, poteſt. Proinde ſi qui morbi ita hærẽt, & alicui corporis particulæ impacti ſunt, ut non niſi ſumma cum difficultate in aliam transferri poſſint, hos certe præſtat non mutare. Quod ſi uero faciles ad transferendũ fuerint, & potiſſimũ ſi anteq̃ figantur in parte aliqua, citra noxã in aliam detrudi poſſint, maxime expedit illorũ mutatio. Omniũ autem maxime humorũ morbificorum auerſiones fieri decet, ubi in principẽ aliquã partem confluunt. Hinc eſt quod Galenus cap. xc. artis medicæ ita ſcribat:* τὰς μὲν εἰς τὰ κυριώτατα φερούσας ἐκροὰς ἀποτρέψομεν, προωθήσομεν δὲ τὰς εἰς μὴ κυριώτατα. *quod eſt: Defluxus quidẽ ad principes corporis partes factos auertemus, ad eas uero quæ nullum habent principatũ impellemus. Tempus autem quo cõmode transferri morbi ualent, eſt antequam loca ab his male afficiũtur, id quod ſanè in morbi principio exiſtit. Tunc enim maxime ubi humores morbũ facientes in continuo adhuc motu ſunt, & nondum planè membrũ obſederunt, illos transferre conuenit. Quod ſi uero occaſionẽ illam neglexerimus, tum uix ſubinde nobis mutationis locus erit. Id quod diximus, exemplo Cherionis cuiuſdam monſtrat, cui cum fortè deſtillatio ex capite quibuſdam medicamentis humorũ defluxũ mouentibus irritata eſſet, & nõ alium potius in locũ tranſlata, faucium aſperitas, quam* κερχνώδεα *hoc loco Hippoc. ac alibi quoque paſſim Galenus uocat, accidit. Eſt autem* κερχνῶδες καὶ κέρχνος, *teſte Galeno in libro de interpretatione antiq. dictionũ Hippoc. nihil aliud quàm* τραχύτης τοῦ φάρυγγος, *hoc eſt, faucium exaſperatio ſeu aſperitas, à uerbo* κερχνέω, *quod aſperũ facio ſignificat. His nominibus ſæpe etiã uſus eſt Galenus, præſertim in lib. ij. de medic. facul. & lib. ij. de ſympt. cauſis, at nemo interpretũ illa recte interpretatus eſt. Nam Theodoricus Gerardus Gaudanus libri de ſimpl. med. facul. interpres, perperàm ad tuſſim impetũ ciens, quemadmodũ Copus multo ineptius, ſcreare & ſcreatum, in libris de ſympt. cauſis interpretatus eſt. Qua de re fortè olim multa, ubi hæc atq; alia recentiorum interpretũ Galeni errata peculiari libro propalabimus. Caluus peregrinam quandam & ab Hippoc. inſtituto alienam interpretationẽ confinxit, hanc nimirum: Qui reuerſionibus obnoxij ſunt, his locorum mutationes ſalubriaq; petere proſunt, ſed priuſquam morbi grauent. Nulla ſiquidem hic*

Tempus mutationis.

κερχνῶδες καὶ κέρχνος.

locorum

A *locorum mutationis mentio fit, ſed duntaxat morborum, quos ſanè mutandos, & à locis ad quæ confluunt auertendos eſſe antequam in iјs figantur, & eadem male afficiant, & minime ut huc confluant, admonet. Deniq; ὅϑεν dictionem, quæ ad ſequentem pertinet ſententiã, haud recte ad præſentem retulit, ut paulò poſt monſtrabimus.*

APHORISMVS XVII.

In auferendis noxijs, hic terminus eſto, ut ſanum relinquatur, cauſa ipſa uel purgando, uel abolendo, uel eijciendo, uel ſecando, uel urendo per inferna ſubducta & ablata. Quibus uero nihil noxij exiſtit, ijs etiã nihil auferendum erit.

Non aliud hac dictione agere uidetur Hippoc. niſi ut medicum hortetur, quo modis omnibus animũ aduertat, ne nihil planè quod non ſit noxium, ex corpore, ſiue hoc ipſum purgando, ſeu extenuando, abolendo, ſecando, & urendo conetur, educat, ſed tantũ cauſam, & humores morbum facientes: id enim per πρόφασιν dictionem intelligendum uenit, quæ Hippocrati, ut in multis locis ſuorum cõmentariorũ teſtatur Galenus, nihil aliud niſi cauſam, potiſſimũ euidentem & manifeſtam, ſignificat. Proinde cum hic medico quaſi terminum ac limitem, quem tranſcendere non liceat, præſcribat Hippocrates, nõ eſt committendum ut ὅϑεν dictionẽ, à qua hac noſtra ſententia initium ſumit, id quod Caluus, ſeductus mendoſo Aſulani exemplari, fecit, omittamus, tanquam nimirum ad præcedentis finem ſpectaret. Huius enim noſtræ eſſe initium, antiquus quoq; interpres monſtrat. Non igitur in morborum curatione aliud ex corpore auferat medicus, niſi quod morboſum exiſtit. Sic in purgationibus ſanè humores noxios duntaxat ac ægrum moleſtãtes educat, reliquos uero qui boni adhuc exiſtunt, & ex quibus corpus nutriri poteſt, intus relinquat, ac minime per purgantia medicamenta uacuet. Hinc in aphoriſmis ſcriptũ eſt: In medicationibus ſi talia ducantur ex corpore qualia uel ſponte exeunt, utile eſt: ſin contrà prodeunt, cohibere oportet. Id quod etiam in abolendis nonnullis uel humoribus, uel alijs quæ contra naturã in corpore exiſtunt, uel corporis partibus prorſus corruptis, faciendum erit. Humores quidem maligni eijciendi ſunt, ſiue in uentre, ſiue in inteſtinis, iecinore, renibus, aut alijs corporis particulis detenti fuerint. Sic ea quoq; quæ in quibuſdam locis corporis noſtri præter naturã ſunt, ut in renibus calculi, eijcienda et expellenda ſunt. Partes autem corporis corruptæ uel uruntur, aut ſecantur. In quibus utiq; ſingulis unicè conſiderandum, ne aliquod quod ſecundum naturam ſit, unà cum eo quod præter naturam adeſt eijciamus. In uſtione etiam & ſectione cauendum ut morboſum tantum uratur & ſecetur, à ſano autem prorſus abſtinendum. Porrò quibus omnia ſana ſunt, & noxij nihil exiſtit in corpore, ijs etiam

Marginal notes: πρόφασις. 4. uict. acut. cõm. 20. — B (at "mittendum") — 4. aph. 2.

2. aph. 36. *nihil adimendum erit. Hinc eſt quod alibi ſcripſerit:* οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα ἐν τῇσι φαρμακίῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως. *id eſt: Qui ſalubri ſunt corpore, per medicamenta uacuati celeriter exoluuntur. Quid multa? curandum medico ut id quod morboſum eſt tantum euacuet & auferat, nec ab ablatione donec quod ſanum eſt pertigerit deſiſtat: ſanum autem ubi attigerit, mox adimere ceſſet.* C

APHORISMVS XVIII.

Si quibus ſanguis ex naribus crebrò profluit male colorati fuerint, ijs ſanè merum modicè datum prodeſt. Si uero rubri colore fuerint, tum ijs perinde atq; prioribus haud confert. Deniq; quibus capita ſunt facile tolerantia, hos utique merum iuuat: quibus uero non, minime.

Duplex ſanguinis ex naribus profluuium. *Vt duplex eſt ſanguinis ex naribus profluuium, ita quoq; duplici uictus ratione qui illo afficiuntur opus habent. Vnum ſiquidem quod ob imbecillitatem retentricis facultatis accidit: alterũ quod propter ſanguinis boni copiam fit. Prioris ſignum eſt malus corporis, faciei potiſsimũ color: alterius contrà bonus, hoc eſt, ruber. Primũ ſanè genus reſtauratione, alterum uero ablatione indiget. Hinc rectiſsime hoc in loco dixit Hippocrates: Si illi quibus ſanguis ex naribus crebrò fluxerit coloris mali fuerint, ijs merum modicè datum prodeſt. His enim uerbis primũ planè genus innuit, quod reſtauratione opus habet, in quo merum exhibendum, ut amiſſas & imbecilles iam uires recuperet. Nihil enim eſt quod uires iam lapſas ita ut uinum purum & aqua* D

ἄκρητος. *non dilutum, quod à Græcis* ἄκρητος, *à Latinis uero merũ dicitur, reficere & inſtaurare ualeat. Id quod non ideo ſolum quod multum nutriat, ſed etiam*

2. aph. 11. *quia humidum eſt efficit. Hinc eſt quod in aphoriſmis dixerit:* ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σιτίου. *quod eſt: Potu quàm cibo expleri facilius eſt. Et in libro de alimentis:* ὑγρὴ τροφὴ εὐμετάβλητος μᾶλλον, ἢ ἡ ξηρή. καὶ ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα ἐς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. *hoc eſt: Alimentum humidum facilius mutatur, quàm quod ſiccum eſt. Et quicunq; ueloci adiectione indigent, ijs humidum remedium ad recuperandas uires optimum eſt. Cæterum non temerè dixit Hippocrates, modicè datum: ſi enim maiori copia ac confertim merum hauſtum fuerit in tanta uirium ac corporis totius imbecillitate, tum raptum in partes neruoſas antequam concoctum fuerit, cõuulſiones & deliria confeſtim procreat. Paulatim itaq; ac moderate ſumptũ, ut nimirum à calore noſtro ſuperari queat merum profuerit, aliàs minime. Neq; omnibus quibus ob retentricis facultatis debilitatem ſanguinis ex naribus profluuium accidit, meri potio confert, ſed ijs tantum qui crebrò hoc pacto afficiuntur. Proinde ubi raro iam dictum profluuium acciderit, reſtauratione non opus erit. Porrò qui altero genere profluuij*

A *fluuij ſanguinis narium corripiuntur, iis merum, & alia quæ uires reficere ualent haud conferunt. Cum enim ex boni ſanguinis immodica copia profluuium hoc ſanguinis eueniat, detractione potius qui eo laborant, quàm reſtauratione indigent. Subtrahēda itaq; illis modis omnibus meri potio, quæ ſanguinem ſuprà modum auget, & ea potius exhibenda quæ ſanguinis immodicam copiam euertere poſſunt. Porrò cum in meri exhibitione unicè conſiderandū ſit medico, qui illius potionem ferre poſſit, & qui non, in fine Hippocrates adijcere idipſum uoluit, dicens: Quibus capita ſunt facile tolerātia, hos utiq; merum iuuat: quibus uero non, minime. Quaſi dicat, non eſt cur male coloratis etiam in ſanguinis profluuio indiſcriminatim meri potionem exhibeas, ſed iis tantum quorum capita ex eiuſdem potu non lædi ſcies. Sic capitis quoq; rationem habendā eſſe hoc loco, haud aliter quàm in acutis morbis, in quibus interdū uinū ex hiberi poteſt, Hippoc. monet. Caluus ineptiſſimus ille Hippocratis interpres, hanc ſententiā ita cōuertit: Sanguinis profluuiū è naribus parū prodeſt his qui impuri & impurgati ſunt. Nihil enim tale dixiſſe Hippocratem, ex ipſius uerbis, & noſtra explicatione abunde conſtat. Errandi autē occaſionē ex una uocula ἄκρυτοι non ſatis intellecta Caluus deſumpſit.* 3.uict.acut.43.

APHORISMVS XIX.

B Quibus nares natura humidæ, & genitale ſemen liquidum, minus ſani degunt: quibus uero contrà, ſalubrius.

Et uetus interpres, et Caluus, hanc Hippocratis dictionē cōtrario planè ſenſu reddiderunt, at perperàm. Nam etſi in quibuſdā exemplaribus ita ſcriptum fuerit, tamen cum in aphoriſmis, quos ut in præfatione huius libri ſexti diximus, poſt Epidemiωn libros eſſe ſcriptos conſtat, aliter, idq; in omnibus exemplaribus ſcribatur, cōueniebat ut ex eo libro cui plus fidei adhibetur ab omnibus, locum deprauatum emendarent. Et ratio ipſa, adde etiam interpretatio Galeni, abunde euincit ſic eſſe legendum: ad quam ſanè lectorem remitto, ne temerè poſt tantum autorem meas nugas aſſuere uidear. 6.aph.2.

APHORISMVS XX.

Sputa rotunda delirīū portendunt, ueluti in eo qui in Plinthio decubuit, cui ex ſiniſtra nare ſanguis profluxit, & quintò ſolutū eſt die.

Priorem huius dictionis partem ſuprà explicauimus, neq; ulla eſt in ea quæ hic ponitur, ab illa quæ antea per Hippocratē dicta eſt ſententia uariatio, niſi in loci in quo æger decubuit nomine: pro eo enim quod hic habetur in Plinthio, alibi ſcriptum eſt in Pleno. Quis autem fuerit locus ille, non ſatis conſtat: fortaſſe uero in eo lateres coquebantur: πλίνθος enim Græcis later eſt, & πλινθεύω, lateres compono. Nos tamen in re incerta nihil temerè ſtatuimus: & parum etiam refert ſcire, quis locus ille, in quo decubuit æger, 3.part.aph.28. Plinthios.

fuerit. Illud præſtat cognoſcere, quod poſt ſanguinis ex naribus profluuium C
illi delirium die quinto ſolutum ſit. Natura enim humores noxios per ſangui-
nis narium fluorem uacuauit. Quod autem diem quintum expreſſit, id haud
ſine cauſa factum eſt: hoc enim ipſo indicare uoluit, plurimos eſſe morborum
4.aph.36. *acutorũ, qui quinto potius die quàm quarto iudicentur. Id quod in aphoriſmis*
exemplo febrium, quæ per ſudores iudicantur, oſtendere uoluit, ſic ſcribens:
ἱδρῶτες πυρεταίνοντι ἢν ἄρξωνται ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, οὗ-
τοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσι. *quod eſt: Sudores febricitanti ſi cœ-*
perint boni tertio & quinto die, hi enim morbos iudicant. Cauſam uero qua-
re in quinto die potius quàm in quarto morbus iudicetur, Galenus in enarra
tione iam citati aphoriſmi explicat, ideoq́; non neceſſe eſt ut in præſentiarum
ea de re multa dicamus.

APHORISMVS XXI.

Vrina quę ſedimen copioſum habet, qualis Dexippi à caluitio fuit, à delirio liberat.

Quod Hippocrates hoc in loco docet, id potiſſimum ueritatem obtinet in
eo delirio quod per conſenſum fit: nam dum humores noxij per urinam uacu-
antur, fit ut urina craſſum ac multum ſedimen nanciſcatur. Quod uero urina
multum ac craſſum ſedimen obtinens à delirio liberare ualeat, Hippocrates D
4.aph.72. *alibi à cõtrario planè docuit, ubi ſic ſcriptum reliquit:* ὁκόσοισιν οὖρα διαφα-
νέα λευκὰ πονηρά, μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται. *id eſt:*
Quibus urina alba & perlucida, mala: præſertim ſi in delirãtibus apparet.
Vt enim craſſæ, adeoq́; minus perſpicuæ urinæ, noxiorum humorum expulſio
nem, ita albæ & perlucidæ cruditatem, humorumq́; bilis potiſſimum, raptum
ad caput indicant. Deniq́; urinam quæ ſedimen multum ac craſſum habet, à de
lirio liberare poſſe, Dexippi exemplo oſtendit, cui à caluitio ſeu glabratione,
μάδησις *Græci nominant, urina eiuſmodi profluxit, illumq́; à delirio libe-*
rauit. Errauit itaq́; Caluus, qui μάδησις *porriginem interpretatus eſt,*
cum hic affectus Græcis πιτύρα καὶ πιτυρίασις *ſit, diuerſum ſanè à cal-*
uitio malum, ut in Compendio noſtro cap. lix. diffuſius docuimus.

APHORISMVS XXII.

Quartana ante annum uix deſinit.

Bifariã hæc Hippocratis ſententia interpretari poteſt. Vno modo ita:
Quartana febris non ultra annum progreditur. Altero modo uti nos inter-
pretati ſumus: idq́; ob ambiguam uocem πρόσω, *quæ Græcis ante & ultra*
ſignificat. Prior Hippocratis menti uidetur magis quadrare, quod hac dictio
ne nihil aliud niſi quartanæ prolixitatem inſinuare uoluerit, quæ ut plurimũ
ante integri anni ſpatium uix deſinat. Cuius ſiquidem cauſam Alexander
Aphro-

A *Aphrodiſieus in problematis ijs uerbis extulit: Cur febris quartana diutur nior eſt quàm quotidiana, cum pituita, quæ frigida, craſſa, lentaq́; ſit? Quoniam pituita quamuis frigida & craſſa, tamen humida eſt: humidum autem quodq; facile immutari poteſt. Atra bilis ſicca & frigida eſt: ſiccum uero omne difficile immutatur. Porrò etſi in uniuerſum quartana quæuis prolixa, & in annum durans ut plurimum ſit, tamen unam alia eſſe breuiorem & longiorem contingit. Atq; hinc eſt quod in Aphoriſmis dixerit:* οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες, οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροί, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες. *quod eſt: Quartanæ æſtiuæ breues magna ex parte fiunt, autumnales longæ, et præſertim quæ hyemẽ attingunt.* Lib.1.probl.82. 2.aph.25.

APHORISMVS XXIII.

Quibus æſtatis morbi accidunt, ijs quinto die eruptiones iudicatoriæ fiunt. Sunt uero quibus tardius eueniunt.

Per æſtatis morbos dubio procul calidos & ſiccos, quales febres ſunt, intelligit. Eos enim proprios eſſe æſtati, alibi quoq; in hunc ſcribens modũ indicauit: τοῦ θέρεος πυρετοὶ ξυνεχέες καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι. *hoc eſt: Aeſtate febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ. Per* ῥήξιες *uero nõ aliud innuere uidetur, niſi eruptiones ſeu expulſiones iudicatorias, ſiue per ſudores, ſiue ſanguinis ex naribus profluuium, ſiue alui excrementa, ſiue urinas, ſiue abſceſſum fiant. Cæterum quibus eiuſmodi morbi eueniunt, ijs ut plurimum quinto die ſudores, aut ſanguis ex naribus erumpit, aut noxij humores per aluum, uel urinas, uel abſceſſum expurgantur. Cuius ſanè nulla alia ratio eſt, niſi quod febres in diebus imparibus acceſſionem habeant, & experientia conſtet in uehementioribus acceſſionibus iudicia fieri. Proinde cum tertiana in quinto acceſſionẽ habeat, nihil mirum ſi in eodem iudicetur. Sunt tamen quibus etiam eruptiones iudicatoriæ tardius eueniant, in ſeptimo nimirum uel nono die: id quod præſertim de ſudore uerum erit, quemadmodum alibi ijs uerbis monſtrauit Hippoc.* ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐναταῖοι καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριηκοστῇ τετάρτῃ, οὗτοι γὰρ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. *id eſt: Sudores febricitanti ſi cœperint boni die tertio, quinto, ſeptimo, nono, undecimo, quartodecimo, decimoſeptimo, uigeſimoprimo, uigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto: ij enim ſudores morbos iudicant.*

Morbi æſtatis. 3.aph.21. ῥήξιες. B Quare febres quinto die iudicantur. 4.aph.36.

APHORISMVS XXIIII.

Suppurationes quę circa gingiuas & nares fiũt, ſeptimo die erũpunt.

Suppurationem intellige eſſe ubi concocto tumore quopiam præter natu-

Suppuratio. *ram pus uniuerſum conſtiterit. Id enim per ſuppurationem inaudiendum eſſe* C
Galenus lib.1. prog. cõm. xliiij. indicat. Fiunt itaq; interdum circa gingiuas & nares ſuppurationes, quæ ut plurimum ſeptimo die à morbi initio erumpunt. Adeoq; cõſultius eſſet ut hæc cum ſuperiori copularetur ſententia, cum nihil aliud uideatur per hanc ipſam innuere Hippoc. niſi quod quibuſdã per febres aliquando ſuppurationes circa gingiuas & nares fiant, & hæ ſanè tardius quàm in quinto erumpant die. Proinde hunc in modum connectentes is ſenſus erit: Quibus æſtatis morbi accidunt, ijs quinto die eruptiones fiunt. Sunt uero quibus tardius eueniunt. Quæ enim circa gingiuas & nares fiunt ſuppurationes, ſeptimo die erumpunt. Exemplar tamen Hippocratis quod ex Aſulani officina prodijt, ἑϐδομαίοις in fine dictionem non habet, quam tamen perperàm neglectam eſſe, ex Alexandrini cõmentarijs & ueteri uerſione abunde liquet. Poteris tamen & hanc ſententiam hunc in modum interpretari: Suppurationes circa gingiuas et nares factæ ſeptimo die rumpũtur, ita ut hæ quoq; præſcriptum aliquod ſuæ ruptionis tempus, haud aliter quàm aliæ de quibus lib.ij. præſag. lij. & ſequentibus agit Hippocrates, habeant. In re tamen nobis incerta (neq; enim hactenus quo die eiuſmodi rumperentur ſuppurationes animaduertere licuit) nihil certi ſtatuendum erit.

APHORISMVS XXV. D

Quibus in dolore dentiũ tenuia à naribus promanant, ijs poſtridie à pipere bene adaptato craſſiora profluent, niſi alia præualuerint. Hegeſippo enim ſomniferum medicamentum ex eo non præualuit, ſed dolorem magis ac uehementius adſciuit.

Monet hac in dictione Hippoc. ne in dentium doloris curatione temerè aberret medicus, ob tenues humores à naribus promanantes, quaſi ab ijſdem etiam dolorem procreari exiſtimet, atq; adeò frigida ac reprimentia medicamenta ut dolorem mitigent adhibeat. Contingit enim ut interdum ex naribus tenuis humor deſtillet, ac nihilominus dentiũ dolor à craßis ac pituitoſis humoribus conſtet. Proinde ſi frigida admota fuerint medicamenta, tum humores craſſos cohibent, ac ne difflari poßint impediunt, & ut partibus affectis planè impingantur efficiunt, atq; adeò dolorem neceſſariò uehementiorẽ reddunt. Quum igitur extenuantibus potius in doloribus ijs qui à craßis oriuntur humoribus utendum eſſet, nihil mirum à contrarijs lædi partes affectas. Quapropter ut aliquo certo indicio, craſſos eſſe in cauſa humores ut dolore afficiantur dentes, medicus deprehendat, iubet Hippoc. ut piper dentibus dolentibus probè adaptet: nam ſic fieri ut poſtridie craſſa defluant. Id quod ſi factum fuerit, tum manifeſtum erit dolorem prædictum non à tenuibus, ſed craßis potius humoribus prognatũ eſſe. Et exemplo quidem piperis latenter

etiam

A etiam inſinuat, curationē doloris dentium à frigidis humoribus facti, non per frigida, ſed contraria potius, & per ea quæ pituitam ex ore educere poſſunt medicamenta fieri debere. Adhibendum uero tum potiſſimum piper erit, ſi alia, hoc eſt, frigida medicamenta dolori non præualuerint. Nam cum interdum medico ex nocentibus in cauſæ cognitionē deueniendum ſit, certo certius ſit oportet, ubi frigida dolorem haud ſedarint, non à calidis, ſed frigidis magis procreatum iri dolorem. Hoc itaq; cum conſtiterit, citra omnē timorem calida adhibebit medicamenta. Vbi igitur frigida non profuere in dentium dolore, tum piper ac alia calida facultate prædita medicamenta, quæ pituitā euocare ualent, admouenda erunt. Quod autem frigida in prædictis doloribus non conferant, Hegeſippi exemplo monſtrat: hic enim cum dentium dolore à tenui ac calido humore procreato laboraſſet, à medicamentis ſoporiferis & frigidis nihil adiutus eſt, neq; enim doloribus præualuit, quod nimirū illos cogeret, ac partibus affectis impactos redderet, adeoq; factum ut dolor multo quàm antea maior ac uehementior factus ſit. Non prætereundū nobis erit, quod nos pro eo quod paſſim legitur ὀφῦος, ſubſtituerimus μυκτῆρος. Id enim ut faceremus, tum alia quædā quæ lubens prætereo, tum in primis locus ille qui alibi apud Hippocratē habetur, nobis perſuaſit, ubi ſic ſcriptum Quando adhibendum piper.

B reliquit: τὰ ἐντεθέντα εἰς τὴν τρίτην τοῖς πυρετήνωσιν, ἢν μὲν λυθῇ ἡ ὀδύνη παχέα κατὰ τοὺς μυκτῆρας ῥεῖ. ἢν δὲ μήτε ὀδύνη, μήτε ὁ πυρετὸς, λεπτὰ καὶ ἴσως πυῤῥώδεα, οἷον τὸ μὲν λεπτὸν Ἡγησίππῳ ἐν νύκτα προσθεμένῳ. hoc eſt: Si febricitantibus tertio die medicamenta impoſita dolorē ſoluerint, craſſa ex naribus fluunt. Si uero neq; dolor, neq; febris deſierit, tenuia & fortaſſis rubra promanabunt, ueluti ſanè Hegeſippo, cui ad noctem adpoſitum eſt medicamentū, tenue profluxit. Quibus ſanè uerbis idem ferè quod in enarrata iam à nobis ſententia inſinuare uidetur Hippocrates: & cum narium in iis & minime ſuperciliorū mentio fiat, meritò quoq; pro ὀφῦος reſtituendum eſſe μυκτῆρος aut ῥινὸς uiſum eſt: facilis enim de una in aliam dictionem tranſitus. Quod ſi tamen alicui ὀφῦος dictio placebit, à parte totum ut intelligat opus erit. 4.Epid.libro:

APHORISMVS XXVI.

Ex capite oſſium æſtimato naturam, dein neruorum, uenarum, carnium, & reliquorum, humorum, ſuperiorum ac inferiorum uentriculorum, mentis atque morum.

Rurſus docet Hippocrates à cerebri ac capitis cōſtitutione medico omnes alias corporis partes eſſe æſtimandas, quandoquidē capitis cōſtitutioni reliquæ quoq; corporis partes proportione reſpondeāt. Nam ſi hoc ipſum magnū fuerit, magna & ſpinalis medulla erit, cui deinceps uertebræ, thorax, dorſum

1.part.aph.2. & ſingula alia quæ ab ea oriuntur oſſa reſpondebunt, ſicut ſuprà abunde à C
Nerui. nobis monſtratum eſt. Neq; oſſa tantum, uerumetiam nerui à capitis conſtitutione æſtimandi ſunt, quod partim à cerebro, partim etiam à ſpinali medulla, quæ & ipſa originem habet à cerebro, procedant. Magna itaq; illa ſi fuerit, magni quoq; & robuſti nerui erunt.
Venæ. Venæ deniq; à capitis figura æſtimandæ, quod nimirum caput decenter magnum thoracis latitudo ſequatur: quo rurſus amplo exiſtente, & cor & iecur calidiora erunt. Caliditatē uero horum concomitari & arteriarum & uenarum latitudinē, nemo eſt qui ignorat. Hinc eſt quod Galenus lib. ij. de temper. ita ſcriptum reliquit: ὅσοι μὲν γὰρ εὐρυτέρας ἔχουσι τὰς φλέβας, θερμότεροι φύσει, ὅσοι δὲ στενοτέρας, ψυχρότεροι. τοῦ θερμοῦ γὰρ ἔργον εὐρύνειν τε καὶ διαφυσῆσαι πάντας. id eſt: Quibuſcunq; latiores uenæ ſunt, hi calidiores natura ſunt: quibus uero anguſtiores, frigidiores. Caloris nanq; opus eſt has dilatare, & diſcriminatim extendere. Idem quoq; Galenus cap. xxxvij. artis medicæ, iecur calidius latitudine uenarū cognoſci poſſe ait. Præterea carnium et aliorum muſculorū, ligamentorumq́;, humorum, uentriculorum ſuperiorum, cerebri ſcilicet, pectoris, & inferiorum uentriculi nimirum, ueſicæ, & aliarum id genus concauitatum, mentis deniq; & morum conſtitutionē ex capite æſtimare oportet.
Carnium. Carnium nanq; abundantiā, bonam capitis conſtitutionem ſequi neceſſe eſt, quod D ſcilicet thoracis latitudo capitis decentem magnitudinem concomitetur: latitudinem uero illius, cordis & iecinoris caliditas, quam concoctio atq; adeò boni ſanguinis copia, et hanc ipſam carniū abundantia, ut Galenus lib. ij. de temp. cap. v. monſtrauit, ſequatur oportet. Ligamenta quoq; & omnis neruoſa ſubſtantia boni ſit habitus, ac robur habeant intentum, ubi capitis figura cōcinna fuerit.
Humorum. Humorum inſuper bonitatem & prauitatem ex capitis figura æſtimare licebit, ſi orta ex illo, maxime thoracem, conſideres: hic enim ſi latus fuerit, calorem atq; adeò optimam in corpore fieri concoctionem portendet, quam neceſſariò humorum bonitas ſequitur.
Ventriculorum. Sic etiam omnium concauitatum corporis conſtitutionem ex capite æſtimabis, ubi eius figuram aſpexeris. Decenter enim magnum ſi fuerit, & ij quoq; decenti ac iuſta magnitudine præditi erunt.
Mentis. Pari ratione mentis conſtitutionē ex capitis figura dignoſcemus, quod decens eiuſdem figura ut plurimū prudentes, perinde atq; indecens, ſtultos denunciet.
ἰλ.β. Hinc eſt quod Homerus Therſitē illum impudentiſſimū ac omnium ſtolidiſſimū hominem, indecenti capitis figura præditum fuiſſe ſcribat. Deniq; cum thoracis latitudo et anguſtia capitis conſtitutionē ſequatur,
Morum. & huius rurſus cordis aut calor & frigus, facile ex illo mores deprehendere licebit. Frigido enim corde præditi mirum in modum timidi, & ſine audacia, ſegnesq́; ſunt. Teſtis Galenus, qui cap. xxx. artis medicæ ita ſcriptum reliquit:

A *liquit: τοσοῦτον μικρότερος ὁ θώραξ, ὅσον ἡ καρδία ψυχρότερος, οἱ τοιοῦτοι καὶ ἄτολμοι εἰσὶ καὶ λήθαργοι. quod eſt: Tanto thorax minor eſt, quanto cor frigidius. Tales autẽ timidi ſunt ac trepidi, & obliuioſi. Contrà calidũ quibus cor fuerit, ij, ut Gal. cap. xxxiij. libri iam citati inquit, εἰς τὰς πράξεις ἕτοιμοι, καὶ θυμικοὶ, καὶ ταχεῖς, καὶ τυραννικοὶ τοῖς ἤθεσι. hoc eſt, ad actiones prompti, iracundi, ſubiti, & moribus tyrannicis præditi erunt.*

APHORISMVS XXVII.

Conſideranda ea quæ per annum accidunt, qua anni parte fiant, tum etiam an citius quàm oporteat, ueluti exanthemata & eiuſmodi, haud aliter quàm ea quæ quotidie citius aut ſerius corripiunt.

Hac in dictione admonemur quo accurata diligentia ea quæ per annũ accidere ſolent conſideremus, qua nimirum anni parte eueniant: id enim per hæc uerba ὥρῃ τινὶ, innuere uoluit Hippocrates. Græcis ſiquidem ὧραι interdũ quatuor anni partes, uer ſcilicet, æſtas, autumnus, & hyems dicuntur. ὧραι. *Quapropter cum hic exanthematũ & reliquarum puſtularũ mentione pro exemplo uſus ſit Hippocrates, certum eſt illum de morbis qui ſtatis quibuſdam temporibus fiunt loqui, ac monere quo illos diligenter conſideremus, num ſcilicet quiſq; ſuo accidat tempore. Verbi gratia, ſi exanthemata, uere accidũt,*
B *nihil mali portendunt, quod hoc tempus illis alijsq; puſtulis ſit planè propriũ, quemadmodũ alibi Hippoc. monſtrauit. Quæ autem ſint exanthemata, diximus particula ij. cõm. xviij. Ita ſi febres æſtate, atræ biles autumno, morbi laterales hyeme accidant, nihil mirum, neq; malum aliquod indicant, quod* 3.aph.10. *quiſq; illorum hoc tempore potiſſimũ excitari ſoleat, ueluti ex loco iam citato Hippocratis ſcire cuiuis licebit. Si uero febris hyeme, morbus uero lateralis æſtate accidat, malum admodũ eſſe nemo eſt qui neſciat, quod eiuſmodi morbi ijs temporibus non ſine magna cauſa fieri ualeant. Conſiderandum uero non tantum quo quiſq; anni tempore fieri debeat morbus, ſed etiam num citius quàm oporteat eueniat. Verbi cauſa, ſi morbi uernales nondum exacta hyeme accidunt, indicant planè hyemem conſtitutionẽ ſuam non obſeruaſſe, ſed partim in ueris naturã tranſijſſe. Pari ratione ſi in uere æſtatis morbi eueniunt, liquidò conſtat uer in æſtatis naturam mutatũ eſſe. Non autem temerè eſt quod illa nobis conſideranda proponit Hippocrates: morbi enim qui tunc homines inuadunt, inconſtantes & mali iudicij exiſtunt, ſicuti alibi ijs mõſtrauit uerbis: ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖς ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι γίνονται αἱ νοῦσοι. ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. quod eſt: In temporibus conſtantibus ſi tempeſtiua tempeſtiue redduntur, morbi conſtantes, & iudicatu faciles fiunt. At in incõſtantibus, inconſtantes, & iudicatu difficiles. Hæc itaq; quæ diximus, medico* 3.aph.8.

haud aliter quàm ea quæ quotidie uel citius, aut tardius accidunt, conſideranda ſunt. Si igitur id quod ueſperi accidere debuit, cum manè euenit non negligimus, & è regione id quod mane accidit, ueſperi potius accidere debuiſſet, haud contemnimus, quod nimirum naturæ ac conſuetudinis immutationē quandam factam eſſe animaduertamus, non debemus quoq; ea quæ ſuis anni partibus non accidunt negligere, ſed accurata potius opera perſcrutari. C

APHORISMVS XXVIII.

Bilioſum ac ſanguineum corpus ubi perſpiratione caruerit, melancholicum fit.

Duplex atræ bilis generatio.

Part. 6. aph. 3.

Nihil aliud hac ſententia innuere uidetur Hippocrates, niſi duplicem atræ bilis generationem: unam ex flaua bile peraſſata, alteram uero ex ſanguine craſſo, quemadmodū ſuprà quoq; mōſtrauimus. Cum enim bilioſum corpus fuerit, & perſpirationē haud habuerit, neceſſe eſt ob prohibitā illam difflationē bilem flauam putreſcere ac ſuperaſſari, atq; adeò in atram bilem transmutari. Pari modo ſi ſanguinem in corpore excreſcere contigerit, & tranſpiratio ob cutis conſtrictionē, aut aliam quandam cauſam prohibita fuerit, putreſcit planè ſanguis, & fit atra bilis, maxime ſi calor immodicus fuerit, ut uidere licet apud Galenum lib. ij. de criſibus cap. xij. Animaduertendū autem perſpirationem nos id dixiſſe, quod Hippoc. ἀξεῤῥωσίαν, antiquus interpres extractionē: neq; enim aliud hac dictione ſignificare uidetur Hippocrates, q̄ id quod alij perſpirationē, difflationem, ſeu effluxum nominant. Deductum nanq; eſt à uerbo ἔῤῥω, quod euaneſco ſignificat, adeò ut cum in latenti perſpiratione ea quæ ex corpore noſtro exeunt, planè pereant & euaneſcāt, meritò eiuſmodi euaporatio ſeu difflatio Hippocrati ἀξεῤῥωσία dicta eſt. Caluus hanc dictionē perperàm cum ſuperiori cōiunxit, atq; ineptiſſime ἀξεῤῥωσίας, non ſatis uirium ſeu ualetudinis habentes, interpretatus eſt.

ἀξεῤῥωσία D

APHORISMVS XXIX.

Lycino poſtremum lien magnus factus, quarto aut quinto die iterum dolere cœpit.

Parum fructus ex hac ſententia ad lectorem redire poteſt, quod mutila prorſus ſit: ſibi enim memoriæ duntaxat cauſa hāc ipſam annotauit Hippoc. Poteſt tamen ex alia quadam ſententia, quæ in quarto Epidemiωn libro ijs conſcripta eſt uerbis, compleri: ἐν Κράνωνι Λυκίνῳ γραμματικῷ ἐκ πυρετοῦ χολώδεος ἤδη σπληνὸς βαρύτης ἐκέρχα κἢ σπλῆνα, ἐν χείλεσι ἀμφοτέροισιν ἕλκεα, ἔνδοθεν στρογγύλα σμικρά, ἔπειτα καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ᾽ ἴξιν σμικρὸν ἐῤῥύη. *quod eſt: In Cranone Lycino grammatico ex febre bilioſa lienis grauitas facta eſt, inq; liene murmur ac ſtrepitus erat, in utriſq; labijs intus ulcera parua & rotunda, deinceps ſanguis modicus ex*

nare

A *nare, quæ è directo lienis eſt, profluxit. Ex quibus ſanè uerbis ſatis conſtat, morbum iam dictum per modicum illum ſanguinis ex naribus profluuium non eſſe integre iudicatũ, ideoq́; nihil mirum ſi quarto aut quinto die potius poſt ſanguinis eruptionem dolor lienis reuerſus ſit.*

PARTICVLAE SEXTAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA SEPTIMA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

CIrca hyberna ſolſtitia, decimoquinto uel uigeſimo die, ex crebra auſtralium & aquilonarium uentorum niuoſorumq́ temporũ mutatione, tuſſes cœperunt. Quædam ſanè illarum breuiores, quædam uero longiores fuerunt. Frequentes quoq; poſt has pulmonis inflãmationes acciderunt. Ante nimirũ æquinoctiũ quamplurimis reuertebantur, idq́ magna ex parte quadrageſimo ab
B initio ſolſtitij die. Et ijs quidem breues admodum, & iudicatu faciles euenerunt, alijs uero fauces inflammabantur, nonnullis anginæ, quibuſdam etiam reſolutiones, aliquibus uero nocturnę cęcitudines, pueris potiſſimũ, accidebant. Pulmonis autem inflammationes ualde breues fuerunt. Fauciũ inflammationes ſtatim certe tuſſientibus pro tuſſi fiebant: hæq́ breues fuerunt, magis uero nocturnæ cæcitudines. Anginæ & reſolutiones duræ & ſiccæ, aut modicæ & raro matura excreantes. Quibuſdam autem ualde excreare contigit. Qui utiq; uel uoce plus defatigati ſunt, uel rigore correpti ſunt, his in anginas potiſſimũ tuſſes finierunt. Qui uero manibus laborabant, manibus tantum reſoluti ſunt. Qui equitarunt, aut plurimum itineris confecerunt, aut aliàs cruribus defatigati ſunt, ijs in lumbis uel cruribus incontinentes reſolutiones, in femoribus uero & ſuris laſſitudo & dolor fiebant. Duriſſimæ autem ac uehementiſſimæ quæ ad reſolutionẽ deducebant tuſſes. Hæc quidem omnia in recidiua contingebant, per exordia uero non admodũ. Plurimos horũ tuſſes in medio morbi tempore deſtituerũt, perfectè tamen haud reliquerunt, ſed cum recidiua affuerunt. Quibus uoces ob tuſſim perierunt, horum plurimi citra febrem fuerunt, nonnulli uero breui ſaltem tempore. Cæterum nulli illorum pulmonis inflãmationes, neque reſolutiones etiam euenerunt, ſed neq; aliud quicq̃ manifeſtatum eſt, at in ſola uoce iudicatus eſt morbus. Nocturnę cæcitudines firmabant̃, ut quæ ex alia cauſa factæ fuerunt. Pueris tamen

maxime acciderunt. Nigrũ quod in oculis eſt uariebatur, eorum præſertim qui exiguas pupillas habebant. Magna uero ex parte oculus totus niger erat, potiſſimum ijs quibus magni erant oculi, & capilli recti: plurimi quoque horum nigros obtinebant capillos. C

Hac in dictione Hippocrates uerè epidemium ſeu populariter uagantem morbũ deſcribit, nomen tamen loci in quo is accidit prorſus reticet. In Thraciæ tamen oppido aliquo, quandoquidem niualium conſtitutionum mentio fit,
Solſtitium hybernum quando. *illum euenisse uerisimile eſt. Morbus autẽ is erat. Circa hyberna ſolſtitia, die uidelicet decimoquinto uel uigeſimo poſtquã ſol Capricorni ſignũ ſubijſſet,*
Morbi cauſa. *tuſſes cœperunt. Cauſa eius morbi fuit crebra auſtraliũ, aquilonariumq́; uentorum, & niuoſarum conſtitutionum temporis mutatio. Solet enim eiuſmodi uentorum temporisq́; immutatio nõ raro parere morbos, quemadmodũ alibi*
3.aph.1. *ſic ſcribens teſtatus eſt:* αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα. καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταβολαὶ, ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος, καὶ τἆλλα κατὰ τὸν λόγον οὕτως. *hoc eſt: Temporum mutationes potiſſimũ pariunt morbos. In quibuſdam quoq́; temporibus magnæ mutationes aut frigoris, aut æſtus, & alia pro ratione eodem modo. Quod uero prædicta immu-*
Tuſſis cauſa. *tatio tuſſim maxime procreauerit, hoc nomine accidit. Auſtri ſiquidem cum calidi & humidi ſint, caput & ſenſuum inſtrumenta plurimum humectarunt:* D *quibus tandem aquilonia accedente conſtitutione, quæ nimirum frigida & ſicca eſt, in unum ueluti coactis, & ſpongiæ quodammodo inſtar compreſſis, illorum humiditas deſtillans in partes pectoris decubuit, atq́; adeò tuſſim excitauit. Tuſſes tamen illæ in quibuſdam breuiore, in quibuſdã etiã longiore durauerunt tempore, iuxta nimirum humoris ex capite deſtillantis multitudinẽ aut paucitatẽ. Tuſſes illas frequentes pulmonis inflammationes, humoribus uidelicet noxijs ad pulmonẽ translatis, ſubſecutæ ſunt. Cæterum ante uernum*
Aequinoctiũ uernum. *æquinoctium, ſole iam Arietem ſubeunte, tuſſes quæ deſiere iterum reuertebantur, idq́; ut plurimũ die xl. ab initio hyberni ſolſtitij factum eſt. Nonnullis autem breues admodum, & iudicatu faciles tuſſes, ob modicas ſcilicet ex priore morbo relictas reliquias acciderunt. Quibuſdam fauces etiam, ob humorum ex capite huc ſtillantiũ caliditatẽ, inflãmatæ ſunt. Nonnullis etiã hac ratione anginæ fiebant, hæ ſcilicet quæ inflãmationes ſunt interiorũ gutturis*
κυνάγχαι. *muſculorũ, & ab Hippocrate Græcisq́; alijs* κυνάγχαι *dicuntur. Nõnul-*
παραπληγίαι. *lis uero partiũ corporis reſolutiones,* παραπληγίας καὶ παραπληξίας *nominãt Græci, ubi nimirum humorũ impetus & defluxus in partes aliquas peculiares irruerat, acciderunt. Has dictiones, ut obiter moneã, Caluus perperàm comitialia & ſyderationes interpretatus eſt, ſicut cuiuis patẽre arbitror. Porrò quibus humores noxij ad oculos decumbebant, ijs nocturnæ cæcitudines,*

A *nes, νυκτάλωπας Græci appellant, euenerunt. Alij hoc morbi genere cor- reptos luſcioſos & nuſcitioſos, ut in cap. lxi. Cõpendij noſtri diximus, uocant. Id autem Hippocratem per νυκτάλωπας intelligere in primis Galenus in libro de interpretatione antiquorum nominũ Hippocratis teſtatur, ſic ſcri- bens: νυκτάλωπες οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί. quod eſt: Luſcioſi ſunt qui nocte nihil uident. Pueris uero hoc malum potiſsimum, ob immodicam craſſorum hu morum copiã, accidit, cum aliàs, teſte Aetio lib. vij. cap. xlvi. is morbus pro- pter humorum craſsitudinem fieri conſueuerit. Pulmonis inflammationes ſi quæ factæ ſunt, non diu durauerunt, quod morbi reliquiæ ad pulmonem deflu- xæ paucæ fuerint. Fauciũ autẽ inflãmationes tuſsientibus ſtatim euenerunt, breuesq́ fuerunt, multo tamen iis breuiores nocturnæ cæcitudines fuerunt. Anginæ porrò & reſolutio duræ, hoc eſt, graues fuerunt, & ſiccæ. Quæ- cunq; enim angina grauis erat, hæc quoq; ſicca fuit, hoc eſt, parũ in ea excrea batur. Quæ uero mediocris, in ea matura excreata ſunt, at raro. Cõtigit ta- men quibuſdam ut admodum matura excreauerint. Quod ad reſolutiones partium ſpectat, qui plus uoce defatigati ſunt, id eſt, quibus uox per tuſsim læſa eſt, uel rigore correpti ſunt, hoc eſt, qui ab aquilonari conſtitutione impenſius refrigerati ſunt, his tuſſes in anginas tranſierunt. Qui uero mani*
B *bus laborauerunt, ijs manuum reſolutiones acciderunt. Qui autẽ equitatione uſi ſunt, aut plurimum itineris confecerunt, atq; adeò crura defatigarunt, ijs in lumbis uel cruribus ac alijs partibus nimio itineris aut equitationis labore defatigatis, reſolutiones factæ ſunt. Solẽt enim noxij humores ad partes eas quæ nimio labore tam ante, quàm poſt morbum defatigantur, decumbere. Id quod alibi quoq; ijs uerbis teſtatus eſt Hippocrates:* ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοι- 4. aph. 32.
σιν ἐκ τῶν νούσων ἤν τι πονέσῃ, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται. ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.
quod eſt: Quibuſcunq; ex morbis conualeſcentibus pars aliqua corporis la- bore uexata eſt, hic abſceſſus fiunt. Quin etiã ſi antequam ægrotaſſent par- te aliqua perdoluerunt, hic morbus firmatur. Duriſsimæ præterea ac gra- uiſsimæ tuſſes erant, quæ ad reſolutiones partium corporis finiebant. Cæte- rum omnia hæc quæ dicta ſunt, in tuſsis recidiua, quæ circa æquinoctiũ uernũ facta eſt, cõtigere. Per morbi uero exordia, pauca admodũ ex illis acciderũt. Plurimi tamen qui tuſsi corripiebantur, in medio morbi tempore ab illa libe rati ſunt, at nõ integre: remanſerunt enim aliquot morbi reliquiæ: hinc factum ut recidiuæ tempore tuſsis reuerſa ſit. Quibus ob tuſsim uoces periere, hi fer mè omnes febre carebant: & ſi quos inuaſit, non niſi breui tempore detinuit. Quid multa? qui uocem amiſerunt, illis neq; pulmonis inflammationes, neq; partiũ reſolutiones acciderũt, ſed in ſola uocis amiſsione iudicatus eſt morbus.

Margin notes: νυκτάλωψ. — Luſcioſi.

Nocturnæ cæcitudines firmatæ ſunt, & non facile ceſſarunt, ut quæ ex alia C
cauſa, nimirum naturali humorum ac tunicarum oculi craßitudine, generatæ erant, quam aquilonaris conſtitutio ſua frigiditate oculis penitus immerſit, ac prorſus impegit. Pueris autem, qui eiuſmodi humoribus præ cæteris ætatibus magis abundabant, potiſſimũ nocturnæ cæcitudines acciderunt. Quod uero ob dictam cauſam nocturnæ cæcitudines euenerint, indicijs aliquot in oculis repertis monſtrat. Oculorum nanq; nigra uaria fuerunt, præſertim ijs qui exiguas pupillas habebant. Totus quoq; oculus magna ex parte niger fuit, ijs potißimum qui magnis oculis prediti erant. Quibus utiq; uerbis ſatis indicat, temperamentũ oculorũ in his pueris qui nocturna cæcitudine correpti ſunt, humidum fuiſſe. Nemo enim eſt qui neſciat nigredinem, ac magnitudinem oculorum, nimiam illorum humiditatem portendere, maxime uero
Paruitas pupillæ *pupillarũ paruitatem, quæ nulla alia ratione, niſi quia multum humidum illuc fertur, accidere ſolet. Quod uero inquit illis quoq; capillos rectos fuiſſe, argumento eſt illorum temperamentum natura humidum ac frigidum extitiſſe: talis enim temperaturæ homines capillos habere rectos oſtẽdit Galenus lib. ij. de temp. cap. vi. & xv. artis medicæ. Per hæc autem uerba, plurimi horum nigros obtinuerunt capillos, indicat nonnullos etiam qui diuerſo temperamento præditi fuerunt, cæcitudini nocturna correptos eſſe.* D

APHORISMVS II.

Mulieres haud ſimiliter uiris à tuſſi afficiebantur, paucæ quoque febricitabant, hisq; multo pauciores ad pulmonis inflammationẽ deueniebant, & ipſæ quidẽ ſeniores, cunctæq; euadebant. Cauſabar quod non perinde atq; uiri exirent, & quia haudquaquam ut uiri morbis corriperentur. Anginæ tamen duabus liberis accidebant, & hæ ſanè leniſſimæ. Ancillis frequentius euenerunt, & quibus uehementiſſimæ erant, illæ etiam celerrime moriebantur. Pluribus quoq; uiris acciderunt, quorum hi quidem euadebant, alij uero peribant. In ſumma, ijs qui duntaxat non poterant deglutire, lenes admodum & facile tolerabiles factæ ſunt: qui uero ad hæc obſcurius loquebantur, ijs moleſtiores & diuturniores euenerunt. Malum deniq; erat ſi quibus uenæ quæ circa tempora & ceruicem ſunt intumuerunt: peſſimũ quibus ſpiratio in ſublime ferebatur, hi enim incaleſcebant. Quemadmodum iam ſcriptum eſt, ſic ſanè affectuum ſe habuerunt conſortia. Qui primum ſcripti ſunt, ſine ijs qui poſterius ſcripti ſunt fiebant: at qui poſterius, non ſine ijs qui prius. Citiſſime moriebãtur ubi rigore febrili cõcuſſi eſſent: his neq; reprimentia medicamenta, neq; uentris perturbatio, neque uenæ ſectio, neq; etiam quęcunq; alia quę tentaui, alicuius momenti auxilium attulere. Secui quoq; uenã ſub lingua, & è ſupernis purgaui. Hæc quidem omnino in æſtate facta ſunt, perinde atq; alia multa quæ proruperunt.

A rupęrunt. Primum quidem per ſiccitates lippitudines dolorificę popu lariter uagabantur.

Hanc dictionem priori cohærentem ſeorſim duplici ratione collocare uolui mus. Primum, ne prolixior iuſto fieret totius rei narratio. Dein quod hic etiam mulierum, in priore uero uirorum duntaxat mentio fiat. Mulieribus itaque quæ in prædicta conſtitutione acciderint, in præſentia refert, illasq́ haud ſimiliter uiris tuſſi correptas eſſe ait. Paucas quoq́ fuiſſe quæ febre, pulmonisq́ inflammatione affectæ fuerunt, & eas non niſi ſeniores, cunctasq́ euaſiſſe addit. Cuius quidem rei duplicem cauſam affert: unam, quod non æque ut uiri exiſſent mulieres, atq́ adeò non æque ut uiri ab aere ipſo immutatæ & affectæ fuerint: alteram, quod haud eo quo uiri modo morbis corriperentur. Expurgatur enim ſtato quouis tempore per menſtruorum eruptiones illarum corpus, adeò ut nihil mirum ſit ubi ea rectè proceſſerit purgatio, ſi minus quàm uiri morbis prædictis tententur. Tuſſes itaque & peripneumoniæ, expurgatis nimirum per purgationes menſtruas ſuperuacuis, iis minus factæ ſunt: ſi quas tamen inuaſere, hæ certe ſeniores, in quibus ſcilicet menſtrua purgatio ſuppreſſa fuit, & imbecilles admodum erant. Omnes autem qui domi ſe continuere, illæ morbos iam dictos euaſere, præter li-
B *beras duas, quæ etſi ut ſeruæ & ancillæ non egrederentur, ab angina tamen nihilominus correptæ ſunt, quæ ἐπιεικεστάτη, id eſt, leniſſima fuit, quod non ualde ab aeris mutatione affectæ ſint. Ancillis contrà, quod non raro egrediebantur frequentes, eædemq́ uehementiſſimæ anginæ, & quæ celerrime enecabant, acciderunt. Hinc diſcendum nobis erit, in peſtilenti aere non eſſe præſentius remedium, quàm ut procul ab illo fugiamus. Ideoq́ meritas pœnas luunt, qui ſeſe huic temerè committant. Hactenus de mulieribus Hippocrates diſſerere uoluit, nunc ad uiros rurſus reuertitur, dicens: Viros multos, quod aſſiduò exirent, anginæ inuaſerunt, quorum aliqui ſanè euadebant, aliqui uero moriebantur. Lenes quibus erant anginæ & faciles toleratu, ij deglutire tantummodo non probè poterant, quod nimirũ in fauces humorum noxiorum fluxio decubuerat. Quibus uero magis moleſtæ ac diuturnæ anginæ factæ ſunt, ij non ſolum non probè deglutire, uerumetiam ne loqui quidem, niſi obſcure & difficulter, potuerunt, quod nimirum humorum defluxus, atq́ adeò inflãmatio, neq́ tamẽ admodum uehemens circa gutturis, quod præcipuum uocis inſtrumentum eſt, internos muſculos fuerit. Hac quoq́ ratione factum eſt, ut uenæ temporum & ceruicis in tumorem ſublatæ ſint, ob nimiam ſcilicet humorũ fluxionem. Et hæ quidem duæ anginæ ſpecies minus exitioſæ fuere. Omnium autem peſſima fuit, in qua ſpiritus in ſublime ferebatur, hoc eſt, in qua ſpiritus uix & non niſi erecto collo trahebatur. Cum*

Cur mulieres quędam uiris minus ęgrotent.

Peſtilẽs aer procul fugiendus.

Lenes anginæ.

Moleſtiores & magis exitioſæ.

Anginæ peſſima

enim angina uehementiſſima fuerit, per anguſtum ſpiritui, propter nimirum C
corporũ circumuenientiũ inflammationẽ, tranſitus erat, ideoq́; erigere collum quo ſenſim diſpeſcerent meatum coacti ſunt. Eo autem difficilius etiam ſpiritum traxerũt, quod interiora corporis, cor præſertim & pulmo, ſupra modũ incaluerint. Has tres anginæ ſpecies Hippocrates ordine quodã alibi quoq;, primum exitioſiſſimam, deinceps peiorem, tertio uero loco mitiorem, ijs uer-
1.preſag.18. bis deſcripſit: αἱ δὲ κυνάγχαι δεινόταται μὲν εἰσι καὶ τάχιστα ἀναιροῦσιν, ὁκόσαι μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔκδηλον ποιέουσι, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι. πλεῖστον δὲ πόνον παρέχουσι, καὶ ὀρθόπνοιαν, αὗται γὰρ καὶ αὐθημερὸν ἀποπνίγουσι, καὶ δευτεραῖαι, καὶ τριταῖαι, καὶ τεταρταῖαι. ὅσαι δὲ τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίως πόνον παρέχουσιν, ἐπαίρονται δὲ καὶ ἐρυθήματα ἐν τῇ φάρυγγι ποιέουσιν, ὀλέθριαι μὲν κάρτα. χρονιώτεραι δὲ μᾶλλον τῶν πρόσθεν, ἢν τὸ ἐρύθημα μέγα γίνηται. ὁκόσοισι δὲ ξυνεξερυθαίνει ἡ φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν, αὗται δὲ χρονιώτεραι, καὶ μάλιστα ἐξ αὐτέων τινὲς περιφεύγουσιν, ἢν ὅτε αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος ἐρύθημα ἔχῃ, καὶ μὴ παλινδρομέῃ τὸ ἐρυσίπελας εἴσω. quod eſt: Angina grauiſſima eſt, & celerrime interimit quæcunq; nec in faucibus, nec in ceruice conſpicuum aliquod efficit. Plurimum uero doloris infert, ac ſpirationis uehementẽ difficultatem. Hæc enim eodem die, & ſecundo, & tertio, & quarto ſtrangulat. Quæcunq; uero in reliquis D
quidem ſimiliter dolore afficit, in tumorem autem attollitur, & in faucibus ruborem efficit, admodum exitioſa, ſed paulò longior quàm prior eſt, præcipue ſi uehemens rubor fuerit. Si uero quibus fauces & ceruix impendiò rubuerint, hæc diuturnior eſt: maxime autem ex ea nonnulli euadunt, ubi rubor ſimul & ceruicem & pectus comprehendat, neq; ad interna eryſipelas recurrat. Secundam quoq; ſpeciem minus pernicioſam lib. ij. Epid. ſect. ij. ijs notauit Hippocrates uerbis: γλώττας οὐ ῥηϊδίως στρέφοντες, ἀλλὰ μείζων τε αὐτέοις ἐδόκεεν εἶναι καὶ προπετεστέρη, καὶ ὑπὸ τῇ γλώσσῃ φλέβες ἐκφανέες. καταπίνειν δ' οὐκ ἠδύναντο, ἢ πάνυ χαλεπῶς, ἀλλ' ἐς τὰς ῥῖνας ἐξέφυγεν εἰ πάνυ ἐβιῶντο, καὶ διὰ ῥινῶν διελέγοντο. πνεῦμα δὲ τούτοισιν οὐ πάνυ μετέωρον. ἔστι δ' οἷσιν καὶ φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισιν καὶ ἐν κεφαλῇσιν καὶ αὐχένι ἐπηρμέναι. hoc eſt: Linguam difficulter mouebant, quinetiã maior ipſis & exerta eſſe uidebatur. Venæ ſub lingua conſpicuæ. Deglutire non poterant, aut difficulter admodum: & ſi ui quadam deglutire conabantur, tum ad nares tendebat. Per nares quoq; loquebantur. Spiratio illis nõ ualde ſublimis fuit. Nõnullis uero cõtigit ut ijs uenæ capitis, temporũ & ceruicis intumeſcerent. Inſuper in ea dictionis parte, in qua primam eamq́; leniſſimam anginæ ſpeciem deſcribit Hippocrates, ita legendum erit, οὐ δυνάμενοι καταπίνειν, id quod pulchre ex ſerie orationis, & ue-

teris

A *teris interpretis conuerſione liquet. οὗ tamen dictio in Aſulano codice deſideratur. Hactenus tres eſſe Hippocrati, quas hic & alibi deſcripſit, anginæ ſpecies demonſtrauimus, idq; fortaſſis pluribus quàm neceſſe eſſe pleriſq; uideatur. Sed non ab re factum ſciant, cum conſtet paucis hodie medicis, Auicenniſtis potiſsimũ illis, hominibus rudibus & indoctis, eaſdem probè perſpectas eſſe. Pergit Hippocrates in præſenti dictione, affectuũ inter ſe conſortia ſeu cõiunctiones, quas συγκλινείας uocat, deſcribere & indicare, ſic dicens: Affectus qui primũ in dictione enumerati ſunt, ſicut ſunt tuſſes, ij ſine poſterioribus, angina nimirum, pulmonis inflammatione, & alijs antea nominatis, fuerunt. At nullus poſteriorũ, niſi prius proceſsiſſent tuſſes, accidit. Hi deniq; citiſsime moriebantur qui rigore corripiebantur, quod ſcilicet imbecilles iam diutino morbo ægri, agitationem ac concuſsionem rigoris ferre non poſſent, & ab euacuatione, quæ rigorem ſubſequitur, prorſus diſſoluebantur. Atq; hinc eſt quod alibi dixerit Hippocrates: ἢν ῥῖγος ἐμπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον. quod eſt: Si rigor accidat febre nõ intermittente, ægro iam debili, letale eſt. Poſt hæc curandi methodum, qua in ijs morbis, angina potiſsimum, uſus ſit, edifferit. Medicamenta reprimentia illis nihil profuiſſe inquit, quæ tamen ſi gargariſmis miſceantur, multum in angina conferre ſolent.* 4. aph. 46.

B *Vſus eſt autem eleganti metaphora Hippocrates, humores ἀναστάσει πιεζομένους, hoc eſt, expulſione è ſedibus ſuis repreſſos eſſe dicens. Quemadmodum enim contingit exercitum unum ab altero ſuis pelli ſedibus, ſic quoque humorum impetus ad aliquam corporis particulã factus, à medicamentis reprimentibus expellitur, & ab affectis locis ac ſedibus, in alias truditur. Cum igitur ἀνάστασις hoc loci non ſit aliud quàm è ſedibus expulſio, uehementer errauit Caluus, qui ἀναστάσει dictionem pro ſurrectione ad ſellam interpretatus eſt. Verùm ſiquidem ſi hæc interpretatio eſſet, temerè paulò poſt perturbationis uentris mentionem feciſſet Hippocrates. Neq; uero reprimentia medicamenta duntaxat, ſed nec uenæ ſectio, neq; purgatio, neq; quicquam aliorum medicamentorum alicuius momenti auxilium contulere. Nihil profuit deniq; eius uenæ quæ ſub lingua eſt ſectio, neq; ea quæ per ſuperiora caput purgant, ut ſunt ſternutamenta, apophlegmatiſmi, & ijs ſimilia. Tempus uero in quo ſingula iam dicta euenerunt, æſtiuum fuit. Si enim circa uernum æquinoctium recidiua facta eſt, duraſſe morbum uſq; ad æſtiuũ ſolſtitiũ uériſimile exiſtit. Præter autem dictos affectus multæ quoq; puſtulæ in corpore factæ ſunt, id quod ijs uerbis innuit, Multa alia ex corpore eruperant. Omnium tamen primum in hoc tempore ſicco & æſtiuo lippitudines dolorem excitantes paſſim multos occupabant. Cuius equidem affectus hyemis auſtrina, uerisq; aquilonia conſtitutio cauſa* ἀνάστασις.

3.aph.12. *fuit, id quod alibi iis uerbis confirmat Hippoc.* ἢν νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. C *id eſt: Si hyems auſtrina & pluuia, uer autem ſiccum & aquilonium fuerit,* Siccæ lippitudines. *tunc lippitudines aridæ fiunt. Siccas autem lippitudines nominat, quæ ſunt ſine fluxione. Par. uero eſt ut in frigida & ſicca conſtitutione, quæ calidam & humidam excipit, eiuſmodi fiant lippitudines. Caput enim ob humidã & calidam auſtrinam conſtitutionem humoribus multis repletum fuit, quos deinces ſuperueniens frigida conſtitutio, ueluti manus quædam externa capiens & premens, perinde atque ex ſpongia quadam expreſſit. Hi uero ad oculos delati, lippitudinẽ effecerunt. Cum uero ob ambientis aeris & frigiditatem & ſiccitatem, exteriorem corporis undiquaq; ſuperficiem denſautes, nihil ex oculis efflueret, magnum intus humorum copia tenſionem procreauit, quam dolor ut ſecutus ſit neceſſe fuit.*

APHORISMUS III.

ʻSanguinem è uenis & arterijs promanantem ſiſtunt animi deliquium, figura aliò tendens, interceptio, linamenti in orbem conuolutio, appoſitio, & deligatura.

Elegantiſſima hæc & modis omnibus neceſſaria eſt Hippocratis ſententia, in qua perdocet quibus rationibus ſanguinis è uenis et arterijs profluuiũ D Sex ſiſtendi ſanguinis rationes. *ſiſtendum ſit. Sex autem in uniuerſum* αἵματος στάσιες, *id eſt, ſanguinis ſiſtendi rationes affert, quæ diligenter à medico perdiſcendæ ſunt, ut iiſdem ſuo* στάσις. *tempore uti queat. Quum uero* στάσις *Græcis nihil aliud ſit, Galeno lib. iiij. de rat. uict. in morb. acut. cõm. xxij. teſte, niſi* ἀκινησία, *id eſt, immobilitas, ſeu ſiſtendi ratio, inſcite Caluũ diſtentionẽ interpretatũ eſſe conſtat. Miror autem illum ignoraſſe genuinã eius dictionis ſignificationẽ, cum tamen paſſim* σταλτικὰ medicamenta. *apud Galenum & alios græcos,* σταλτικὰ *medicamenta dicantur ea quæ ſiſtendi facultate prædita ſunt. Cæterum prima ratio quæ ſanguinem è uaſis* Animi deliquiũ. *antea dictis profluentem ſiſtit, eſt animi deliquium,* λειποθυμίαν *Græci uocant: ea enim habitum totius corporis infrigidat, ſanguinemq; immobilem facit, & ad interna reuocat. Hinc eſt quod lib. v. ther. meth. Galenus ita ſcriptum reliquerit:* ἐπιῤῥεῖν μὲν κωλύεται τὸ αἷμα διά τε λειποθυμίας. *hoc eſt: Fluere ſanguis & propter animi deliquium prohibetur. Altera ſi-* Figura aliò tendens. *ſtendi ſanguinem ratio, eſt figura aliò tendens ſeu ſpectans: quæ nulla alia eſt, niſi ubi ſitus partis ex qua profluit ſanguis, ſurſum & in contrariũ fluxionis tendit: id quod ſi contingat, nihil mirum ſanguinem in contrariam ſui motus partem impelli. Proinde Galenus loco iam citato, ubi ex profeſſo ſanguinis ſiſtendi rationem tractat, haud temerè monuit eum partis ſitum diligenter à medico eſſe obſeruandum, ſic ſcribens:* ἔξωθεν δὲ τῶν εἰρημένων ἁπάν-

των

A τῶν αἱμοῤῥαγιῶν βοηθημάτων ἐστὶ τὸ ἐπιτήδειον σχῆμα τοῦ τετρωμένου μορίου. ἐπιτήδειον δὲ γίνεται δυοῖν τούτοιν ἐχόμενον σκοποῖν, ἀνωδυνίας τε καὶ ἀνάῤῥοπον. εἰ δ' ἤτοι κατάῤῥοπον ἢ ἀδυνῶδες γίγνοιτο, καὶ τὰς οὐκ οὔσας αἱμοῤῥαγίας ἐργάζεται, μή τοι γε δὴ τὰς οὔσας οὐ παύσει. quod eſt: Præter omnia iam dicta inter profluuij ſanguinis remedia cenſetur & cõueniens uulneratæ partis ſitus. Fit uero cõueniens ſi geminos hos ſcopos habuerit, nempe ut dolore careat pars, & ſurſum ſpectet. Si uero deorſum tendat uel doleat, nõ ſolum præſens profluuiũ non ſiſtet, uerumetiã ſi non ſit efficiet. Et paulò poſt: δεῖ ἀνάῤῥοπον ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους φυλάττεσθαι τὸ μόριον. id eſt: Oportet ab initio uſq; ad finẽ particulã ſurſum reſpicientẽ ſeruare. Tertia ratio qua ſanguis ſiſtitur eſt interceptio, quam ἀπόληψις nominat, & uenarũ & arteriarũ. Interceptio.
Quid autem hoc nomine apud Hippocratẽ intelligendũ ſit in uenis, explicat Galenus lib. iiij. de rat. uict. acut. morb. cõm. xx. ijs uerbis: ἀπολήψεις φλεβῶν ὠνόμασεν τὰς πληρώσεις τῶν φλεβῶν ὑπὸ πλήθους γινομένας. quod eſt: Venarũ interceptiones appellat impletiones quæ à multitudine exoriuntur. Et in libro de bono corporis habitu, ſic ſcribens: ἀπολήψεις φλεβῶν τὰς ὑπερπληρώσεις εἶπεν, ἐπειδὰν ἀποῤῥῶσιν εἰς ἀνάψυξιν διαπνοῆς. id eſt: Interceptiones plenitudines dixit, cum uidelicet uenæ perſpiratu nullo refri-
B gerantur. Quid uero in arterijs, idem Galenus libro de morborum cauſis ijs uerbis monſtrat: ἐπειδὰν ἀποληφθῶσιν αἱ κατὰ τὸ ζῶον ἀρτηρίαι, τοῦτ' ἔστιν οὕτω πληρωθῶσιν αἵματος, ὡς μηδεμίαν ἔτι κενὴν ἀπολείπεσθαι χώραν ἐν αὐταῖς, ἣν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα ἐπισπᾶν δυνήσονται, καταπνίγεται μὲν ἐν τῷδε καὶ σβέννυται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἀκίνητοι δὲ καὶ ἀναίσθητοι διὰ ταχέων οἱ οὕτω παθόντες ὅλῳ τῷ σώματι γίγνονται. quod eſt: Vbi arteriæ in animante intercipiuntur, hoc eſt, adeò implentur ſanguine ut nullum in ipſis ſuperſit uacuum ſpatium, in quod inter dilatandum externum aerem illicere queant, tum innatus calor præfocatur & extinguitur, & eorum qui ſic afficiuntur corpora, ſubitò mouendi ſentiendiq; facultate priuantur. Nihil autem mirum uaſa uenarum & arteriarũ ſic ſupra modum repleta ſanguinem haud fundere: idem enim contingit in his, quod in alijs uaſis liquore aliquo refertis accidere ſolet. Hæc enim cum obturata aerem ſuſcipere non poſſint, utcunq; etiam illa terebro perforaueris, nihil liquoris emittunt. Quarta ſanguinis ſiſtendi ratio fit per linamenta ipſa quæ Linamenta.
in orbem conuoluuntur, uulneriq; intruduntur. Cum uero quinq; ſint linamentorum genera, hic de primo loquitur Hippocrates, quod à torquendo Latinis tortile, Græcis autem ϛρεπτὸν dicitur. Secundũ à radendo, raſile, Græcis uero ξυσὸν nominatur. Tertium à diſcerptione filatim facta, diſcerptum filatim, Græcis τιλτὸν uocatur. Quartum à funiculorum in lucernis ſimili- Linamentorum genera quinq;.

tudine, funiculare, Græcis ἐλυχνωτόν. Quintum à genitalis humani forma C
priapiſcum, Græcis πελεπισκωτὸν appellatur. Et hactenus quidem lina-
mentorum genera explicuimus. Quinta ratio qua ſanguinem reſtringimus,
Appoſitio. *eſt medicamentorum quæ oſcula uaſorum obſtruere poſſunt appoſitio: de qua*
Galenus lib. v. de curandi ratione in hunc ſcribit modum: ἐμφαγήσεται δὲ
τὸ στόμιον ὑπό τε τῶν ἔξωθεν ἐπιβαλλομένων αὐτῷ, δύναται δὲ ἐπιβάλ-
λεσθαι τά τε περικείμενα σαρκώδη, καὶ τὸ δέρμα κατ' ἐνίας φύσεις, ὅσα θ'
ἡμεῖς ἐπιτεχνώμεθα. ταῦτα δ' ἐστὶν οἵ τε καλούμενοι μοτοὶ, καὶ τῶν φαρ-
μάκων ὅσα τ' ἐμπλάσσει, γλίσχρα καὶ παχέα ταῖς οὐσίαις ὄντα. *quod eſt:*
Obſtructur uaſis oſculũ ijs quæ foris illi imponuntur. Poſſunt autem imponi
tum carnoſæ quæ circa ulcus ſunt partes, tum in nonnullis uulneribus ipſa cu-
tis, & quæcunq; illi comminiſcimur. Ea ſunt uocata linamenta, & quæcunq;
medicamenta quæ ex lenta craſſaq; ſubſtantia conſiſtunt, & meatus quibus
Deligatura. *illita tenaciter inhærẽt, obſtruunt. Sexta ratio ſanguinẽ ſiſtens eſt deligatura,*
ἐπίδεσιν *nominat Hippoc. de qua Galenus loco iam ante citato ſic tradit:*
τούτου δ' ἐστὶ τοῦ γένους καὶ ἡ ἐπίδεσις, καὶ τοί γ' οὐ κατὰ κύκλον τὸ ἀγ-
γεῖον περιλαμβάνουσα, καθάπερ ὁ βρόχος, ἀλλὰ τῷ συνάγειν τέ πως ἐκ
μέρους τὰ διεστῶτα χείλη τοῦ τετρωμένου μορίου καὶ προστέλλειν τὰ
ἐπικείμενα, τῶν στεγνωτικῶν ἐστι βοηθημάτων. *hoc eſt: Huius quoq; gene* D
ris eſt ligatio, quæ quanquam ipſum uas circulo non complectitur ſicuti uincu
lum, uerum quum ex parte complexu ſuo quodammodo partis uulneratæ diſſi
dentia labra committat, & quæ ſuperpoſita ſunt contrahat ac cõtineat, inter
ſtringentia remedia numeratur. Caluus ille inſulſus Hippocratis interpres,
hanc dictionẽ ineptiſſime cum præcedenti copulauit: dicens: Sanguinis fluxio,
uenarum diſtentiones, defectionis animi forma, tractatio modúſue morborũ
&c. cũ lippitudine populariter ambulauerunt. Quot uero alia quoq; in hac
Calui interpretatione inſint errata, quiſq; facile ex iam dictis animaduertet.

APHORISMVS IIII.

Quandoquidem iecoraria uena afficiebatur, ideo frequenter bubones excitabantur, id quod & arteriam male affectam fuiſſe indicabat, ueluti in Poſidonia euenit.

Hippocrates antea remedia, quibus ſanguinem ſiſtere licet, docuit. Hoc in loco quid mali ex intempeſtiua ſanguinis ex uenis & arterijs profluentis reſtrictione ſubſecutum ſit, ediſſerit. Nam cum in diutino illo ſanguinis ex uenis & arterijs profluuio, iecoraria potiſſimũ uena et arteria magna affectæ ſint, factum quoq; ut ob ulcus prope dictam uenam & arteriã exortum, bubones excitati ſint. Videtur autem Hippocrates id quod nunquã non accidit, in uno aut altero factum eſſe animaduertiſſe, ideoq; hoc loco mentionẽ feciſſe.

A *Quod autẽ ſemper iecoraria aut arteria affecta ulcere bubones excitentur, teſtatur Galenus lib. xiij. ther. meth. ubi ſic ſcriptum reliquit:* ἐπειδὰν γὰρ ἐγγὺς ἀρτηρείας μεγάλης, ἢ φλεβὸς ἕλκος γένηται, τάχιστα μὲν οἱ βουβῶνες ἀνίστανται. *quod eſt: Poſteaquam prope magnam arteriam aut uenam ulcus ortum fuerit, celerrime bubones excitantur. Per arteriã autem nõ eam* Arteria. *quæ aſpera, ſed quæ magna dicitur intelligit, quæ Galeno lib. vi. de uſu part. corp. hum. teſte, ex ſiniſtro quidem cordis uentre explantatur, & in totum animalis corpus diſtribuitur: Ariſtoteles aortam nominat. Per iecorariam* Iecoraria. *uero eam quæ caua alio nomine appellatur accipe, quæ ex dextris quæ ſunt in iecinore partibus, Galeno libro iam citato teſte, prodit. Bubones uero nihil* Bubones. *aliud eſſe iam ſæpius monſtrauimus, quàm partium laxarum, ſeu adenarum, tumores. Proinde tacite hac in dictione monere uidetur Hippocrates, quo in ſiſtendo ſanguine prouidum ſeſe exhibeat medicus, ne ſcilicet ob intempeſtiuã aut non ſatis idoneis remedijs attentatam reſtrictionẽ, arteria aut uena unde ſanguis profluat male afficiatur. Male autem afficitur, ubi circa has bubones & tumores excitantur. Quod autem iam dictis uaſis male affectis bubones excitentur, Poſidoniæ exemplo probat, quam Alexandrinus mulierẽ* Poſidonia. C *fuiſſe ſcribit, cui ob arteriam & uenam male affectas bubones facti ſint.*
B *Sunt qui ciuitatem eſſe Italiæ dicunt, de qua Stephanus ſcribit. Id ſi uerum eſt, tum in hoc oppido hac ratione fieri bubones contigit. Caluus nihil in hac ſententia interpretanda conſecutus eſt.*

APHORISMVS V.

Qui ſanguinis profluuio laborauerunt, morientes in fronte non ſudarunt, ſed ueluti concidentes & uulnerati mortui ſunt. Malum quoque fuit ſi qui cum ſudoribus perierunt.

Indicat hoc in loco Hippoc. qua ratione illi qui immodico ſanguinis ex uenis profluuio laborauerunt, mortui ſint. Quidam enim ſine ſudore, aliqui uero cum ſudore perierunt. Proinde utrunq;, uidelicet ſudare & non ſudare, malum fuit. Qui enim non ſudarunt, ij ob humidi omnimodã uacuationem, ueluti concidentes & uulnerati, mortui ſunt. Qui uero cum ſudore, hi partim ob copioſi ſanguinis euacuationẽ, partim ob ſudoris multitudinẽ perierunt. Copioſam enim ſanguinis uacuationem uirtutis imbecillitas ſubſecuta eſt, quam ſudor dein multus prorſus deiecit. Quid multa? hac ſententia nihil aliud docere uidetur Hippocrates, niſi quod nimius ſudor in pleriſq; ſanguinis immodico profluuio tentatis, in cauſa quoq; fuerit cur mortui ſint. Caueat itaq; illorũ exemplo monitus medicus, ne temerè immodicas uacuationes adhibeat. Immodicæ uacuationes cauendæ.

APHORISMVS VI.

Ventris copia tolerat perturbationem, ueluti Poſidoniæ accidit.

Atqui conſiderandũ qualia ulcera effecerit. In extenuatione uero uentris, tenſio ante mortẽ facta eſt. Vmbilicus quoq; prominens illi exulceratus eſt. Gingiuarũ etiam ulcerationes dentes adorientes affuerunt. C

Exemplo Poſidoniæ mulieris monſtrat Hippocrates, uentris copia præditos perturbationes facile ferre poſſe. Per copiam uero, quam εὐφορίαν nominat Hippoc. intellige uel corpulentiam, ſeu craßitudinem, uel ſuperuacua: de utriſq; enim uerè dicitur quod turbationem facile ferre queant. Si quidem corpulentiam ſeu craßitudinẽ hoc nomine intellexeris, tum is dictionis ſenſus erit: Si circa uentrem craßitudo fuerit, tunc facilius qui ea præditi ſunt inferiores purgationes, & omnes alias in morbis factas corporis turbationes tolerare ualent. Hinc eſt quod alibi ſcriptum reliquerit ad hunc modum:

Copia.

6.aph.35. ἐν πάσῃ νούσῳ τὰ πρὸς τοὺς ὀμφαλοὺς καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι, τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας. *quod eſt: In quouis morbo partes ad umbilicum & imum uentrẽ attinentes habere craßitudinẽ melius eſt. Admodum uero extenuari atq; tabeſcere, uitioſum eſt. Ad inferiores etiã purgationes hoc tutũ nõ eſt. Et in præſagijs quoq; idẽ hoc ijs innuere uerbis uoluit:*

2.præſag.19. δεῖ δὲ ἐν παντὶ τῷ νοσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον. *hoc eſt: In quouis morbo uentrem mollem ac corpulentum eſſe oportet. Cæterum per copiam ſeu εὐφορίαν ſi ſuperuacua et noxia quæ in uentre cõtinentur inaudias, tum is ſenſus erit: Si in uentriculo fuerint noxia & moleſtantia, tũ ille facile turbationẽ tolerabit. Nam & in aphoriſmis eas uentris perturbationes, in quibus talia purgantur qualia purgari oportet, hoc eſt noxia, conferre, & facile quoq; ferri pronunciauit. Quod diximus Poſidoniæ, cuius antea quoq; meminit, exemplo monſtrat, quæ ſanè ob uentris craßitudinem, uel humorum in illo noxiorũ copiam, perturbationes & inferas purgationes leuiter tulit. Sed quantũ ex ſequentibus colligere licet, Poſidonia uentrẽ uitioſis, imò peßimis humoribus refertum habuit. Hinc eſt quod dicat, conſiderandũ eſſe qua lia ulcera hæc malorũ humorũ in uentre copia effecerit. Nemo autẽ miretur nos θηρία ulcera uertiſſe, nam id hoc loco ſignificare dictionem hanc ſequentia euincunt, cũ ſcilicet & umbilici, & gingiuarũ exulcerationis mentionẽ faciat. Significare uero θηρίους Hippocrati nõ tantũ lumbricos, imò etiã ulcera mala, teſtatur Galenus in lib. de interpretatione antiq. dictionum Hippoc. ſic ſcribens:* θηρίον τήν τε ἕλμινθα, καὶ τὸ ἄγριον ἕλκος, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον. θηρίον γὰρ τὸ σῶμα ἐπέρχεται διὰ τόδε, καὶ ὁπόταν ἀφίκηται ὁ ἰχὼρ ἀπορρέων, σήπει καὶ μετεωρίζει. *Proinde pergit Hippoc. oſtendere qualia ulcera fuerint quæ ex copia uentris procreata ſint, dicens: In extenuatione totius corporis nimirum, neq; enim ex uitioſis humoribus ali corpus*

1.aph.1.

θηρία.

D

A *pus potuit, ante mortem Poſidoniæ uentris tenſio ob magnam illic noxiorum humorum copiam permanſit, hocq; nomine umbilicus ob putrefactos in uentre humores admodũ prominens exulceratus eſt. Circa gingiuas quoq; illi tantæ exulcerationes fuerunt, ut iam dentes etiã adorirentur. Ex quibus omnibus ſatis conſtat, quid innuere hac ſententia uoluerit Hippocrates, hoc nempe: Cum Poſidonia habuerit corpus uitioſis refertũ humoribus, potiſſimũ autẽ uentrẽ, id quod eiuſdem tumor atq; tenſio monſtrabat, potuiſſet leuiter ferre uentris perturbationes: at cum illas neglexerit, factum eſt ut totũ corpus extenuatum ſit, & ante mortem ita omnes in corpore humores ſint putrefacti, ut peſſima ulcera circa umbilicum & gingiuas excitarint. Hæc ſanè uidetur genuina eſſe huius obſcuriſſimæ ſententiæ enarratio. Qua autẽ ratione Caluus illam interpretatus ſit, eruditi iudicent. Certum eſt illum neq; Aſulani codicis, neq; ueteris conuerſionis fidem ſecutum eſſe, ſed omnia pro libitu interpretatum fuiſſe.*

APHORISMVS VII.

Plura de unoquoq; recte præcipere licet, hæc quidem ut idem ualentia, illa uero non: ut ſunt eiuſmodi, diffundi, deliteſcere & educi, indurari & molliri. Et cum mutatione opus erit, timidos & nihil audentes à lecto in quo decumbunt propulſare, ac excitare torpentes ad ea
B quæ tardius agunt oportet.

Non eſſe temerariũ neq; abſurdũ plura de unoquoq; præcipere, Hippoc. hoc loco docet. Conſiderandum tamen unicè erit, quid ea quæ præcipiuntur ualeant. Idem enim ſi ualebunt, tũ licebit de uno eodemq; multa eiuſmodi præcipere. Verbi gratia, in eryſipelate licet medico ut egro mandet, quo pluribus eadem refrigerãdi facultate præditis medicamentis utatur, ut ſolano, ſemperuiuo, portulaca, lactuca, & ſimilibus, quæ à Galeno lib. xiiij. ther. meth. recenſentur. Sin uero idem non ualebunt, tũ illis nõ recte in uno eodemq; affectu medicus uti poteſt. Sic ſanè haud licebit medico in igne ſacro ut præcipiat quo æger euphorbio, pyrethro, portulaca, ſemperuiuo, & ſimilibus utatur, quod ſcilicet idem non ualeant. Priora nanq; impenſius calefaciũt, poſteriora uero contrà refrigerant. Fieri itaq; nequit ut uni eidemq; affectui admoueantur, cum contraria contrariorum ſint remedia. Verum de ijs quæ contraria facultate prædita ſunt medicamentis, Hippocrates unum atq; alterum exemplum affert. Primum contraria eſſe ait medicamenta diffundentia, ijs quæ in profundo corporis deliteſcere potius humores cogunt: & rurſus ambobus, quæ educunt. Educuntur enim non ſolum humores qui per corpus diffuſi ſunt, ſed etiam ij qui in profundo eiuſdem latent. Pari ratione ea quæ indurant, contraria ſunt ijs quæ molliunt. Proinde nunq; licebit medico, ut in uno eodemq;

morbo ac tempore medicamenta diuerſas facultates obtinētia adhibenda eſſe C
præcipiat. Diuerſis tamen temporibus, in uno etiam & eodem morbo, iuxta indicationū diuerſitatem, diuerſis quoq; medicamentis uti licebit. Cæterū
διαχυθῆναι. *animaduertendum quod διαχυθῆναι uerbum, quod diffundi proprie ſignificat, hic non tantum ad humores qui à profundo corporis, in quo deliteſcunt, in uniuerſum corpus diffunduntur, referri poßit, uerumetiā ad ſpiritus ipſos,*
Diffundo. *& ſanguinem, qui in lætitia quidem ad exteriora funduntur. Hinc diffundo Latinis interdum idem quod exhilaro & frontem exporrigo denotat, in qua ſignificatione uſus eſt Cicero in Lælio, ſic ſcribens: Virtus uero cū in multis rebus tum in amicitia, tenera atq; tractabilis eſt, ut & bonis amici diffundatur, & incommodis contrahatur. In ea ſignificatione & hic uſurpari poteſt,*
ἐπιλυθῆναι. *potiſsimū ſi, quemadmodum Aſulanum exemplar habet, ἐπιλυθῆναι, quod Latinis triſtificari eſt, legatur: nam ita planè ſuo contrario adiectū erit. Conſultius tamen uidetur ut ἐπιλαθῆναι legamus, quando huic lectioni ſuffragantem habeamus ueterem interpretem, & in cōmentarijs ſuis Alexandrinum, atq; rationem quoq; ipſam. Contrahentia enim medicamenta, quæ diffundentibus contraria ſunt, efficiunt ut humores qui hincinde diffuſi ſunt, in pro*
Medicum mutationes neceſſarias non negliget. *fundū abeant. Cæterū in altera huius dictionis parte hortatur medicū Hippocrates, ne mutationem temerè negligat. Proinde ſi loci aut aeris mutatione* D
opus habebit æger, is uero timidus fuerit, & mutationi ſe committere haud audeat, tunc eundem medicus à lecto in quo decumbit propulſare debet. Et hac ſanè ratione multi puſillanimes ſanitati reſtituti ſunt. Præterea ſi medicus animaduertet ægrū ea quæ oporteret citius fieri, tardius agere, aut eum qui iam conualuit conſueta in ſanitate ultra tempus debitum negligentem, aut in alijs quoq; ijs ſimilibus torpeſcentem, tum eundem excitet ac hortetur, quo ea quæ tardius facit, citius aggrediatur ac perficiat.

APHORISMVS VIII.

Aqua inter cutem laborantes citius incidere, tabidos uero cōfeſtim urere, caputq; ſecare oportet. Hæc autem in his qui aqua inter cutem afficiuntur cauenda ſunt, ne ſcilicet imus uenter, aut interiora ferro tangantur. Simile enim quod in genibus temerè incidendis contingit.

Hac in dictione de incidendis mulieribus aqua inter cutē correptis, quas
ὑδατώδεις. *ὑδατώδεας uocat Hippocrates, et Galenus in expoſitione antiquarū eiuſdem dictionum ὑδρωπικὰς interpretatur, & urendis tabidis agit. Citius autem incidendas eſſe mulieres tam dictas docet: id quod bifariam intelligi poteſt. Primo, ut mulieribus ſic affectis, & ea aquæ inter cutem ſpecie quæ ἀνάσαρκα Græcis dicitur, ex ſuppreßis menſibus laborantibus, uena incidatur. Competere uero non mulieribus tantum, ſed etiam uiris hypoſarca correptis,*

A correptis ſanguinis minutionẽ, teſtatur Alexander Trallianus, qui lib. iij. cap. xxx. ita ſcriptum reliquit: Inter initia huic ſubeuntis cutem aquæ generi confeſtim, ſi per uirtutem & ætatem licuerit, ſanguinis miſſione ſuccurrendũ eſt. Sanguinis quoq; detractionem iiſdem conuenire Hippocrates etiam lib. iiij. de uict. rat. in morb. acut. oſtendit. Secundo, incidendas eſſe mulieres ferro, ut uniuerſa humiditas in uentre præter naturam collecta emittatur, aut punctiones, quas Græci παρακεντήσεις nominant, adhibendas, quibus cutis ipſa pertuſa humiditatem paulatim emittat, intelligi poteſt. Quorum ſanè utrunq; citò faciendum erit, antequam uidelicet ob humiditatẽ plus æquo adauctam, haud ita multo poſt æger ſtranguletur. Inſuper ſi quos tabes inuadit, hi certe ob multam puris in pectore copiã, quæ per ſpuitiones expurgari non ualet, urendi erũt. Hos uero ipſos & ſpiritus difficultas maxime infeſtat, ob loci anguſtiam: ideo ne ſtrangulentur, oportet ut confeſtim urantur. Inſuper quibus caput uulneratum, aut os in eo fractum eſt, iis caput ſecandum, ne ſcilicet pus illic generatũ cerebri membranas erodat, aut os fractum tenuem eiuſdem membranã atq; meatus comprimat, & hac ratione apoplexiam aut conuulſionem adſciſcat. Qualiter uero ſecandum ſit caput, ex Hippoc. libro de capitis uulneribus inſcripto, diſcendũ erit. Citius autem idipſum faciendũ Aph. 104.

B ut diximus, antequam nimirũ cerebrũ aut illius membranæ lædantur. Porrò cum incidendos eſſe aqua inter cutẽ affectos docuerit, pergit iam monere medicum, qua in iis incidendis prouidentia utatur, atq; adeò præſcribere modum, quo caueat ne imum uentrem, hoc eſt, partem ſub umbilico ad pubem uſq; protenſam, ἦτρον uocant Græci, aut interna, hoc eſt, inteſtina in incidendo pertingat. Non enim eſſe incidendum imum uentrem, ex eo liquet, quod locus admodũ decliuis exiſtat, timorq; ſit ne aqua uniuerſa uno uacuetur impetu, atq; hoc nomine æger animo planè deficiat & moriatur. Hinc nõ ab re alibi ab eo dictum eſt: ὁκόσοι οἱ ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται. id eſt: Quicunq; ſuppurati, aut aqua inter cutem affecti uruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua uniuerſa effluxerit, omnes intereunt. Nec debet inciſio uſq; ad interna progredi, ne ſcilicet inteſtina, aut aliæ corporis partes neceſſariæ uulnerentur: id quod exemplo eorũ quæ in genibus temerè incidendis ſolent accidere, oſtendit. Cõtingit enim ut interdũ ob flatus multos in tumorem genua attollantur: quod uidentes chirurgi indocti, non animaduerſa cauſa, pus illic ſubeſſe putantes, tumorem incidunt. Vbi uero ad inciſionem nullum puris effluxum ſubſequi conſpexerint, tum profundiore in loco pus eſſe æſtimantes denuò incidunt, atq; adeò ad profunda uſq; pertingunt: quo fit, ut neruis unà inciſis, aut uehementer læſis, conuulſiones & alia incõmoda ægris adſciſcant. Illorum itaq; periculo nos horta

Quid in incidendis hydropicis cauendum.

ἦτρον.

6. aph. 27.

tur, ne in hydropicis incidendis profundius quàm oporteat ferrum intrudamus, quod ita haud aliter quàm in genibus perperàm incidendis multa ſubſequantur mala. Quomodo uero aqua inter cutem laborantes incidendi ſint, docet Paulus in ſexto, cap. quinquageſimo. Quo etiam in libro quo pacto tabi- C
Cap. 44. *di ac purulenti adurendi ſint indicat.*

APHORISMVS IX.

Si ea quæ iuxta uentriculi ſunt oſtium perinde atq; Xenarcho dolue rint, tunc admodum calidum inſpirare, & ulcus inter initia euacuationis loco calidis fouere oportet.

Exemplo Xenarchi cuiuſdam, cui propter enatum in ore uentriculi, quod Græci καρδίαν, *id eſt, cor nominabant, ut antea quoq; diximus, uehemens dolor accidit, qua ratione ulceri oris uentriculi medendum ſit oſtendit. Neq; enim temerè eius particulæ exulcerationē negligere medicus debet, quod ſit pars omniū quæ ſunt in corpore maxime ſenſilis, atque adeò facile animi deliquium accerſat, quemadmodū teſtatur Gal. lib. i. de ſympt. cauſis, ubi ſic ſcriptum reliquit:* ὑπόλοιπον δ᾽ ἂν εἴη περὶ τῶν κατὰ τὸ στόμα τῆς κοιλίας, ὃ δὴ καὶ καρδίαν ὀνομάζουσι, συμπτωμάτων διελθεῖν. ἔστι μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γένους καὶ αὐτὰ τῶν ἁπτικῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲν οὕτω μέρος, οὔτ᾽ ἀκριβῆ τὴν αἴσθησιν, οὔτε τὰς ἀρχὰς ἑκατέρας ἑαυτῷ συνδιατίθησιν, ὡς τὸ στόμα τῆς γαστρός. ὀνομάζεται δὲ συνήθως οὐ τοῖς παλαιοῖς μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς στόμαχος. αἱ γοῦν καλούμεναι στομαχικαὶ συγκοπαί, τούτου τοῦ μέρους εἰσὶ συμπτώματα. D *quod eſt: Reliquū eſt ut ea quæ uentris oſculū, quod cor nominant, ſymptomata infeſtant perſequar: nam & ipſa ad tactionis genus pertinere uidentur. Verum nulla pars quæ adeò exacte ſentiat, uel principū partium utranq; pro ſuarum affectionū modo perinde afficit, atq; os uentriculi. Conſueto autem nomine non ueteribus duntaxat philoſophis, uerumetiā medicis ſtomachus uocatur. Igitur ſyncopes ſpecies quæ ſtomachicæ dicuntur, inter huius partis ſymptomata numerantur. Proinde cum in ulcere ſtomachi ea potiſſimum quæ dolorem excitant fugienda ſint, maxime neceſſariū erit ut calidum inſpiremus. Nam cum* ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, *hoc eſt,*
5. aph. 20. *frigidum ulceribus mordax ſit, ut alibi ſcribit Hippoc. mordax certe maxime in ulcere oris uentriculi erit, quod exactiſſimo ſenſu eſſe præditum nemo non nouit. Ne itaq; ob dolorem, quem frigidum in ulcere eius excitat, ſyncope ſubſequatur, aer calidus inſpirandus erit. Cibi quoq; ac potiones quæ intrò ſumuntur, actu calidæ ſint oportet. Cæterū quum uacuatio in ulcere ſtomachi non conueniat, timor enim ne uirtutem diſſoluat, atq; adeò animi deliquium efficiat, ad quod ſuapte natura ij quibus os uentris male affectū eſt prompti ſunt, loco uacuationis extrinſecus medicamētis calefaciendi ui præditis, & dolorem*

A *dolorem mitigare potentibus, fouendus ſtomachus erit. In ſumma, cum ob uicinitatē huius partis & cor & iecur facile per conſenſum afficiantur, conandum omnibus modis, quo dolor quem ulcus excitat ſedetur. Caluus ſuo more, hoc eſt, ineptiſſime, hanc atq; alias ſententias uertit, id quod ex collatione quiuis deprehendet.*

APHORISMVS X.

Conſiderandum num uox talis ſit natura haud irato, qualis iratis ſit: furoris enim ſignum. Oculi quoque an natura terribiles fuerint, & quales ſunt ijs qui iraſcuntur, iam uero non tales, & alia ſecundum rationem morborum contemplanda. Sic tabificam formā efficit, ſi quiſpiam natura aliquam ad hunc morbum imaginem præ ſe ferat. Adſunt & alia pari ratione.

Ad præſagiendi partem dictio hæc pertinet: furorem enim ex uoce, lethargum ex oculis, tabem ex natiua corporis ſpecie, & alia eiuſmodi prædicere docet. Conſideranda itaq; in primis nobis uox erit: ſi enim natura nō irato talis ſit, qualis eſt ijs qui iraſcuntur, tum euidentiſſimū futuri furoris indiciū erit. Hinc eſt quod in prænotionibus ſic ſcribat Hippocrates: ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, κακόν. *quod eſt: Reſponſum audax à modeſta na-*
B *tura homine, malum. Dein oculi quoq; contemplandi: ſi nanq; antea dum æger bene ualeret terribiles fuerunt, & tales quales ſunt iratorū, nunc uero planè contrarij exiſtunt, tunc futuri lethargi ac ueterni ſigna ſunt. Porrò non hæc tantum conſideranda ſunt, ſed alia quoq; multa, iuxta morborum rationem. Verbi gratia, ſi quiſpiam in morbo aliquo tabificam præ ſe fert ſpeciem, conſiderandum num ea ui morbi contracta, aut naturalis ſit. Si enim natura hanc formam conciliauit corpori, nihil mali uerendum. Sin forma eiuſmodi non ſit natiua, ſed ui morbi facta, extremam corporis diſſolutionē indicabit. Denique cū alia quoq; multa pari adſint ratione, curet diligenter admodum medicus ut ea quæ natura nobis adſunt, ab ijs quæ morbi ratione accidunt diſtinguat, & exacte diſcernat. Cuius ſanè rei exemplum habes in præſagijs, ubi de faciei* 1. præſag. 8.
notis agit Hippocrates: nam ibidem eſſe conſiderandum monet, num facies ægri ſit faciei ſanorum, potiſſimum autem ſuæ ipſius ſimilis. Ea enim optima cenſenda erit, quæ à ſani facie parum aut nihil recedit: peſſima contrà, quæ maximo diſcrimine ab hac ipſa diſtat.

APHORISMVS XI.

Tuſſes in laſſitudine accidentes ad partes læſas, articulos potiſſimū, pertingūt. Sed & in febribus laſſitudinē habentibus tuſſes ſiccæ fiunt, quę ſi in corpore relinquūtur, tum unà cū febre in articulos decūbunt.

Nihil aliud hac in dictione Hippoc. docet, niſi quod tuſſes illæ quæ aliquos

laboribus utentes inuadunt, plerunq; in læſis & fatigatis à laboribus parti C
bus, potiſsimũ autem in articulis, abſceſſus efficiant, quod nimirum dolor & imbecillitas in cauſa ſint, cur humores tuſsim facientes ad partes læſas decumbant. Quibus accedit, quod tuſsis ex craſsiore ac frigidiore materia, quæ excreari non queat, conſtet, adeoq; articulorum amplitudo illam facile recipiat. Vnde ſatis dilucidum fit, contingere in tuſsi iam dicta, quod in alijs quoq; morbis accidere ſolet, in quibus itidem in partibus ijs quæ uel ante uel poſt morbum laborauerunt, fiunt abſceſſus, quemadmodum alibi ijs teſtatur uerbis
4. aph. 31. *Hippoc.* ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων ἤν τι πονέσῃ, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται. ἀτὰρ ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος. *Quam ſanè Hippocratis ſententiam iam ſæpius interpretati ſumus, ideo ut latinam reddamus hic opus non habet. Manifeſtum quoq; ex ijs quæ diximus, Hippocratem in hac dictione non de qualibet*
Tuſsis ſicca. *tuſsi, quæ in laſſitudine accidit, ſed de ſicca, hoc eſt, ea in qua nihil expuitur,*
Part. 2. aph. 8. *duntaxat loqui. Hinc eſt quod ſuprà quoq; dixerit:* ἢν ἡ βὴξ ξηρὴ, μὴ θηριώδης, ἐς ἄρθρα στήριξιν προσδέχεσθαι δεῖ. *quod eſt: Si tuſſis ſicca, non tamẽ ferina fuerit, tum ut morbus in articulos decumbat expectare oportet. Cæterum laſſitudinem eſſe in cauſa cur ad articulos humores morbum efficientes decumbant, febrium exemplo probat. Nam in ijs quoque ſi tuſſes ſiccæ* D
fuerint, et laſſitudo aliqua ob labores incidat, materia in articulos decumbit:
4. aph. 31. *id quod & in aphoriſmis ijs uerbis docuit:* τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐς ἄρθρα μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται. *hoc eſt: Qui per febres laſsantur, ijs in articulos potiſſimũ abſceſſus decumbũt. Quid multa? in omni laſſitudine fit ut in articulos decũbant humores noxij. Et hinc eſt quod iiij. Epid. ſcribat:* κρίσις τοῖσι κοπώδεσι ἐς ἄρθρα, καὶ τὰ ἐς ὀφθαλμούς.

APHORISMVS XII.

Spiratio obſcura & exigua in tabidis ac ſterilibus, malum. Malæ quoq; ſunt quæcunq; aliæ eius generis ſpirationes ab eadem occaſione aut corporis conſtitutione accidentes.

Spiratio obſcura. *Spirationem obſcuram, ſeu ut græcè dicam,* πνεῦμα ἄσημον, *uocat eam quæ tam exigua eſt ut fermè ſenſum effugiat. Hanc malum protendere in tabidis nihil mirum, quod magnã motricis facultatis, quæ nec thoracẽ, nec pulmonem, immodica puris copia preſſa, ſuſtollere poſſit imbecillitatem, atq; adeò omnimodam caloris natiui extinctionẽ præ ſe ferat. Mala quoq; eſt ſi ſterilibus, hoc eſt, uirginibus & uiduis, & in uniuerſum ijs quæ non concipiunt, accidat. Viduis autem potiſſimum, Galeno lib. vi. cap. v. de affe. lo. teſte, is affectus euenire ſolet, quæ antea probè purgabantur, ac pepererunt, atq; uirorum concubitu gauiſæ ſunt. Mala autem ideo, quod non raro obſcurã illam*

ſpirationẽ

A *ſpiratione mox mors ipſa ſequatur. Quæ autem eius ſpirationis cauſæ ſint, & qui fieri poſſit quũ ſpirationem à uita, & uitam à ſpiratione ſeparari nõ liceat, ut uiuere poſſint quæ nihil omnino ſpirent, explicat Gal. loco iam citato. Porrò nõ tantũ in tabidis & ſterilibus iam dictæ ſpirationes malæ ſunt, uerumetiã in alijs, quibus ex eadem cauſa, aut corporis conſtitutione ſimili accidunt. Ex ſimili aũt cauſa uel corporis conſtitutione accidit, quando à nimia noxiorũ humorũ copia ac retẽtione, uel caloris natiui extinctione ſpirationis munus deperditur, ueluti in apoplexia ac alijs id genus morbis fieri uidemus.*

APHORISMVS XIII.

Autumnus tabidis malus eſt. Malum & uer, tum potiſſimũ quando folia fici cornicis pedibus ſimilia fuerint.

Prima huius dictionis pars iiſdem uerbis repetitur in Aphoriſmis, ibidemq; à Galeno ſatis ſuperq; enarratur, ideoq; fit ut noſtra explicatione nihil opus habeat. Ad alteram itaq; partem nos uertamus, in qua uernũ tempus tabidis malum eſſe docet. Mirũ uero alicui uideri poteſt, quod hoc in loco uer malum eſſe dicat tabidis, cum tamen alibi ſcribat illud ipſum eſſe ſaluberrimum, minimeq; exitioſum. Sed animaduertendũ Hippocratẽ nõ ſimpliciter uer dicere ſaluberrimum, quod morbis planè uacet: nam qui aliàs peculiares 3. aph. 10. 3. aph. 9. Quando uer ſaluberrimum.

B *uerno tempore euenientes percenſere poſſet morbos? ſed aliorũ temporũ collatione, quibus minus morbis obnoxiũ eſt: uel ideo quod morbi qui hoc tempore accidunt, minus ijs qui in alijs temporibus euenire ſolent exitioſi ſint. Proinde ſi qui morbi hoc tempore inuadunt, tum hoc ipſum corpori quod uitioſis humoribus refertum eſt, potius imputandũ erit, quàm tempori. Si enim aliquod corpus bonos humores continens uernum tempus excipiat, hoc ſeruat ſaluberrimũ, nihil ex propria natura nouans. Non ſic reliqua tempora, æſtas ſcilicet, autumnus, & hyems: hæc enim etſi purũ corpus & omni uacans reprehenſione ſuſcipiant, tamen æſtas flauam quidem bilem, autumnus uero atram, & hyems pituitam generat, quemodmodũ in lib. de natura humana fuſius docet Hippoc. Quod ad præſens attinet, non ſimpliciter uer malum eſſe tabidis ait, ſed eam tantũmodo partem, in qua folia fici cornicis pedibus ſimilia fuerint, id quod ueris initio fit. Nemo autẽ eſt qui neſciat eam ueris partem autumno non diſſimilem eſſe, quod nimirum in ea matutino tempore frigus, à meridie uero ac ueſperi frigus ſit, haud aliter quàm in autumno. Vſus eſt autem aptiſſima ac cõuenientiſſima ueris περιφράσει, à folijs ficus forma deſumpta, imitatus in hoc Heſiodum antiquiſſimum poetam, & Hippocrate priorem, qui in β. ἔργων καὶ ἡμερῶν hunc in modũ uernũ deſcribit tempus:* 3. aph. 10. Quæ ueris pars tabidis mala. Veris περίφρασις.

ἄλλος δ' εἰαρινὸς πέλεται πλόος ἀνθρώποισιν
ἦμος δὴ τὸ πρῶτον ὅσον τ' ἐπιβᾶσα κορώνη

ἴχνος ἐποίησεν τόσσον πέταλ' ἀνδρὶ φανείη C
ἐν κράδῃ ἀκροτάτῃ, τότε δ' ἄμβατός ἐστι θάλασσα.
*Exercent*ꝗ́ *etiam ſtudium nauale ſub ipſo*
Vere nouo, cum ſe tam latas ficus ab alto
Induit in frondes, quantum ueſtigia cornix
Pandit humo depreſſa, ſilet tunc nabilis unda.

APHORISMVS XIIII.

In Perintho uerno tempore plurimi tabidi fuerunt. Cõcauſa hyberna tuſſis populariter uagans erat. Nõnullis uero morbi quotquot diuturni fuerũt: nam illis de quibus dubiũ erat, tabem cõfirmabant. Quibuſdam qui morbis diuturnis tenebantur, tabes nõ eueniebat, quemadmodum ijs qui renum dolore laborabant. Verum hoc & alijs quibuſdam accidit, inter quos homo ille fuit ad quem me Cyniſcus duxit.

Quod ueris tempore, maxime inter eius initia, tabes euenire poſſit, id exemplo quodam oſtendit. In Perintho ſiquidẽ oppido in uere plures facti ſunt tabidi: at nõ temporis ratione, ſed potius ob tuſſim quæ antecedebat. Hyemis enim tempore multos in Perintho populariter uagans corripuit tuſſis. Fuerunt tamen nõnulli quibus diuturni morbi tabis cõcauſæ fuerunt: quicũꝗ́ enim in Perintho diuturnis morbis affecti erant, hi citius ꝙ reliqui in tabem deuenerunt. Et ſi qui erant de quibus adhuc dubitabatur num tabidi futuri D *eſſent, his certe tabem planè confirmabant, effeceruntꝗ́ ut nullum prorſus de tabe iam dubiũ eſſet. Non eſt tamen quod omnes qui diuturnis morbis uexati ſint tabem inciderint, quãdo plures ex ijs fuerint qui tabidi facti nõ ſint, quemadmodum fuerunt ij qui renum dolore excruciabantur. Accidit uero hoc alijs quibuſdam, inter quos etiam homo ille erat ad quem Cyniſcus Hippocratem deduxit. Quid multa? Hippocrates hoc exemplo nihil aliud innuere uoluit,*
3.aph.22. *niſi quod etſi tabes ut plurimũ autumno accidat, ueluti ipſe alibi teſtatus eſt, attamen ſolet interdum etiam uerno fieri tempore, idꝗ́ potiſſimum ubi tuſſis quæ hyeme cœpit, aut alius diuturnus morbus concauſa fuerit.*

APHORISMVS XV.

Dolorum lateris, pectoris, & aliarum partium tempora an multum differant perdiſcendum, quando nimirum melius habuerint, & rurſus quando peius, nihil in hoc aberrantes.

Quod hic de tempore doloris pectoris, laterum, & aliarum partium faciendum nobis eſſe monet, idem ſimpliciter non adhibita temporis mentione faciendum in doloribus prædictis, ijs uerbis in aphoriſmis docuit: τὰ ὀδυνώδεα καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν, εἰ μέγα διαφέρουσι καταμαθητέον. *quod eſt: Dolores qui fiunt in lateribus & pectore, atꝗ́ alijs partibus, ſi multum differant animaduertendũ. Magnitudines itaꝗ́ &*

ſpecies

A *ſpecies dolorum prædictorum diligenter conſiderandæ erunt medico, quemadmodum in eius ſententiæ enarratione docet Galenus. Quod ad inſtitutum noſtrum attinet, hortatur Hippocrates ut tempora iam nominatorũ dolorum expendamus, id quod Alexandrinus ad anni tempora refert: perdiſcendũq; nobis eſſe monet, an dolores iuxta anni tempora differant, ita nempe, an uidelicet dolor æſtate factus mitior ſit eo qui hyeme fit. Atqui hæc interpretatio à mente Hipp. eſſe alieniſſima uidetur, ideoq; ad morbi tempora potius quæ hic traduntur referenda erũt, ut nimirũ accurata diligentia diſcamus & animaduertamus, quo tempore morbi dolor ægrum magis excruciat, & quo minus: nam ſic non tantum morbi tempora exquiſite dijudicare, uerumetiã ſalutẽ & interitũ ægri prædicere nobis licebit. Dolore nanq; indies increſcente, prope uigorem morbum eſſe nõ dubium eſt. Quod ſi ſimul peſſima indicia ac ſymptomata adfuerint, ægrum mori euidentiſſimum eſt. Si uero decreſcet indies dolor, aliæq; notæ bonæ ſimul aderint, morbi iam eſſe declinationem, ac ægrotantis ſalutem ſubſequi certũ eſt. Sunt itaq; hæc tempora diligenter admodum à medico perdiſcenda, quemadmodũ in prognoſticis Hippocrates, & libro primo de iudicijs fuſiſſime Galenus docuit.*

APHORISMVS XVI.

B In longis inteſtinorum difficultatibus inediæ ex faſtidio malæ, præſertim ſi ſimul febricitent.

Repetitur hæc dictio ab Hippocrate in aphoriſmis, & ibidem à Galeno enarratur, ideoq; noſtra explicatione haud indiget. 6.aph.3.

APHORISMVS XVII

Circumglabra ulcera maligna ſunt.

Scripta & hæc perinde atq; præcedens in aphoriſmis eſt ſententia, & à Galeno quoq; expoſita, quo nomine fit ut prolixiori interpretatione nõ egeat. Vnum hoc admonuiſſe ſat ſit, Caluum hoc loci perperàm περιμάδαρα *humida conuertiſſe, cum* μάδαρος *Græcis nihil aliud ſit quàm caluus aut glaber: ita paßim in notiſſimis hallucinatur homo ille.* μάδαρος.

APHORISMVS XVIII.

Lumbis dolentibus ſi recurſus doloris ad latera fiat, & tuberculum quod ſeps appellatur oriatur, malum.

Recurſum doloris à loco minus nobili ad magis nobilẽ, malum eſſe, exemplo lumborum hac in dictione monſtrat Hippoc. id quod etiam alibi facit, ubi hunc in modum ſcribit: αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ γιγνόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται τὰ κάτω ἐκλίπουσαι, ὀλέθριαι κάρτα. *quod eſt: Dolores qui cum febre circa lumbos & inferiores partes fiunt, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint inferioribus relictis, admodum pernicioſi ſunt. Nam ſi dolor in thoracẽ ac latera recurrat, è duobus al-* 2.prog.70.

terum fiat neceſſe eſt, aut derepẽte ut aboleatur æger, aut ſi optime ſecum a- C
gatur, ut prorſus fiat purulentus. Hinc eſt quod Hippocrates mox poſt iam citata uerba ſcribat: εἰ δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας, καὶ τἄλλα σημεῖα μὴ πονηρὰ ἐπιγίνηται, ἔμπυον ἔσεσθαι πολλαὶ ἐλπίδες τούτοις. hoc eſt: Si uero ad ſeptũ tranſuerſum morbus aſcenderit, aliaq́ſ ſigna mala nõ extiterint, talem fore purulentum admodum expectabis. Hoc quod & hoc loco bis inſinuat uerbis: Et tuberculũ quod ſeps nominatur oriatur, malum. Quaſi diceret, ſi dolor à lumbis recurrat ad ſeptum tranſuerſum, tum tuberculum quod purulentos efficiet ſubſequetur. Dictum eſt au-
σὴψ. tem eiuſmodi tuberculum Græcis σὴψ, hoc eſt, putreſcens, à uerbo σήπειν,
σηπτικά. quod Latinis eſt putreſcere, corrumpere, & exedere. Hinc σηπτικὰ medicamenta, quæ exedendi facultatem obtinent iiſdem dicta ſunt. Vel à ſerpen-
Seps ſerpens. te quæ Seps nominatur, cuius uel leui ictu caro contacta tota putreſcit. Hanc Lucanus libro nono elegantiſsimis uerſibus ſic deſcribit:

Oſſaq́ſ diſſoluens cum corpore tabificus Seps,
Parua modo ſerpens, ſed qua non ulla cruentæ
Tantum mortis habet: nam plagæ proxima circum
Fugit rapta cutis, pallentia ora retexit.
Iamq́ſ ſinu lapſo, nudum eſt ſine corpore uulnus, D
Membra natant, ſanie ſuræ fluxere, ſine ullo
Tegmine poples erat, femorum quoq́ſ muſculus omnis
Linquitur, & nigra diſtillant inguina tabe.

Malum itaq́ſ eſſe tuberculum iam dictum, quod nimirum tabificum ſit, exedensq́ſ & purulentum, nemo eſt qui neſciat.

APHORISMVS XIX.

Vitia renum poſt annos quinquaginta ſanata eſſe non uidi.

Quod hoc in loco de renum tantum uitijs, hoc in aphoriſmis de ijs quoq́ſ qui
6.aph.6. in ueſica fiunt doloribus ijs uerbis decernit: τὰ νεφριτικὰ καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖς πρεσβύτῃσιν. id eſt: Renum
Renum & ueſicæ uitia cur ſanari poſſunt. & ueſicæ dolores ſenioribus difficulter ſanantur. Ratio uero nulla alia eſt, niſi quod illorum actio indeſinens exiſtat. Cum igitur quiete in eorundẽ curandis morbis, ſiue ulcus, ſiue inflammatio, ſiue id genus aliud fuerit, opus ſit, fieri non poteſt ut curentur. Cui & id accedit, quod in ijs acris contineatur ſuperfluitas, quæ illorum uitia nunquam non irritare, atq́ſ adeò peiora reddere cunctatur. Et quid mirum, cum in ſenibus uirtus imbecillis ſit, quæ morbos concoquere non ualeat, ſi renum uitia in iiſdem perpetua ſint, cum aliàs ferè in uniuerſum omnes morbis diuturnis commoriantur, ueluti alibi teſtatus eſt
2.aph.39 etiam Hippocrates, ita ſcribens: οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν

A *σέουσιν ἥσσονς. ὁκόσοις δ' ἂν αὐτέοις χρόνια νοσήματα γίγνηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκουσι.* *quod eſt: Seniores iuuenibus plerunq; minus ægrotant. Qui uero illis longi morbi accidunt, maxima ex parte eis commoriuntur.*

APHORISMVS XX.

Contemplandum erit quæ in ſomno ſint exacerbata, & quibus extrema frigent, atq; mens perturbatur, & quæcunq; id genus alia quæ in ſomno accidunt. Nec minus conſiderandũ quibus cõtraria eueniunt.

Accurata diligentia ea quæ in ſomno accidunt ægro ut animaduertat medicus, hac in dictione monet Hippocrates. Primũ autem omniũ conſideret medicus ea quæ in ſomno exacerbantur: nã quæcunq; talia ſunt, exitiũ minantur. Deinceps contempletur quibus in ſomno extremæ corporis partes frigeant, & quibus à ſomno mens perturbetur, & id genus mala alia quæ ſomnum ægrorum ſubſequi ſolent. Singula enim ob humorũ, quos calor innatus imbecillus cõcoquere per ſomnos nequit, malitiã eueniunt. Cum itaq; his ſuccumbat, fit ut ab iiſdem uiſcera grauentur, atq; adeò omnia tandem per ſomnũ magis exacerbentur, & extrema refrigerentur, mensq́; perturbetur, & alia eius generis mala eueniant. Vt uero ſingula quæ iam dicta ſunt ubi à ſomno acciderint mala eſſe conſtat, ita contrà bona erunt quæcunq; prædictis contraria
B *ſunt. Bonum igitur ſi omnia à ſomno mitiora ac pacata magis apparent, & extrema calida fuerint, deliriũq; ac mentis perturbatio ſedatur: caloris enim innati robur prauos in corpore humores per ſomnũ concoquentis portendunt. Quod ſanè breuiſſimis iis uerbis alibi Hippocrates ita complexus eſt: ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον. hoc eſt: In quocunq; morbo ſomnus laborem affert, mortale eſt. At ſi iuuat, mortale non eſt. Et mox ibidem: ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύει, ἀγαθόν. id eſt: Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.* 2.aph.1. 2.aph.2.

APHORISMVS XXI.

Quibuſcunq; intra ſtatum partus tempus nihil mali accidit, iis ſingulis ea quæ naſcuntur uitalia erunt.

Docet hoc in loco quibus mulieribus uitalis ſit futurus fœtus, iis nimirũ quibus intra ſtatum tempus partus, hoc eſt, quod ſtatas & conſtitutas horas habet, nulla læſio accidit. E regione ſi nõnullas intra hoc tempus partus lædi contingit, nihil mirum ſi abortiant, aut fœtum non diu perduraturũ pariant. Quæ autem ſtata partus ſint tempora, paulò poſt dicturi ſumus. In præſentiarum ſatis erit dixiſſe, qua ratione intra tempus partus lædi contingat grauidas. Læduntur autem in primis ab aeris mutatione, quemadmodũ teſtatur etiam in aphoriſmis iis uerbis Hippocrates: ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ᾗσιν οἱ τόκοι Tempus partus ſtatum. Grauidæ uariis læduntur morbis, atque adeò abortiunt. 3.aph.12.

πρὸς τὸ ἦρ ἐκ παντὸς προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν. quod eſt: Si hyems C auſtrina & pluuia fuerit, uer autem ſiccum & aquilonium, mulieres quarum partus iuxta uer inſtat, ex quacunque occaſione abortiunt. Dein abortiunt ac læduntur ob nimium quod illis accidit alui profluuium, id quod in aphoriſmis
5.aph.34. quoque teſtatus eſt Hippocrates, ſic ſcribens: γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη ῥυῇ, πολλάκις κίνδυνος ἐκτρῶσαι. hoc eſt: Mulieri prægnanti ſi aluus nimium profluat, periculum eſt ne abortiat. Abortiunt quoque ubi fe-
5.aph.55. bribus capiuntur: hinc alibi dixit, ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται ἄτερ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν. quod eſt: Quæcunque in utero gerentes à febribus capiuntur, ualdeque extenuantur ſine cauſa manifeſta, hæ difficulter pariunt & cum periculo, aut abortum facientes periclitatur. Poteſt etiam interdum uehemens ſaltatio abortus eſſe cauſa. Sic Hippocrates accidiſſe muſoergo ſeu cantrici in libro de natura pueri ſcribit, quæ ſepties cum in terram ſaliret, genituram emiſit. Præter autem iam dictas cauſas abortus ſunt adhuc aliæ multæ, quas in uniuerſum omnes Hippocrates lib. i. de mulierum morbis breuiter ſic ſcribens complexus eſt: πολλοὶ καὶ ἄλλοι εἰσὶ κίνδυνοι ἐν οἷσι τὰ ἔμβρυα φθείρονται. καὶ γὰρ ἢν ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νοσήσῃ, καὶ ἀσθενήσῃ, καὶ ἄχθος βιήσηται, ἢ πληγῇ, ἢ πηδήσῃ, ἢ ἀσιτήσῃ, ἢ λειποθυμίῃ ἔχηται, ἢ πλέονα ἢ ὀλίγην φορβὴν λαμβάνῃ, ἢ δειδίσσηται, καὶ ἐπτύρηται, ἢ κεκράγῃ, ἢ ἀκρατήσῃ. καὶ γὰρ καὶ φορβὴ αἰτίη φθορῆς, καὶ πόμα πουλύ. καὶ αὗται δὲ αἱ μῆτραι ἔχουσι φύσιας ἧσιν ἐξαμβλέεται, οὖσαι πνευματώδεες, πυκναί, μεγάλαι, μικραί. καὶ ἄλλα ὅσα ἔοικεν. D id eſt: Pleraque etiam alia ſunt pericula ob quæ fœtus perditur, ueluti ſi utero gerens morbo aliquo corripiatur, & ualida non fuerit, aut onus uiolenter attollat, aut percutiatur, aut ſaliat, aut inedia utatur, aut animi deliquio teneatur, aut multum aut parum alimenti aſſumat, aut terreatur, aut conturbetur, aut clamet, aut incontinenter uiuat: nam & alimentum, potioque multa abortus cauſa ſunt. Uterus quoque ipſe natura qua fœtus perditur prædítus eſt: ut ſi flatuoſus, denſus, magnus, et paruus fuerit. Alia quoque quæcunque iis ſimilia ſunt, abortus cauſa eſſe ſolent. Quibuſcunque igitur mulieribus nihil illorum quæ iam commemorata ſunt periculorum accidit, hæ ſingulæ uitales fœtus iuxta ſtatum partus tempus procreant. Statum uero tempus pariendi ſeptimus eſt menſis, quem qui attigerint fœtus uitales ſunt. Qui autem maturius quàm ſeptimo menſe prodeunt, nullo pacto uitales ſunt. Cuius rei teſtis eſt Ariſtoteles, qui lib. vij. de hiſt. animal. cap. iiij. in hunc modum ſcribit: ὅσα μὲν γίνεται πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν οὐδὲν οὐδαμῶς δύναται ζῆν. τὰ δ' ἑπτάμηνα γόνιμα γίνεται πρῶτον. quod eſt: Qui-

Statum tempus pariendi menſis ſeptimus.

cunque

A B *cunctus fœtus citius quàm ſeptimo menſe naſcuntur, horum nullus omnino uitalis eſt. Qui autem ſeptimo menſe prodeunt, hi primū uitales ſunt. Septimo quoq; menſe uitalem poſſe produci fœtum, in libro in quē de ſeptimeſtri partu ſcriptum reliquit teſtatur Hippocrates. Cuius ſiquidem autoritatē ſecutus Paulus Iuriſconſultus, in lege, Septimo menſe, Digeſt. de ſtatu hominū, ita cenſuit: Septimo menſe naſci perfectum partum iam receptum eſt, propter autoritatē doctiſſimi uiri Hippocratis: & ideò credendū eſt eum qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum eſſe filium. Vitalem etiam eſſe ſeptimeſtrem partum, in libro de placitis ſeu hiſtoria philoſophorū, qui liber falſò ad Galenum autorem refertur, ijs uerbis Plutarchus docet: Ἀριστοτέλης καὶ Ἱπποκράτης οἴεται ἐὰν πληρωθῇ ἡ μήτρα ἐν τοῖς ἑπτὰ μησὶ τοῦτο προκύπτει, καὶ τὸ γόνιμον γίνεται. id eſt: Ariſtoteles & Hippocrates putant, ſi uterus menſibus expleatur ſeptem, tum erumpere infantes, & uitales naſci. Atqui de hoc menſe & alijs ſtatis partus temporibus poſthac multa. Iam enarratam ſententiā repetiuit Hippoc. in ij. Epid. lib. ubi ita ſcripſit: ἤισιν οὐδ᾽ ἐμ ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου ἑκάστοισι τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται. Vbi notandū ἀπόγονα hoc loco nihil aliud ſignificare, quemadmodū Galenus in libello de antiquarū dictionum Hippoc. expoſitione teſtatur, niſi*

Liber de hiſtoria philoſophorū nō eſt Galeni.

Lex, Septimo menſe.

Aph. 27. infra. Sectio. 3.

ἀπόγονα.

B *γόνιμα, quæ dictio Latinis uitalia ualet. Errauit igitur mirū in modū Caluus, qui planè cōtrariā illi ſignificationē tribuēs, nō uitalia interpretatus eſt.*

APHORISMVS XXII.

Conſiderandū quibus mēſibus eueniant ea quę in grauidis apparent.

Non temerè monet hoc loco Hippocrates, quod medicus diligenter admodum animaduertat ea quæ in grauidis apparent, quo menſe cōceptionis fiant. Sic quando menſtrua in grauidis apparent, conſiderandum unicè erit medico quo idipſum accidat menſe. Si enim ſemel aut bis, hoc eſt, primo & ſecundo à conceptione menſibus duntaxat apparuerint, nihil mali portendent: ſin deinceps per menſium circuitus ſemper apparuerint, malum mōſtrabunt, nimirum fœtum nō eſſe ſanum. Et hoc eſt quod alibi dixit: ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύονται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν. id eſt: Si mulieri grauidæ menſtræ purgationes erumpunt, fieri nō poteſt ut fœtus bene ualeat. Hippocrati ſubſcribit Ariſtoteles lib. vij. de hiſt. animal. cap. ij. in eum ſcribens modum: γίνεται δὲ ἐνίαις καὶ κυούσαις διὰ τέλους τὰ γυναικεῖα. συμβαίνει μέν τοι ταύταις φαῦλα τίκτειν, καὶ ἢ μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξησιν, ἢ ἀσθενῆ τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι. quod eſt: Sunt quibus prægnantibus uſq; in poſtremum gerendi tempus eueniant: quibus equidem accidit ut praua pariant, et proles aut minus uſq; ad incrementū ſuperſtes ſit, aut infirma procreetur. Pari ratione conſiderandū erit ſi prauus appetitus, quem κίσσαν Græ-

5. aph. 60.

A APHORISMVS XXIII.

Labores partus per circuitus fiunt, quia fœtus qui in ſeptuageſimo mouetur, terna multiplicatione perficitur.

Mira admodum ac concinna breuitate hac in dictione partũ ſeu fœtus perfectionem ex die qua primũ in utero mouetur, dignoſcere docet Hippocrates. Vt uero rectius hanc ipſam aſſequamur, animaduertendum quod hoc loco per labores, quos ſimpliciter πόνους nominat, non aliud niſi dolores partus, atq; adeò tempus in quo fœtus ex utero prodit, intelligat Hippocrates, quod ſanè certis ac ſtatis quibuſdam dierũ ad tempus quo primũ in utero conceptus mouetur, circuitibus ac uicibus accidere inquit. Nã ſi fœtus in die ſeptuageſimo mouetur, tum certũ eſt illum triplicato horũ dierum numero perfici. Id quod etiã teſtatur Macrobius lib. i. Saturnal. cap. vi. in hunc modũ ſcribens: Diſcretio partus futuri, ſicut Hippoc. refert, ſic in utero dignoſcitur: aut enim ſeptuageſimo aut nonageſimo die conceptus mouetur. Dies ergo motus, quicunq; fuerit de duobus, ter multiplicatus, aut ſeptimũ, aut nonũ explicat menſem. Proinde ſi quis exacte partus in utero diſcretionis tẽpus ſcire deſiderat, is dies formationis fœtus omniũ primũ expendat: ij enim duplicati, motus diẽ oſtendẽt, qui rurſus ter multiplicati, perfectionis diem ac menſem indicabũt. Labores.

B *Verbi gratia, ſi corpus infantis trigintaquinq; diebus formatur, die ſeptuageſimo illius motus fit, quia dies xxxv. bis multiplicati, ſunt lxx. perficitur uero die decimo & ducenteſimo, quod lxx. dies ter multiplicati efficiunt ccx. Fit itaq; partus menſe ſeptimo, quando ter lxx. dies, menſes producant ſeptẽ. Et hoc eſt quod Hippoc. in lib. de alimento ijs uerbis inſinuare uoluit: ἐς τύπωσιν λε̄. ἥκλιοι, ἐς κίνησιν ο̄. ἐς τελειότητα σῑ. hoc eſt: Quinq; & triginta dies fœtus formationẽ complent, ſeptuaginta motũ, decẽ uero & ducenti perfectionẽ. Pari modo ſi quadrageſimo die infantis formatur corpus, octogeſimo die fit motus, quod dies xl. bis multiplicati, lxxx. cõſtituant: octauo autẽ mẽſe perficitur partus, quod lxxx. dies ter multiplicati octo efficiãt menſes. Ita ſi quadrageſimoquinto die formatur fœtus, die nonageſimo mouetur: bis enim xlv. faciunt xc. nono autem menſe partus abſoluitur, tot enim menſes xc. dies ter multiplicati cõſtituunt. Si uero quinquageſimo die formatur, centeſimo fit motus, bis enim quinquaginta efficiunt centum: decimo autem menſe partus ſequitur, tot enim menſes centum dies ter multiplicati conficiunt. Ex quibus omnibus ſatis conſtat menſem iuxta hanc Hippocratis ſupputationẽ abſolute dictum, triginta tantum dierum eſſe ſpatium, in qua ſanè ſignificatione Græci frequenter uſi ſunt, apud quos menſes à luna dicti ſunt: nihil enim ijs μὴν aliud quàm menſis, & μήνη luna eſt. Abſoluta itaq; loquendi ratione menſis triginta dierum ſpatium exiſtit: tot enim diebus cum tardiſſime à coitu ſolis*

luna remoratur, ad ſuas uices redit, curſumq́; perficit. Quod uero xxx. tantum dies pro menſe ſupputauerit in partus diſcretione Hippocrates, euidentiſsime indicat locus ille qui habetur lib. ij. Epid. ſect. iij. ubi ſic ſcriptum reliquit: ἢ ἀπὸ τῶν γυναικείων ἀριθμητέοι οἱ ἐννέα μῆνες, ἢ ἀπὸ τῆς ξυλλήψιος, καὶ εἰς ἑβδομήκοντα καὶ διηκοσίους οἱ ἐμμηνιαῖοι μῆνες γίνονται. *quod eſt: Aut à menſtruis, aut à conceptione nouem ſunt numerandi menſes, qui certe ſeptuaginta & ducentos cõſtituunt dies. Si itaq; ducenti & ſeptuaginta dies nouẽ conficiunt menſes, manifeſtiſsimũ erit quemlibet menſem dies obtinere triginta. xxx. enim nouies multiplicati, dies conficiunt cclxx. Menſem quoq; hoc in loco triginta dierum eſſe ſpacium euincit locus Macrobij, qui habetur lib. i. Saturnal. cap. vi. ubi inter cætera ſic ſcribit: Coeant numeri, mas ille qui memoratur, & fœmina, octo ſcilicet & uigintiſeptem, pariunt ex ſe quinq; & triginta. Hæc ſexies multiplicata, creant decem & ducentos, qui numerus dierũ menſem ſeptimũ claudit. Quod ſi igitur ccx. dies menſes efficiunt ſeptem, manifeſtum eſt triginta dies ſupputari pro menſe, quod ſepties triginta conficiant ccx. Imperator quoq; Iuſtinianus C. de iure deliberandi, & adeunda & acquiren. hæred. lege ult. §. Cum igitur. pro trium menſium ſpatio dies nonaginta ſupputat. Cæterum monendos hoc loco quoq; lectores eſſe putaui, quod nos ſeptuageſimo interpretati ſumus ubi Hippocrates* ἑπτὰ *habet: idq́; non abſq; ratione, nam ità magis perſpicua uidebatur eſſe ſententia, cum ſatis conſtet* ἑπτὰ *Hippocratẽ pro* ἑβδομήκοντα *dixiſſe, id quod in ſuis cõmentarijs Alexandrinus etiam teſtatur. Quod autem ſeptenario numero uſus eſt Hippocrates, id non abſq; conſilio feciſſe uidetur: ad huius enim quæ decies fit numeri multiplicationẽ reſpexit, cum nemo eſt qui neſciat, ſeptem ſi decies multiplicentur, cõficere ſeptuaginta. Septenarius itaq; numerus hoc pacto multiplicatus, motus tempus indicat: quem ſi rurſus ter multiplicaueris, ad partus perfectionẽ pertinges. Vera eſſe quæ diximus ſatis docent ea quæ ſcribuntur lib. ij. Epid. ſect. iij. ubi iam enarrata ſententia ijs repetitur uerbis:* οἱ πόνοι ἐν πολυοδίῃσιν, ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται, ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται. *Hic enim manifeſtò apparet Hippocratẽ non ſimpliciter* ἑπτὰ *pro ſeptem, ſed potius ad huius quæ decies fit multiplicationem reſpexiſſe, atq; pro ſeptuageſimo uſum fuiſſe. Caluus hanc ut alias præcedentes ac ſequentes dictiones mirifice ſua interpretatione obſcurauit.*

[Margin: G, D; Caluus.]

APHORISMVS XXIIII.

Quoniã poſt menſium purgationẽ iam dextra, iam uero ſiniſtra uteri pars aperta eſt, ideo interdũ mas, interdum uero fœmina naſcitur.

Duo in hac dictione innuit Hippocrates. Primum eſt, quod mulieres à purgatione quæ fit per menſes, citius quàm alio tempore concipiant. Alterum,

quæ

Mulieres poſt purgationē menſtruam promptius concipiunt.

A *quæ ſit cauſa ut interdum mas, interdum etiam fœmina naſcatur. Quod ad primum attinet, mulieres nimirum potiſſimum poſt menſium purgationem concipere, euidentiſſimũ eſt, & eius rei nulla alia cauſa exiſtit, niſi ea quam in præſentia etiã refert Hippocrates, quod uidelicet tum uterus adhuc hiat, & ſemen ad ſe maiori conatu trahat. Hinc eſt quod Hippoc. in libro de natura fœtus hunc in modum ſcribat:* ἢν μὲν ἀποκενῶσαι τοῦ αἵματος ἡ γυνὴ, λαμβάνει ἐν γαστρί. ἢν δὲ πλήρης ἔῃ, οὔ. κενεῶν γὰρ τῶν μητρέων καὶ τῶν φλεβῶν γινομένων τοῦ αἵματος, λαμβάνουσι πρὸς σφᾶς αἱ γυναῖκες παῖδας. μετὰ γὰρ τῶν καταμηνίων τὴν κάθαρσιν αἱ γυναῖκες λαμβάνουσιν ἐν γαστρί. *quod eſt: Si mulier ſanguine menſtruo uacua eſt, concipit: ſin plena, minime. Nam cum uterus atq; uenæ ſanguine uacuæ fuerint, mulieres fœtus concipiunt. Poſt enim menſium purgationem mulieres concipiunt. Et in lib. i. de morbis mulierum, ubi inter cætera ſic ait:* ἐπὴν ἀποκαθαρθῶσιν αἱ γυναῖκες μάλιστα ἐν γαστρὶ λαμβάνουσιν ἱμερωθεῖσαι, καὶ ὁ γόνος σφίσι ἐρρώννυται ἢν μισγέωσιν ὅτε χρή. καὶ ὁ τοῦ ἀνδρὸς εὐπετέως μίσγεται, καὶ ἢν ἐπικρατήσῃ τῷδε ἠδέλφισται, τότε γὰρ μάλιστα τὸ στόμα τῶν μητρέων κέχηνε, καὶ τέτανός ἐστι μετὰ τὰς καθάρσιας, καὶ αἱ φλέβες πλεῖαι αἵματος ἐοῦσαι, οὐχ ὁμοίως σπῶσι τὴν γονήν. *hoc eſt: Poſtquam*
B *mulieres purgantur, tum potiſſimũ concipiunt, iam ſcilicet ad deſiderium deductæ, & ſemen ipſis ualidũ eſt ſi cum oportet coeant. Viri quoq; ſemen facile miſcetur, & ſi ſuperauerit, huic fraternè conciliatur: tum enim uteri os maxime patet, & extenſum eſt à purgationibus: uenæ deniq; ſanguine plenæ haud ſimiliter ſemen attrahunt. Hippocratis ſententiam confirmant quæ ſcribit Ariſtoteles lib. vij. cap. ij. de natura animal. in hunc modũ:* φύσει μὲν οὖν ἡ σύλληψις γίνεται μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν ταῖς γυναιξί. *hoc eſt: Conceptus mulieribus poſtquam à menſtruis liberatæ ſunt, ſua natura contingit. Et paulò poſt:* καὶ γινομένων ἔτι ἔνιαι συλλαμβάνουσιν, ὕστερον δ' οὐ συλλαμβάνουσιν ὅσαις εὐθὺς μετὰ τὴν κάθαρσιν αἱ ὑστέραι συμμύουσι. *id eſt: Nonnullæ etiam dum profluunt menſes concipiunt, poſtea uero concipere nequeunt quibus ſtatim à purgatione uterus clauditur. Iam dictis ſubſcribit quoq; Galenus lib. i. de ſemine, ſic dicens:* παρ' αὐτῶν οὖν ἐφαίνοντο τοῖς ἐμβρύοις αἱ μῆτραι περιεσταλμέναι διὰ παντὸς, εἴτε μεῖζον, εἴτ' ἔλασσον, εἴτε καὶ παντάπασιν ἦν μικρόν. ἐοίκασι γὰρ οὕτως, ὥσπερ ὁ Πλάτων εἶπεν, αἱ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι, καθάπερ τι ζῷον παιδοποιίας ἐπιθυμητικὸν ὑπάρχειν, καὶ διὰ τοῦτ' ἕλκοντε πρὸς ἑαυτὰς τὸ σπέρμα, καὶ προσλιπαινομέναι κατέχειν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τοῦτο προφανῶς αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι πολλάκις ὑπῆρχεν αἰσθέσθαι, δίκην σικύας ἰατρικῆς εἴσω τὸ αἰδοῖον ἐπισπωμένων αὐτῶν. γίνεται δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτον ἄρτι

πεπαυμένων τῶν καταμηνίων, ἡνίκα μάλιστα συλλαμβάνουσιν αἱ μή- C
τραι τὴν γονήν. quod eſt: Vterus itaq; omnium fœtui, ſiue maior, ſiue minor, ſiue omnino exiguus is erat, circumiectus apparebat. Repræſentat enim uterus, quemadmodum Plato ait, animal quoddam prolis creandæ appetens, eoq; ad ſe ſemen trahit, & circumplexa continet: quod haud obſcure uiros ipſos crebrò percipere contingit, utero nimirũ cucurbitulæ medicæ inſtar penem attrahente. Fit autem id potiſſimum finitis nuper menſibus, quando maxime uterus ſemen concipit. Hæc ille. Proinde medicus diligenter atq; accurate quod ab Hippocrate dictum eſt, in ijs mulieribus quæ haud prompte concipiunt, conſideret, ut nimirũ illis mox ut à purgationibus menſtruis, dum adhuc parum uterus patet, uel in ipſo etiã profluuio menſium, cum uiro coeant, præcipiat: nam ita facillime ſemen ad ſe trahit uterus, prompteq; mulieres concipient. Hinc eſt quod in libro de octimeſtri partu Hippocrates dixerit: ταῖς πλείσταις τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐν γαστρὶ λαμβάνειν μετὰ τὰ καταμήνια. Neceſſe eſſe ut aliqua ratione iam dicta poſt purgationem concipiant innuens. Alterum quod tacite in hac dictione docet, eſt, quod contingat interdum marem, interdum autem fœminam produci, idq; nõ alio nomine, niſi quod nonnunquã dextera uteri pars, interdum uero ſiniſtra pateat. Nam ſi dextra aperta fuerit, tum maſculus concipitur, eo quod ſiniſtra calidior ſit. D
Sin uero ſiniſtra patebit, fœminam potius concipi contingit. Hinc in aphoriſmis ſcriptum reliquit: ἔμβρυα τὰ μὲν ἄῤῥενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσι ἀριστεροῖσι μᾶλλον. hoc eſt: Fœtus qui mares ſunt parte uteri dextra continentur, qui uero fœminæ, in ſiniſtra magis. Multa ea de re ſuprà quoq; diximus. Cæterum quod ait, iam dextra, iam ſiniſtra, ſatis innuit duplices in homine duntaxat uteri ſinus eſſe, unum quidem in dextris, alium uero in ſiniſtris: ita ut uehementer errent qui ſeptem eſſe eiuſdem ſinus, ſeu ut ipſi loquuntur cællulas, comminiſcuntur. Qua de re plura lib. iij. cap. ix. Paradoxorum noſtrorum diximus.

Quando mas, quando fœmina concipitur.

5. aph. 48.

Part. 2. aph. 30.

APHORISMVS XXV.

Vteri humiditas per ea quæ ab illo procedunt dignoſcitur, ſiccoq; uictu curatur.

Sterilitatis cauſa nimia uteri humiditas.

De uteri immodica humiditate, quæ nonnunq; ſterilitatis cauſa eſſe ſolet, hoc in loco agit Hippocrates, primumq; quibus indicijs hæc ipſa agnoſci, & deinceps qua uictus ratione curari poſſit, monſtrat. Porrò intemperiem uteri humidam conceptionẽ prohibere, Hippocrates alibi ijs uerbis teſtatus eſt: ὁκόσαι καθύγρας ἔχουσι τὰς μήτρας οὐ κυΐσκουσιν, ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. hoc eſt: Quæcunq; præhumidos uteros habent, non concipiunt: extinguitur enim in eis genitura. Cui ſubſcribũt quoq; Aetius lib. xvi. cap.

5. aph. 62.

A cap. xxvi. & Paulus Aegineta lib. iij. cap. lxxiiij. inter ſterilitatis cauſas uteri humiditates cõnumerantes. Quum itaq; hæc ipſa ſterilitatẽ pariat, neceſſe erit medico ut hãc ipſam aliquot ſignis agnoſcat. Non ſunt uero certiora quàm ea, ut Hippoc. quoq; hic ait, quæ ex ipſo procedunt, hoc eſt, menſtrua. Si enim hæc tenuiora ac copioſiora fuerint, tum euidenter uteri humiditatem portendunt: id quod etiam teſtatur Paulus loco iam citato, in eum modũ ſcribens: Humiditatis uteri uitio fœcunditatẽ fruſtrari indicat in coitu humor diſtillans ab inguine, & menſtrua tenuia atq; copioſa. Hæc ille. Cognita inſuper uteri humiditate, medicus feſtinet ad huius curationem, quæ, ut Hippocrates hoc loco docet, in ſicca uictus ratione conſiſtit. Quæ uero ſit illa uictus ratio, explicat Aetius lib. xvi. cap. xxix. ſic ſcribens: Quæ ob uteri humiditatem non concipiunt, aridioribus alimentis uti oportebit, plurimum exerceri ac perfricari, & euacuationis auerſionisq; cauſa interdum pranſas, interdũ ieiunas euomere, & cibi parſimonia deſiccari, carnesq; potius toſtas uigentiũ ætate animalium, ac piſces ſolidiores comedere, uinumq; potens meracius quidẽ, ſed parcius bibere. Arida præterea fomenta crebrò, at balnea aquæ dulcis perquã raro adhibenda ſunt. Aetio ſubſcribit Paulus loco paulò ante citato ijs uerbis: His uictus utilis eſt ſiccior, labores, ſuperiorum per- Procedentia ab utero.

B frictiones, uomitus, cibi ſicci et mediocres. Profuerit & uuluam acerbis medicamentis continere, quale eſt lentiſci decoctum, myrtorum, roſarum, rhus, mali granati floris, ramuſculorum rubi, & gallæ.

APHORISMVS XXVI.

Quoniam mas celerius in utero per membra diſcernitur, ideo poſtquam mouetur, tardius in poſterum augetur.

Mares citius fœminis in utero formari ac in ſua membra diſcerni, poſtq̃ autem mouentur ac in lucem prodeunt, tum deinceps tardius ad iuſtum perue nire augmentum, Hippocrates hoc loco monſtrat. Proinde fœminæ tardius quidem formãtur ac partium diſcretionẽ accipiunt, citius autem augmentum pertingunt. Id quod teſtatur Hippocrates in lib. de ſeptimeſtri partu, ubi ſic ſcriptum reliquit: τὰ θήλεα κρίνεται βραδύτερον διὰ τὴν συνήθειάν τε καὶ φιλότητα. καί τοι τάγε ἀλλὰ ὅταν χωρισθῶσι τῶν μητρῶν, αἱ θυγατέρες τῶν κούρων θᾶσσον ἡβῶσι καὶ φρονέουσι, καὶ γηράσκουσι διὰ τὴν ἀσθένειάν τε τῶν σωμάτων, καὶ τὴν δίαιταν. *id eſt: Fœminæ tardius ab utero propter conſuetudinem ac amorem diſcernuntur, nihilominus tamen quando ſeparantur ab utero, tum maribus citius pubeſcunt, ſapiunt, & ſeneſcunt, ob corporum nimirum imbecillitatem, & uitæ rationem. Repetita eſt hæc ſententia antea quoq;, & iiſdem ferè uerbis, in cuius explicatione multa quæ ad inſtitutum facient inuenies.* Part. 2. aph. 31.

APHORISMVS XXVII. C

Dolores grauidis ut plurimum tertio, quinto, ſeptimo, nono, ſecundo, quarto, ſexto, & octauo menſibus fiunt.

Dolores. *Per dolores hac in dictione Hippoc. non eos tantum qui in partu, ſed eos etiã qui abortus tempore mulieribus accidũt, intelligit. Hos autẽ ſtatis menſibus ac tẽporibus illis fieri dicit, & ut plurimũ tertio, quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octauo & nono menſibus. Hippoc. uero nullo ordine nomina illorum refert, quia impares ſeorſim connumerare uoluit, ſeorſim etiam pares. Non autẽ ab re dictũ eſt, ut plurimũ: nam & alijs quoq; menſibus, præter eos qui iã dicti ſunt, abortus ac partus dolores fieri ſolent, at rariſsime. Sic in primo*

Abortus in primo menſe. *nonnunquã menſe abortus fit, quemadmodum teſtatur Hippoc. in lib. de fœtus natura ſic ſcribens:* πολλαὶ δὲ γυναῖκες ἤδη διέφθειραν κοῦρον ὀλίγῳ πρόσθεν τριήκοντα ἡμερῶν καὶ ἄναρθρον ἐφαίνετο. ὁκόσα δ' ὕστερον ἢ ἅμα τριήκοντα ἡμέρῃσι, διηρθρωμένα ἐφαίνετο ἐόντα, καὶ ἐν τῇ κούρῃ κατὰ λόγον τῶν τεσσαράκοντα καὶ δύο ἡμερῶν. *quod eſt: Plurimæ mulieres paulò ante trigeſimũ diem puerum perdiderunt, & ſine articulis apparuit: Quicunq; autẽ poſt aut ſimul cum trigeſimo die perditi ſunt fœtus, articulis iam conformati cõparuerunt. Et in puella, pro ratione duorũ & quadraginta dierum.*

Abortus in ſecundo, tertio et quarto menſibus. *Cæterum quod abortus etiam fieri poſsit in ſecundo, tertio* D *& quarto menſibus, confirmant ea quæ ſcribit Galenus lib. vi. cap. v. de affe. locis hunc in modum:* εἰ δὲ κυΐσκοιτο μὲν ἑτοίμως ἡ γυνή, δίμηνον δὲ καὶ τρίμηνον, ἢ τετράμηνον ἐκβάλλῃ τὸ κύημα, περὶ τὰς κοτυληδόνας αὐτῇ τῶν μητρῶν ὑγρότης φλεγματώδης ἀθροίζεται, δι' ἣν ἡ τῶν γινομένων ἐν τῷ χωρίῳ φλεβῶν τε καὶ ἀρτηριῶν σύμφυσις τοῖς στόμασι τῶν καθηκόντων εἰς τὴν μήτραν ἀγγείων ἄτονος ἐστί, ὡς μὴ φέρειν τὸ τοῦ κυουμένου βάρος, ἀλλ' ἀπορήγνυσθαι ῥᾳδίως. *quod eſt: Si mulier prompte conceperit, deinde ſecundo, aut tertio, aut quarto imprægnationis menſe fœtum eiecerit, circa uteri acetabula humor pituitoſus abundat, quapropter uenarũ arteriarumq; eius loci nexus ad ora uaſorum in uterum pertingentium debilis redditur, ut fœtum ob grauitatem ferre nequeat, ſed facile abrumpatur. Et*

5. aph. 45. *id eſt quod etiam alibi ijs uerbis docuit Hippocrates:* ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατέειν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀπορρήγνυνται. *id eſt: Mulieres quæ mediocriter corpulentæ abortum faciunt ſecundo aut tertio menſe ſine cauſa manifeſta, ijs acetabula uteri plena mucoris ſunt, & nõ poſſunt præ ſuo*

Abortus in quinto & ſexto. *pondere continere fœtum, ſed diſrumpuntur. Sententiã Hippocratis ſequitur etiam Aetius lib. xvi. cap. xxi. Quod autem quinto & ſexto quoq; menſibus*

A ſibus fieri poßit abortus, facile ex iis quæ ſcribit Galenus lib. ii. de ſympt. cau ſis conijcere licebit, ubi ſic ait: ἢ τὸν τρίτον, ἢ τέταρτον, ἢ ὁντιναοῦν ἄλλον μῆνα διαφθαρὲν εὐθέως ἐκβάλλει τὸ ἔμβρυον, ἀνοιχθεῖσα καὶ νῦν ὁμοίως τὸν στόμαχον ὡς ὁπότ᾽ ὠδίνων ἐπιστάντος τοῦ τόκου. id eſt: Corruptum fœtum confeſtim eijcit, aut tertio, aut quarto, aut alio quolibet menſe, haud aliter iam quàm inſtante pariendi tempore os aperiens. In ſumma, in omnibus menſibus qui infra ſeptimũ ſunt, fiunt abortus, ſed potiſsimũ iis qui ab Hippocrate connumerantur, tertio, quarto, quinto & ſexto menſibus. Præterea ut ſtatis menſibus dolores abortus fieri ſolent, ſic quoq; partus: ut plurimum uero ſeptimo, octauo & nono menſe dolores partus inuadunt, etſi interdũ ad decimum uſq;, & ad initia undecimi menſis partus differatur. Septimo menſe naſci perfectũ partum ſatis teſtantur ea quæ in libro de ſeptimeſtri partu con ſcripto tradit Hippocrates, & ea quæ nos in explicatione aphoriſmi uiceſimiprimi paulò ante retulimus. Octauo autem menſe poſſe fieri partum, in libro de octimeſtri partu docet Hippocrates: at uiuere ac ſupereſſe diutius non poteſt. Hinc eſt quod in lib. de alimento ſcitiſsime ab Hippocrate dictũ ſit, ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις. quod eſt: Eſt autem & non eſt octimeſtris partus. Quibus ſanè uerbis Hippoc. indicat, ea quæ octauo

Stati partus menſes.

Septimo menſe fit partus.

B menſe generantur apparere quidem ut animalia, at nequaquam eſſe, quod nimirum ſtatim uita excedant: itaq; eſſe quidem tantiſper imaginantur, ſed potentia non ſunt. Nono inſuper menſe poſſe fieri partum Hippocrates in libro de carnibus teſtatur iis uerbis: τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον, καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον οὐδὲν βιοῖ πώποτε. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερῶν γόνος γίγνεται καὶ ζῇ. id eſt: Puerulus ſeptimo menſe ſi in lucem ædatur, legitime natus eſt, et uiuit, habetq; rationem eiuſmodi, & numerum exacte ad ſeptimanas reſpondentem. Menſe autem octauo natus nullus unquam uixit. Nono uero menſe & decimo die natus, ſupereſt. Et is certe uidetur eſſe locus unde deſumpta eſt lex, Septimo menſe, Digeſt. de ſtatu hominũ, cuius antea mentionem fecimus. Et hi quidem ſunt menſes in quibus ut plurimum partus dolores accidunt. Porrò decimo menſe quoq; partum fieri, in libro de octimeſtri partu ædito, & in multis aliis locis teſtatur Hippocrates, & poſt hunc etiam, ut paulò poſt dicemus, Ariſtoteles. Plautus quoq; in Ciſtellaria, in qua ita ſcriptum reliquit:

Aph. 23.

Decimo menſe fit partus.

Tunc illa quam compreſſerat
Decimo poſt menſe exacto hic peperit filiam.

Sed & undecimo menſe poſſe fieri legitimum partum, iis uerbis in libro de octimeſtri partu docet Hippoc. οἱ δὲ δεκάμηνοι τῶν τόκων καὶ ἑνδεκάμηνοι

ἐκ τῶν ἑπτὰ τεσσαρακονταδῶν τοὺς αὐτοὺς τρόπους γίνονται. καὶ ἐκ τοῦ ἡμίσεος τοῦ ἐνιαυτοῦ οἱ ἑπτάμηνοι. quod eſt: Decimeſtres & undecimeſtres ſeptem quadragenarijs hunc in modum naſcuntur. Septimeſtres autem anni dimidio. Hippocrati ſubſcribit Ariſtoteles lib. vij. cap. iiij. de hiſt. animal. ſic dicens: τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῷα μοναχῶς ποιεῖται τὴν τοῦ τόκου τελείωσιν, εἷς γὰρ ὥρισται τοῦ τόκου χρόνος πᾶσιν. ἀνθρώπῳ δὲ πολλοὶ μόνῳ τῶν ζῴων. καὶ γὰρ ἑπτάμηνα ἤδη ὀκτάμηνα καὶ ἐννεάμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον, ἔνιαι δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. ὅσα μὲν οὖν γίνεται πρότερα τῶν ἑπτὰ μηνῶν, οὐδέποτε οὐδαμῇ δύναται ζῆν. τὰ δ' ἑπτάμηνα γόνιμα γίνεται πρῶτον, ἀσθενῆ δὲ τὰ πολλά. τὰ δ' ὀκτάμηνα περὶ μὲν Αἴγυπτον, καὶ ἔν ἐνίοις τόποις, ὅπου εὐέκφοροι αἱ γυναῖκες, καὶ φέρουσί τε πολλὰ ῥᾳδίως καὶ τίκτουσι, καὶ γεννώμενα δύναται ζῆν κἂν τερατώδη γένηται. ἐνταῦθα μὲν οὖν ζῇ τὰ ὀκτάμηνα καὶ ἐκτρέφεται. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις ὀλίγα πάμπαν σῴζεται, τὰ δὲ πολλὰ ἀπόλλυται, καὶ διὰ τὴν ὑπόληψιν κἂν σωθῇ τι, νομίζουσιν οὐκ ὀκτάμηνον εἶναι τὸ γεγενημένον, ἀλλὰ λαθεῖν ἑαυτὰς αἱ γυναῖκες ξυμβαλλούσας πρότερον. hoc eſt: Cætera igitur animalia ſingulari modo partum ſuum perficiunt: unum enim pariendi tempus omnibus ſtatutum eſt. Homini uero uni animalium plura: nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono, & quod plurimũ decimo pariunt. Nõnullæ etiam undecimũ pertingunt menſem. Quicunq; itaq; fœtus maturius quàm ſeptimo menſe prodierit, nullo pacto uitalis eſt. Qui ſeptimo menſe exeunt, uitales primum, ſed magna ex parte infirmiores. Qui uero octauo naſcuntur menſe in Aegypto, & quibuſdã alijs locis ubi mulieres fertiliores ſunt, multosq; ſimul et ferunt, & facile pariunt, etiam ſi monſtroſi ſint, uiuere poſſunt. Ibidem igitur octomeſtres partus & uiuunt, & aluntur. Sed in locis Græciæ pauci admodum ſeruantur, & multi intereunt. Vnde propter ſuſpicionem, etiamſi quis ſeruetur, non octauo menſe natum eſſe exiſtimant, ſed mulieres ſui conceptus initium latuiſſe. Ariſtotelis ſententiam ſecutus eſt Plinius lib. vij. cap. v. in eum modum ſcribens: Cæteris animantibus ſtatutum & pariendi & partus gerendi tempus eſt: homo toto anno, & incerto gignitur ſpatio, alius ſeptimo menſe, alius octauo, & uſq; ad initia decimi undecimiq;. Ante ſeptimũ menſem haud unquam uitalis eſt. Septimo, nõ niſi pridie poſtridieq; plenilunij die, aut interlunio concepti naſcuntur. Translatitium in Aegypto eſt & octauo gigni. Iam quidem & in Italia tales partus eſſe uitales. Contrà priſcorũ opiniones uariant hæc pluribus modis. Veſtilia C. Herdicij ac poſtea Pomponij atq; Orfiti clariſſimorum ciuium coniunx, ex ijs quatuor partus enixa, Sempronũ ſeptimo menſe genuit, Suillum Ruffum undecimo, Corbulonem ſeptimo, utrunq; conſulem,

A *ſulem, & poſtea Cæſoniam Caij principis coniugem, octauo. Hactenus Plinius. Diuus deniq; Adrianus, ut autor eſt Gellius lib. iij. cap. xvi. in quo multa ad inſtitutũ noſtrũ facientia producit, cauſa cognita decreuit undecimo quoq; menſe partum edi poſſe. Sed præſtat uerba Gellij ſubſcribere, quæ ſic habent: Præterea ego de partu humano, præterquã quæ ſcripta in libris legi, hoc quoq; ueniſſe uſu Romæ comperi, fœminam bonis atq; honeſtis moribus, non ambigua pudicitia, in undecimo menſe poſt mariti mortem peperiſſe: factumq; eſſe negotiũ propter rationem temporis, quaſi mortuo marito poſtea concepiſſet, quoniã Decemuiri in decem menſibus gigni hominem, non in undecimo ſcripſiſſent: ſed diuum Adrianum cauſa cognita decreuiſſe, in undecimo partum edi poſſe: idq; ipſum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Adrianus id ſtatuere ſe dicit, requiſitis ueterum philoſophorum & medicorum ſententijs. Ex quibus omnibus ſatis conſtat, undecimo menſe iuſtũ partum naſci poſſe. Sed animaduertendum, non ſimpliciter uerum eſſe undecimeſtrem partum legitimum fore, niſi de eo intellexeris, qui, ut Plinius loco citato ait, ad initia, hoc eſt, primo aut ſecundo die undecimi menſis naſcitur. Nam ſi ſub finem undecimi menſis quis natus fuerit, is legitimus haud erit. Hinc eſt quod non ſolum prudenter, imò etiam recte Iuſtinianus Imp. in nouellis* Quis undecimeſtris partus ſit legitimus. Iuſtiniani Imperatoris cõſtitutio

B *cõſtitutionibus, Authenticas hodie uocãt, de reſtitu. & ea quæ parit unde. menſe, aduerſus partum ſub finem undecimi menſis natum pronunciauerit, eumq; haud iuſtum eſſe decreuerit. Verum conſtitutionis, quæ xxxix. ordine exiſtit, uerba ſubijciamus:* γυνὴ γὰρ εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα τοῦτον ἀπέβαλεν, ὡς ἔοικε καὶ ἔτι περιόντος αὐτοῦ τὸ μὴ σωφρονεῖν συνοῦσα. οὔπω γὰρ ἐξήκοντος τοῦ ἔτους καὶ τὸν ἑνδέκατον μῆνα περαιούμενον ἔτεκεν, ὥστε οὐκ ἦν δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο βρέφος. οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἡ κύησις ἐξετάχθη χρόνον. *quod eſt: Siquidem mulier cum in domum uiri deducta eſſet, deſpicatui hũc habuit, de uiolanda pudicitia, ut licet cõijcere, etiamnum ſuperſtite marito cogitans. Nondum enim elapſo anno, perfecto iam undecimo menſe, peperit, ut nequaquã ex defuncto fœtum ſuſceptũ queamus dicere: neq; enim partus ipſe in tam longum tempus protenſus eſt. Ex quibus ſanè uerbis euidentiſſimũ eſt mulierem hanc exacto iam undecimo menſe, id enim uerbum* περαιούμενον *ſignificat, peperiſſe, meritoq; à Iuſtiniano aduerſus hanc pronunciatũ eſſe. Non itaq; iure Iuſtinianũ notat Alciatus, uir alioqui doctiſſimus, lib. iij. ſuorum Paradoxorũ cap. vij. quaſi ſummo rigore hic uſus fuerit, dum mulierem quæ hoc tempore peperit, eas pœnas ſubire, quibus ueteri iure afficiebantur, iuſte ſtatuit: neq; enim fieri poteſt ut à conceptus tempore uſq; dum exactus ſit undecimus menſis, partus legitimus protendi poſſit. Id quod & Hippocrates uoluit, dum in libro de natura* Alciatus non iure notans Iuſtinianum.

A *niſi repentina morte correptus pater fuiſſet, fit ut partus etiam legitimus undecimum uſq; menſem in utero contineri queat. Vtraq; igitur ſententia, & eorum uidelicet qui inter initia undecimi menſis, & eorum qui intra decem menſes partum legitimum fieri decernunt, uera eſt: nam illi à conceptu undecim menſes, hi uero à morte decem dinumerant.*

PARTICVLAE SEPTIMAE FINIS.

HIPPOCRATIS SEXTI EPIDEMIΩN LIBRI PARTICVLA OCTAVA,

LEONARDO FVCHSIO INTERPRETE.

APHORISMVS PRIMVS.

COnſideranda ſunt & hæc ipſa quę ex parua tabula deſumpta ſunt.

Hæc uerba procemij uicem habere uidentur, in quibus monemur, quod hæc quæ in octaua hac particula ſequuntur, diligenter nobis ſint conſideranda, quod ex parua Hippocratis tabella, in qua memoratu digna, & generalia quæ- B *dam artis theoremata conſcripſerat, deſumpta ſint. Et cum totus hic liber ſextus, ut in proœmio indicauimus, in tabulis ab Hippocrate ſcriptus ſit, & tandē ab huius filio Theſſalo in ordinem digeſtus, peculiari tamen cuidam tabulæ, quam memoriæ conſeruandæ gratia ſecum nunquam nō geſtauerat, & ueluti enchiridio quodam uſus fuerat, ea quæ iam commemorabuntur, utpote quæ cæteris omnibus antecellerent, magisq; ea quæ olim obſeruabat in memoriam reuocarent, inſcripſerat: illaq; hoc nomine nobis eo diligentius eſſe expendenda hortatur. Primum autem quod conſiderandum nobis eſſe præcipit, id eſt quod ſequitur.*

APHORISMVS II.

Victus ratio ciborum potusq; repletione ac uacuatione conſtat. Spectandum itaq; quid horum ex quibus in quæ mutationes poſſint.

Cū ea medicinæ pars quæ uictus ratione morbos curat, διαιτητικὴν Græci uocant, reliquis omnibus præſtet, adeoq; nobiliſſima ſit, meritò ab hac ipſa paruæ tabellæ, ſeu octauæ huius particulæ initium ſumit Hippocrates: eoq; ipſo monet, quod ciborū ac potuum exquiſita cognitione nobis opus ſit, quando fieri non poſſit ut illis recte utamur, niſi prius eorundē facultates perſpectas habuerimus. Et cum, ut alibi ait Hippoc. τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πειρῆς δέῃ, id eſt, cibi & potus experientiam poſcant, diligenter horum facultates ex ueteribus, qui eaſdem experiētia cognouere, ſunt diſcendæ. Et ſi

Διαιτητικὴ cæteris medicinæ partibus præſtat.

2. Epid. ſect. 2.

qui ſint quorum uirtutes illos latuerunt, nobis certe eorundem effectus experientia indagandi erunt. Cæterum cum medicina, ut Hippoc. in lib. de flatibus ait, nihil aliud ſit niſi πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, hoc eſt, adiectio & detractio, certum quoq; eſt uniuerſam uictus ratione̅, ciborum potiſſimu̅ ac potuum, in repletione & uacuatione ſitam eſſe. Proinde ſi opus erit adiectione, tum ſanè conueniet uti repletione, & cibos adhibere qui corpus reficere ℞ G
2. aph. 4. & 22. poſſunt, id quod per πλησμονὴν dictione̅ hic & alibi quoq; innuit Hippoc. Si uero detractione opus erit, tum potius ciborum ac potionu̅ abſtinentia corpus uacuandum erit. Hinc eſt quod loco iam citato dixerit: ὑπὸ πλησμονῆς
2. aph. 22. ὁκόσα ἂν νουσήματα γίγνηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ὑπὸ κενώσεως, πλησμονὴ, καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. hoc eſt: Quicunq; morbi ex repletione fiunt, uacuatione curantur. Quicunq; uero uacuatione, repletione, & aliorum quidem contrarietas. Quibus iterum uerbis oſtendit, quod rectè ab ipſo tanquam ueritatis amico medicina definita ſit, & quod omnia contrarijs curantur auxilijs. Deniq; cum inter cibos & potus ſint qui copioſe, & qui parcè corpus reficere ac nutrire queant, diligenter omnium illorum facultates cognoſcere curet medicus, quo ſcilicet ſuo tempore ijs quæ multu̅, & ſuo etia̅ ijs quæ parum nutriunt uti queat. Nam ſi copioſe reficientes cibos aut potus ubi parcè nutriendum eſſet exhibuerit, aut contrà parcè nutrientes cibos & D
potus ubi copioſe reficiendu̅ eſſet adhibuerit, non parum inco̅modabit. Hinc eſt quod in libro de priſca medicina ſic ſcriptum reliquerit Hippoc. νῦν δὲ οὐκ ἔλασσον ἁμάρτημα, οὐδὲ ἧσσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον, ἢν ἐλάσσονα καὶ ἐνδεέστερα τῶν ἱκανῶν προσφέρηται. τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μένος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιῶσαι καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κακὰ ἑτεροῖα μὲν τῶν ἀπὸ πληρώσιος, οὐχ ἧσσον δὲ ἅμα δεινὰ κενώσιος. quod eſt: Prætereà non minor error eſt, neq; minus lædit hominem, ſi pauciora & minora quàm ſatis ſit aut expediat propinentur. Pars enim famis & inediæ plurimu̅ in hominis natura poteſt, & bene ualentem reddere & infirmum, & interimere. Multa etiam alia mala no̅ ſimilia ijs quæ à plenitudine fiunt, no̅ minus tamen quàm ea quæ ab euacuatione exiſtunt grauia. Cum igitur tanta mala ex intempeſtiua cibi potusq; repletione & uacuatione nobis immineant, haud temerè ſubiecit Hippocrates, ſpectandum eſſe medico quid poſſint horum mutationes, dum nimiru̅ à cibis reficientibus ad inediam corpus detrudimus, uel rurſus ab inedia ad repletionem. Nam nemo eſt qui neſciat eiuſmodi mutationes, ni
Aph. 18. & ſeq. ſi co̅mode fiant, admodum periculoſas eſſe. Hinc eſt quod Hippocrates libro ſecundo de rat. uict. in morbis acut. acriter reprehendat medicos qui per tres
Diatritarij. dies, hinc Diatritarij dicti, aut plures etiam, ægros inedia & fame excruciabant,

B *bant, quãdo hoc nomine grauiſsime q̃plurimi læſi ſunt. Proinde medicus unicè obſeruet, ut eos duntaxat repleat qui adiectione opus habent: eos uero qui detractione, inedia potius maceret.*

APHORISMVS III.

Odores oblectant, offendunt, implent & placant. Contemplandũ itaq; quid mutationes, ex quibus in quæ ualeant.

Cum odores quoq; inter ea quæ corpus noſtrum nutrire poſſunt recenſeantur, haud temerè Hippocrates hoc in loco illorum poſt cibum ac potum mentionem facit. Verum cum non tantũ ad reparandas exhauſtas iam uires odoratis utatur medicus, ſed ad alios quoq; uſus accõmodat, neceſſe eſt ut illorum facultates, quas ſumma quadam breuitate complexus eſt Hippocrates, perſpectas habeat. Primum autem odores oblectare ait, de qua re nemo eſt qui ambigat, quando experientia doceat nullum eſſe qui bonis odoribus non delectetur. Cauſam autem cur odoribus præcipue capiantur homines, explicat Cælius lib. xiij antiq. lect. cap. xix. ſic ſcribens: Id inde putatur effici, quod cerebrum nos maius habeamus, & reliquis aliquanto humectius. Propterea odorum illuc aſcenſus hyperbolen eam, hoc eſt, frigiditatis exceſſum & humectationis ad menſum reuocat rationalẽ. Hæc ille. Vt uero bene odorata nos Odores quid poſſint. Cur odoribus præcipue capiantur homines.

B *oblectant, ita rurſus fœtida offendunt: nemo enim eſt qui ſe à graue olentibus non auertat. Etſi autem odorata nos oblectent, fœtida uero offendant, tamen nonnunquam fœtida pro odoratis adhibenda erunt. Sic in uteri præfocationibus, cum odorata uehementer obſint, fœtidis potius utimur, naribus ea adhibentes. Id quod etiam faciendum eſſe docet Galenus lib. i. ad Glauconem, ſic de curatione earum quæ ex utero laborant atq; exoluuntur, ſcribens:* ταῖς μὲν ῥισὶν ὀσφραντὰ δυσωδέστατα, ταῖς δὲ μήτραις εὐώδη, καὶ τὰ χαλαστικὰ καὶ θερμαίνειν δυνάμενα φάρμακα προσοίσομεν. *hoc eſt: Naribus quidem ea quæ fœtidiſsimũ odorem habent, utero autem odorata, & quæ laxare & calefacere poſſunt, medicamenta adhibebimus. Cum itaq; nõ ſemper odoratis quauis corporis parte uti liceat, non ab re dixit Hippocrates, mutationes odorum eſſe contemplandas, quid nimirum efficere poſſunt. Hinc eſt quod neq; odoratis indiſcriminatim nobis uti liceat, ſed iam calidis, iam frigidis. Verbi gratia, ſi quiſpiam per ſanitatẽ calidis odoribus oblectatus eſt, iam uero febre aut alio morbo calido correptus decumbit, tum certe mutatione opus erit, atq; à calidis ad frigidos odores, roſas ſcilicet, uiolas, & iis ſimiles tranſeundum erit. Et è regione, ſi quis bona ualetudine præditus frigidis oblectatus eſt odoribus, nunc uero frigido correptus eſt morbo, lethargo nimirum, aut ſimili, frigidorũ in calidos odores, cinamomũ, lignum aloes, & id genus alios, mutatio facienda erit. In ſumma, nunquam non contrarios* Fœtidorum uſus in uteri præfocationibus.

morbo odores adhibeat medicus. Porrò implere, hoc eſt, reficere corpus ac C
Odores nutriunt. *nutrire quoq; odores poſſunt; quemadmodum in libro de alimento ijs uerbis teſtatus eſt Hippocrates:* ὁκόσοι ταχείης προσθέσιος δέονται, ὑγρὸν ἴημα εἰς ἀνάληψιν δυνάμιος κράτιστον. ὁκόσοι δὲ ἔτι ταχυτέρης, δι' ὀσφρήσιος. *quod eſt: Quicunq; celeri adiectione indigent, humidũ remedium recuperandis uiribus optimum eſt: ubi autem adhuc ocyore, per odoratum.*

Reparari uero ex odore non ſolum ſpiritus, ſed & ſolidiora membra, exemplo Democriti Abderitæ oſtendi poteſt, qui, ut autor eſt Laertius nono libro, nonum & centeſimum annum agens, ſolo panis odore uitam triduo conſeruauit. Sed præſtat Laertij uerba ſubſcribere: Cũ iam, inquit, ex ſenio deficeret, & propinquus uideretur morti, mœrentem ſororem, quod ille in celebritate Cereris moriturus, ipſa deæ uota exoluere nequiret, bono animo eſſe iuſſit, panes'q; calidos ſibi quotidie afferre. Eos igitur naribus cum admouiſſet, uiuum ſe dum ea celebritas tranſiret ſeruauit. Vbi autẽ dies illi tranſierunt, tres uero erant, quietiſſime ac minimo dolore concluſit uitam, ut Hipparchus ait centeſimo nono ætatis anno. Hinc elegans de illo libro tertio epigrammatum hoc extat epitaphium:

Democriti odore panis uitã triduo prorogaſſe.

καὶ τίς ἔφυ σοφὸς ὧδε; τίς ἔργον ἔρεξε τοσοῦτον,
 ὅσσον ὁ παντοδαὴς μήνυσε Δημόκριτος; D
ὃς θάνατον παρέοντα τρί' ἤματα δώμασιν ἔσχεν,
 καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄσθμασιν ἐξένισεν. *hoc eſt:*

Quiſnam tam ſapiens uiſus qui tale patrarit
 Vnquam, quale ſciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præſentia fata dies, &
 Illa recens cocti panis odore aluit.

Aſtomorũ gens. *Deniq; odoribus refici corpus, exemplo illo Plinij lib. vij. cap. ij. manifeſtum fit, qui ad extremos Indiæ fines ab oriente circa fontem Gangis Aſtomorum gentem prodit, ſine ore, corpore toto hirtum, ueſtiri frondium lanugine, halituq; tantum uiuentem, & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullum potum, tantum radicum florumq; uarios odores, ſylueſtriũ malorum, quæ ſecum portant longiore itinere, ne deſit olfactus, grauiore paulò odore haud difficulter exanimari. Cæterum ſpiritum odoribus nutriri, argumento eſt, quod uinũ odore plenũ ſpiritum ſubitò recreat, quẽ cætera uix longo tempore reficere poſſunt. Inde eſt quod in primo de Ponto ita cecinerit Ouidius:*

Et iam deficiens ſic ad tua uerba reuixi,
 Vt ſolet infuſo uena redire mero.

Ex ijs itaq; euidentiſſimum fit, ſenibus & imbecillitate uentriculi laborantibus, & cibũ prorſus concoquere non potentibus, non eſſe magis conueniens

nutri

A *nutrimentũ eo quod per odores fit: hoc enim non tantum placat, & oblectat, ſed etiam corpus & ſpiritus reficit. Caluus neq; hanc, neq; alias huius paruæ tabulæ ſententias aſſecutus eſt, ſed miris modis eaſdem peruertit.*

APHORISMVS IIII.

Spiritus irrumpuut, intrant & exeunt, ſic etiam corpora.

Per ſpiritum in hac dictione non tantum ſpirationem, ut aliàs frequenter, Spiritus.
uerumetiam aerem corpora noſtra ambientem intelligit. Non autem ſimpli-
citer aerem ſpiritum, ſed addito uocabulo aliquo, irrumpentem appellat, quod Spiritus ir-
nimirũ in corpus noſtrũ irrumpat, ac extrinſecus irruat. Caluus perperàm rumpens.
εἰσπίπτοντα prorumpentẽ interpretatus eſt, cũ ſit nemo qui ignoret εἰσπίπτω
Græcis idem ualere quod irruo. Cum autem conſtet aerem ambientem corpo-
ris profunda penetrare, ut ſuprà diximus, magna diligentia conſiderandum 6. part. aph. 2.
medico erit, qualis is ſit aer qui corpora noſtra ambit, ne ſcilicet calidus ſit dum frigidum eſſe cõueniret, aut contrà frigidus cum calidum eſſe oporteret: ut in febribus aerem nos ambientẽ frigidum eſſe decet, ne ſi calidus ſit corporis profunda petens, morbi calorem adaugeat. In ſumma, hoc unũ in aere ambiente, quod in alijs omnibus ubi præter naturam corpus noſtrum affectum eſt, curet medicus, ut contrarium adhibeat: ueluti ſimilem, ubi ſecundum natu-
B *ram ſe habet. Sed quanta ſit aeris uis, quamq; diligenter hæc à medico ſit cognoſcenda, diffuſius in libro de flatibus docet Hippoc. quem diligens lector perluſtrare poterit. Porrò ſpiritum intrantẽ & exeuntem nihil aliud uocat,* Spiritus intrans
niſi inſpirationẽ & expirationem, quod ſcilicet in inſpiratione aer intret, in & exiens.
expiratione autem exeat. Cum uero ſpiritus intret & exeat, uidendum erit medico num ſecundum naturam utraq; illa ſpiratio habeat, nam tunc probè ualere corpus certum eſt. Sin aliqua ex ijs immutetur, aut prorſus perierit, ut in uteri præfocationibus & alijs morbis, tum ægrotare, aut morti quamproximum eſſe hominem iudicamus. Proinde non ab re dictum eſt ab Hippocrate, ſpiritus irrumpunt, intrant & exeunt: nam ijs uerbis nos planè monere uoluit, ut diligenter obſeruemus num quiſq; illorũ quemadmodũ oportet ſe habeat. Cæterum ſunt etiam corpora quædam, quæ nõ ſecus quàm ſpiritus
irrumpunt & exeunt. Per corpora autem intrantia, quæcunq; præter ſpiritũ Corpora
corpori extrinſecus admouentur, ut ſunt cibi, potus, inunctiones, & id genus intrantia.
alia quibus ad corporis conſeruationẽ utimur, accipit. Cum igitur iam dicta corpora noſtrum corpus intrent, curandũ ut nõ ſolum cibi & potus, ut paulò
ante monuimus, uerumetiam unguenta, olea, ſucci, & ijs ſimilia, non niſi ubi Aph. 2.
illis opus fuerit adhibeantur. Nec etiã in uniuerſum omnibus utendũ, ſed talibus qualibus oportet. Verbi gratia, hectica correptos febre humectantibus potius cibis quàm ſiccis reficimus, illiſq; extrinſecus unguenta eadem fa-

A καὶ βραδυτάτη καὶ σμικροτάτη, καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἡ εὔρυθμος, ἡ γὰρ παντελὴς ἡσυχία. *quod eſt: In auditu ut iucundiſsima uox eſt ea quæ leniſſima & tardiſſima, ita aſperrima & citiſſima maximã inferre moleſtiam ſolet. Verũ hæ ſanè ad amuſſim ſenſui uel iucundæ uel moleſtæ putantur. Quum uero fatigatus eſt, præter lenem ac tardam exigua quoq; amica eſt. At quum ægrotat, leniſsima ſimul & tardiſſima atq; perquam exigua, & ijs multo magis quæ concinna, aut omnimodũ ſilentiũ. Quid multa? curet medicus ne uel ſubito gaudio, uel mœrore æger afficiatur, néue uoce aſpera & ſtentorea moleſtetur, quando id ad illius priſtinam conſequendam ſanitatem haud leue momentum afferat.*

APHORISMVS VI.

A lingua quoq; quæ ex quibus aſſumuntur conſiderandum.

Cum antea monſtraſſet Hippocrates, quædam eſſe quæ auditus ſenſum oblectarent, nonnulla uero quæ eundem moleſtarent, pergit iam ad guſtus ſenſum, atq; eſſe itidem quæ huic uoluptatem afferunt, & quæ moleſtiã inferunt docet. Ea ſanè quæ lingua aſſumit, illa guſtui grata ſunt: quæ uero haud aſſumit, ingrata. Conſiderandum itaq; diligenter à medico, quænam ſint illa quæ linguæ grata ſunt, & ingrata: nam inde uel de naturali linguæ habitu, uel il- Cur conſideranda ea quæ linguæ grata ſint.
B *lam alieno quopiam humore eſſe imbutam, atq; adeò de humorũ abundantia, & de tota corporis ſubinde conſtitutione, pronunciare poterit. Nam ut ſuprà quoq; dixit,* γλῶσσα οὖρον σημαίνει. γλῶσσαι χλωραὶ χολώδεες, ἐρυθραὶ δὲ ἀφ᾽ αἵματος, μέλαιναι δὲ ἀπὸ μελαίνης χολῆς, λευκαὶ δὲ ἀπὸ φλέγματος. *Quibus utiq; uerbis linguam indicare quale ſit humorum ſerum innuit, quo perſpecto facile quis num corporis conſtitutio biliofa, aut pituitoſa, ſanguineáue ſit dignoſcet. Quod uero ex ijs quæ lingua aſſumit uel reſpuit, naturalem uel præter naturam eiuſdem habitum cognoſcere liceat, ſatis teſtantur ea quæ ſcribit Galenus lib. i. de ſympt. cauſis hunc in modum:* ἥδιστοι τοίνυν εἰσὶ ταύτῃ χυλοί, κατὰ φύσιν μὲν ἐχούσῃ πάντες οἱ γλυκεῖς καὶ λιπαροί, οὗτοι γὰρ πάντων ἐδείχθησαν οἰκειότατοι τῇ τοῦ σώματος οὐσίᾳ. κεκακωμένῃ δ᾽ ἔναγχος ὑπό τινος τῶν ἀνιόντων αὐτὴν οἱ λιπαροί, μάλιστα γὰρ οὗτοι τὸ τετραχυσμένον ἐκλεαίνουσι. νοσούσῃ δὲ, οἱ ἐναντίοι τοῖς νοσάζουσι, τοῖς μὲν παχέσιν οἱ λεπτύνοντες, τοῖς δὲ λεπτοῖς οἱ παχύνοντες, τοῖς δὲ γλίσχροις τέμνοντες, τοῖς δὲ τραχύνουσιν οἱ ἐκλεαίνοντες. οὕτω δὲ καὶ τοῖς μὲν θερμοῖς οἱ ψυχροί, τοῖς δὲ ψυχροῖς οἱ θερμοί, καὶ τοῖς μὲν ξηροῖς οἱ ὑγροί, τοῖς δὲ ὑγροῖς οἱ ξηροί. *quod eſt: Igitur cum à naturali habitu non declinat guſtus, maximam ei uoluptatem afferunt omnes ſucci dulces pinguesq;: quippe oſtendimus omnes huiuſmodi eſſe corporis eſſentiæ perquam familiares. Si uero ab aliquo infeſtãte ipſum nuper affectus fuerit, pingues,*

Part. 5. aph. 14.

nam ij exaſperatas partes maxime lenire ſolent. V bi uero morbo afficitur, tum contrarij ijs qui morbum excitarunt ſucci delectare uidentur, ita ut craſſis opponantur tenues, tenuibus craſsi, lentis ij qui incidendi facultatẽ habeant, exaſperantibus leuigantes, frigidis calidi, calidis frigidi, ſiccis humectantes, humectantibus ſicci. Cæterum ſunt & hoc nomine ea quæ aſſumuntur à lingua conſideranda, quod uidelicet ubi alieno humore imbuta fuerit, tum euenire ut omnia quæ guſtet, talem ſaporẽ ineſſe iudicet. Ita amaro ſi fuerit imbuta humore, tum omnia illi amara eſſe apparent, etſi omnium ſint dulciſsima. C

Part. 5. aph. 17. *Hinc eſt quod ſuprà ſcripſerit,* ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γευομένῳ, περιωσσώσιος σημεῖον. *id eſt: Redundantiam portendit ſi carnes guſtanti ſalſæ eſſe apparẽt. Proinde in morbo regio, ob bilis transfuſæ in uniuerſum corpus*

Deprauatũ guſtorum ſenſio. *amarorẽ, omnia amara appareant neceſſe eſt, quemadmodũ Galenus quoq; loco antea citato ijs uerbis edocet:* τὸ δὲ ὅλως παρατυπωτικῶς αἰσθάνεσθαι τῶν χυμῶν ὅταν ἀλλοκότου τινὸς ὑγρότητος ἡ γλῶττα πληρωθῇ συμβαίνειν εἴωθεν, ἤτοι πάντων ὧν ἂν γεύσηταί τις ἁλμυρῶν φαινομένων, ἢ πάντων πικρῶν, ἢ τινὰ ἄλλην ἀτοπίαν ἔχειν δοκούντων ἀρρήτους ἢ ῥητήν. ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ὑποχεομένων ἡ ὀπτικὴ δύναμις ἐκτὸς ἐδόκει θεᾶσθαι τὰ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν ἐμφαινόμενα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ γευστικὴ τὰ κατὰ τὴν γλῶτταν τοῖς αἰσθητοῖς ἀναφέρει τὰ τῶν ὀργάνων συμπτώματα. ἐπὶ γοῦν τῶν ἰκτεριώντων τὴν πικρότητα τῆς χολῆς, οὐ τῆς γλώττης πάθος ἀλλ' ὄντως γίνεσθαι ὑπολαμβάνουσι. καὶ κατὰ τὰς ἄλλας δέ τινας διαθέσεις ἁλυκότητας, ἢ ὀξύτητας ἐν τοῖς ἐδέσμασι περιέχεσθαι φανταζομένη. τοῦ μὲν προσελθόντος ἔξωθεν αἰσθητοῦ τὴν τέως ἡσυχάζουσαν ἐν τῇ γλώττῃ κακοχυμίαν ἀνακινοῦντος, αἰσθανομένης δὲ τῆς γευστικῆς δυνάμεως οὐ τοῦ προσελθόντος, ἀλλὰ τοῦ πλεονάζοντος ἐν αὐτῇ. *Hæc ille. Quorum ſanè uerborũ ſenſus cum iam partim explicatus, nec difficilis admodũ ſit, nõ eſt cur illa interpretemur. Ex ijs itaq; omnibus ſatis liquet, cur conſiderandum ſit quæ ex quibus aſſumantur à lingua, num dulcia præ amaris, aut amara præ dulcibus: nam hinc uel ſecundum naturã, aut præter naturam affectam eſſe linguã ſcire licebit. Ex iſtis etiã humoribus quos aſſumit, hoc eſt, quibus imbuta infectáue eſt, humores in toto corpore abundantes cognoſci poſſunt, quemadmodũ in particula quinta ſatis ſuperq; demõſtrauimus. Hæc itaq; diligens lector relegere poterit, & ſingula quæ hic dicta ſunt rectius aſſequetur.* D

APHORISMVS VII.

Pari ratione conſiderandũ an uentus aerq́ calidior, frigidior, craſſior, tenuior, uel humidior ſit, minusq́ aut plus impleat, & quid permutationes ex his in has poſſint.

Hoc in loco monet Hippoc. ut diligenter admodum uentorum aerisq; conſtitutionẽ

A ſtitutionem obſeruet medicus, quando aliàs fieri nequeat, ut uel ſanum conſer uetur corpus, uel ægrotum ſanitatē recuperet. Quantum enim ad uentorum rationem attinet, nemo eſt qui neſciat magnum illos ad ſanitatem uel conſeruandam, uel amiſſam recuperandā adferre momentū. Atq; hinc eſt quod in libro de aere, aquis & locis, ſic ſcriptum reliquerit Hippoc. ἰητρικὴν ὅστις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν, τάδε χρὴ ποιέειν. πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅτι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη, ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα, τὰ θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά. id eſt: Quicunq; artem medicam recte aſſequi cupit, hæc faciat oportet. Primum quidem temporū anni rationē habere debet, quantum potentia quodlibet eorum ualeat. Deinde uentorū calidorumq; & frigidorū. Quid uero calidi, quidq; frigidi uenti ualeant, ex tertia aphoriſmorum particula tibi diſcendum erit, ubi nihil aliud agit Hippocrates, niſi quod mala quæ ex uentorum mutationibus oriuntur, commemoret. Aetius quoq; lib. iij. cap. clxxij. multa ex ſententia Adamantini de uentis affert, inſtituto huic congruentia. Aeris deinde ratio quoq; habenda erit, & non ſolum qualitas, uerumetiā eſſentia eius medico expendenda, quemadmodum fuſius cap. xlix. noſtri Compendij diximus. Idq; eo accuratiori opera faciendum erit, quod, ut Hippocrates in libro de flatibus ait, οὗτος αἴτιος
B τοῦ τε βίου καὶ τῶν νοσέων τοῖσι νοσέουσι. τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀπεχόμενος ὁ ἄνθρωπος, καὶ σιτίων καὶ ποτῶν, δύναιτ᾽ ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν. ἢν δέ τις ἐπιλάβει τὰς τοῦ πνεύματος ἐς τὸ σῶμα διεξόδους, ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης ἀπόλλοιτο ἄν, ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος. quod eſt, is uitæ, & ægrotis morborum autor ſit. Tantaq; omnibus corporibus ſpiritus neceſſitas extat, ut ſi quidem omnibus alijs abſtineat homo, & cibis nimirum & potu, poſſit tamē dies duos uel tres & plures agere. Si uero ſpiritus in corpus uias quis intercipiat, in breui parte unius diei intereat oportet, ut uel hinc quanto uſui ſpiritus corpori ſit, liceat æſtimare. Porrò conſiderandum etiam medico, an aer plus aut minus impleat, hoc eſt, copioſior & cumulatior aut minore copia in corpus ingeratur, quod ita quoq; morbi cauſa eſſe poſſit, quemadmodū ijs uerbis loco iam citato Hippocrates teſtatur: μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐθέως ῥητέον ὅτι οὐκ ἄλλοθέν ποθεν εἰκός ἐστι γίνεσθαι τὰς ἀῤῥωστίας μάλιστα ἢ ἐντεῦθεν, ὅταν τοῦτο ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον, ἢ καὶ ἀθροώτερον, καὶ μεμιασμένον νοσηροῖσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. hoc eſt: Poſt hæc igitur mox & illud dicendum, quod nō alicunde unquā ueriſimile eſt morbos euenire, quàm inde potiſſimum, quando uidelicet is aut plus, aut minus, aut cumulatior, aut morbidis ſordibus inquinatus in corpus ſe ingerat. Hæc ille. Aerem autem maiori co-

Ventorum ratio habenda.

Aeris ratio habenda.

V

pia inſpiratum nonnunquã ſuffocare prorſus, aut ſaltem extinguere calorem C *natiuum exiguum poſſe, nihil mirum. Quemadmodũ enim exigua flamma à multo ac uehementi flatu extinguitur, ſic quoq; calor modicus ab aere cumulatiore inſpirato. Ita in febribus ardentibus & alijs exuſtionibus aere multo, eoq; frigido opus eſt: aliàs enim homo ſic affectus nimio æſtu peribit. Cum igitur hæc ita ſe habeant, diligenter animaduertat medicus quid uentorũ aerisq; mutationes poſſint: nam multum refert ſcire quãdo à calidis ad frigidos, aut contrà à frigidis ad calidos, humidis ad ſiccos, à uitioſis & fœtido halitu infectis ad puros mutatio ſit facienda. Et certe multa interdũ neceſſitas nos cogit, ne mutationem hanc negligamus.*

APHORISMVS VIII.

Corpus noſtrũ conſtituunt continentia, contenta, & impetũ facientia.

Corpus noſtrum ex tribus cõſtat. *Hac dictione miro quodam compendio ac laconiſmo corporis noſtri conſtitutionem deſcribit Hippocrates, hoc ipſum ex tribus potiſſimum cõſtare dicens, continentibus nimirum, contentis, & impetum facientibus, ſeu cum impetu motis. Per continentia autẽ ſolida, contenta uero humida, impetumq; facientia ſpiritus intelligit, ut uniuerſa corporis conſtitutio ſit ex ſolidis partibus, humoribus, et ſpiritibus. Cuius ſanè rei grauiſſimus teſtis eſt Galenus lib. i. de diffe. feb. cap. i. ubi hunc in modum præſentem Hippocratis dictionẽ* D *interpretatur:* ἴσχοντα μὲν αὐτὰ τὰ στερεὰ μόρια τοῦ σώματος, ἐνισχόμενα δὲ τὰ ὑγρά, ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα προσαγορεύει. *hoc eſt: Continentia quidem ſolidas corporis partes, contenta uero humores, impetumq; facientia ſpiritus appellat. Et rurſus in libro de tremore & palpitatioue, ubi ſic ſcriptum reliquit:* ἔστι μὲν γὰρ τὰ συντιθέντα τὸν ἄνθρωπον, ὡς Ἱπποκράτης ἐδίδασκεν ἡμᾶς, στερεά, ὑγρά, καὶ πνεύματα. μέμνηται δέ πως αὐτῶν ὧδε. τὰ ἴσχοντα λέγων, καὶ τὰ ἐνισχόμενα, καὶ τὰ ἐνορμῶντα. ἴσχοντα μὲν τὰ στερεὰ καλῶν, περιέχει γὰρ καὶ ἀποστέγει τὰ ὑγρά. ἐνισχόμενα δὲ τὰ ὑγρά, περιέχεται γὰρ ὑπὸ τῶν στερεῶν. ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα, ταύτῃ γὰρ διικνεῖται τοῦ σώματος ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ῥᾳδίως τε καὶ ἀκωλύτως. *quod eſt: Hominem ipſum conſtituunt, quemadmodum Hippocrates nos docuit, ſolida, humores, et ſpiritus. Meminit uero illorũ hoc pacto: Cõtinentia, contenta, et impetum facientia. Cõtinentia quidẽ ſolida uocans, cõtinent enim cohibentq; humores. Cõtenta autẽ humores, cõtinentur nãq; à ſolidis. Impetũ uero facientia ſpiritus, undiquaq; enim tẽporis momento corpus facile et citra impedimentũ penetrant. Quibus ſanè uerbis Galenus nõ tantũ quid prædictis uocibus intellexerit Hippoc. uerumetiã cur illis hæc indiderit nomina, explicat. Galeno ſubſcribit etiã autor Introductorij ijs uerbis:* ἐκ τῶν στερεῶν καὶ συνθέτων τῶν ἤδη γνωρίμων ἀνθρώπων φασὶ συγκεῖσθαι, ἔκ τε τῶν ὑγρῶν καὶ ξηρῶν,

καὶ

A καὶ πνευμάτων. καλεῖ δ' αὐτὰ Ἱπποκράτης ἴσχοντα, καὶ ἰσχόμενα, ἐνορμῶντα. ἴσχοντα μὲν οὖν ἐστι, ὅσα στερεά, ὀστᾶ καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι, ἐξ ὧν οἵ τε μύες, καὶ αἱ σάρκες, καὶ πᾶς ὁ τοῦ σώματος ὄγκος πέπλεκται, τῶν τε ἐντὸς, καὶ τῶν ἐκτὸς τὰ συγκρίματα. ἰσχόμενα δέ ἐστι τὰ ὑγρὰ τὰ ἐν τοῖς ἀγγείοις ξυμφερόμενα, καὶ κατὰ πᾶν σῶμα διεσπαρμένα ἅπερ καλεῖ Ἱπποκράτης χυμοὺς τέσσαρας. ἐνορμῶντα δέ ἐστι τὰ πνεύματα. *quod eſt: Ex tribus ijsq; compoſitis hominem iam natum conſtitutum eſſe cenſent, ex humidis, ſiccis, & ſpiritibus. Vocat autẽ ea Hippocrates continentia, contenta, et impetum facientia. Continentia igitur ſunt quæcunq; ſolida, oſſa, nerui, uenæ, arteriæ, ex quibus & muſculi, carnes, & tota corporis moles conflata eſt, ad hæc interiorum et exteriorum concretiones. Contenta uero humores ſunt qui in uaſis per totum corpus diſperſi feruntur, quos Hippocrates uocat quatuor humores. Impetum facientia ſpiritus exiſtunt. Ex quibus omnibus dilucidum quoq; fit, Calui interpretationem eſſe ineptiſſimam: is enim enarratam iam Hippocratis ſententiam ita conuertit: Per ualida prorumpentiaq; corpora, per intus ualida, foris non item. Quibus equidem uerbis quid eſſe magis obſcurum, quid à genuina Hippocratis mente magis alienum poſſit, non uideo. Sed perpetuò ſui ſimilis eſt Caluus, hoc eſt, nunquam*
B *non nugatur. Cæterum cum ex tribus iam cõmemoratis corpus noſtrum conſtitutum ſit, debet medicus illorũ exactam habere curam, ac diligenter expendere num ſolidæ corporis partes in figura, numero, quantitate, & ſitu conuenienti diſpoſitæ ſint. Humores autem, an inter ſe uim & copiam mediocriter temperatas, maximeq; permixtas habeant, aut aliquis plus minusq; iuſto in corpore auctus ſit, aut in peculiarem aliquam partem ſecretus, nec cum alijs cõfuſus. Spiritibus deniq; num ad ſingulas corporis partes aditus pateat, aut nonnihil obſtructi ſint. Nam ſic facile morborum cauſas auferet, & ne poſthac inuadant morbi facile cauebit.*

APHORISMVS IX.

Sermonibus & ſilentio ægro gratificãdum erit, ideoq; dicere oportet ea quę uult, idq; ſermonibus quibus loquitur, ſiue hi magni, ſiue multi, ſiue ueri, ſiue ſimulati fuerint.

Monet hac ſententia Hippocrates, ut medicus & aſſiſtentes ægro in ſermonibus & ſilentio gratificentur, id quod etiam ſuprà præcepit faciendum eſſe. Part.4.aph.7. *Quapropter ſi loquacitate delectatur æger, ſummo ſtudio annitatur medicus ut & ipſe paulò loquacior ſit atq; uerboſior: ſin à multa loquacitate ægrotus abhorret, tum ſilentio illi quoq; gratificetur medicus, & paucis quæ loquitur expediat, ne alter illi immodica loquacitate morbus fiat. Conetur præterea medicus, ut ea tantum loquatur quibus æger delectatur, & de qui-*

bus uerba fieri unicè cupit, nec unquam committat ut aliquid quod animum illius deijcere queat loquatur. Deniq; omnia quæ loquitur, ijs ſermonibus ac uocibus quibus æger utitur & delectatur, ediſſerat. Proinde ſi magna & ſtentorea uoce prædîtus eſt æger, certum eſt illum quoq; hac uoce magis delectari, ideoq; medicus dum illi uerba facit hac ipſa quoq; utatur. Et ſi multis ac prolixis ſermonibus dum ualuit uſus fuit, medicus etiã eo uerboſior ſit oportet. Quid multa? accurata opera ſtudendum erit medico & aſsidentibus, ut nõ loquãtur niſi ea quæ grata eſſe ſciunt ægrotanti. Hinc ſi ueris ſermonibus idipſum fieri nõ poteſt, licebit ſimulatis uti. Multo enim cõſultius eſt uti ſermonibus fictis et ſimulatis, quàm ueris ægrotũ offendere, atq; adeò morbũ producere, aut penitus ægri animũ deijcere. Sed ea de re multa quoq; ſuprà diximus.

APHORISMVS X.

Exeuntia à corpore unde cœperunt, & ubi ceſſarunt, quatenusq; diſſiparunt, colores deniq; illorum, quibus adde caliditatem, ſalſedinem, dulcedinem, tenuitatem & craſſitudinem, æqualiter uel inæqualiter inſudet corpus, ac tempus, & quid mutationes ex quibus in quæ poſſint cognoſcere oportet.

Exeuntia. *Per exeuntia à corpore Hippoc. ſudores intelligit. Hos autẽ medico magno ſtudio expendendos eſſe hortatur, ut nimirũ ſciat qua corporis parte cœperint, et qua deſierint, quatenusq; diſsiparint et abſumpſerint, num ſcilicet ex integro ſuperuacua ſecũ eduxerint, aut reliquias nõnullas in corpore dimiſerint. Sed quũ per exeuntia, ut diximus, ſudores intelligat, proderit ſingulas dictionis partes explicaſſe.* Sudor unde cœpit promanare, conſiderandum. *Quãdo itaq; ex corpore ſudor emanat, tum cõſiderandũ erit unde exordiũ ſumpſerit, et qua ex prate corporis primũ emanare cœperit.* 4. aph. 38. *Nã ut alibi dixit Hippoc.* ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐκεῖ φράζει τὴν νοῦσον. *quod eſt: Qua parte corporis ſudor eſt, ibi morbum ſignificat. Deinceps cõſiderandum etiam ubi deſierint ſudores,* Vbi deſierint ſudores. *num ſcilicet ſuperiores tantum partes ſudarint, aut inferiores. Hinc non temerè in præſagijs ſcriptum eſt:* 1. prog. 29. κάκιστοι οἱ ψυχροί τε καὶ μοῦνον περὶ τὴν κεφαλὴν γινόμενοι καὶ τὸ πρόσωπον καὶ τὸν αὐχένα. οὗτοι γὰρ ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ θάνατον προσημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ μῆκος νόσου. *hoc eſt: Peſsimi ſunt ſudores frigidi, & qui circa caput, faciem, & ceruicem duntaxat fiunt: hi enim cum acuta febre mortem, cum mitiore uero morbum diuturnũ fore ſignificant. Pari modo expendendum quoq; quatenus diſsiparint,* Quatenus diſſiparint. *num uidelicet ubi promanarint, febris deſinat nec ne. Nam febre deſinente iudicatorios eſſe morbi nemo ambiget: ſin uero remanſerint febres, minime fuiſſe iudicatorios manifeſtum erit.* 1. prog. 29. *Hinc loco iam citato ſic ſcriptum reliquit Hippocrates:* οἱ γὰρ ἱδρῶτες ἄριστοι μέν εἰσιν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι, ὁκόσοι ἂν ἐν ἡμέρῃσί τε κρισίμουσι

A σήμοισι γίνωνται, καὶ τελείως τὸν πυρετὸν ἀπαλλάξωσιν. εἰ δ᾽ ἂν μὴ τουτέον τι ἐξεργάσονται, οὐ λυσιτελέες. hoc eſt: Sudores enim optimi cenſentur in omnibus acutis morbis, quicunque in diebus decretorijs oriuntur, febrimque perfecte abolent: qui uero idipſum efficere non ualent, inutiles. Color etiam ſudoris conſiderandus medico, quod ex illo humorẽ morbum efficientem deprehendere poſſit. Sudor ſiquidem bilioſus, flauam in corpore abundare, bilem mõſtrat. Sic in morbo regio, ob bilis in toto corpore redundantiã, ſudor bilioſus apparet. Iam dictis accedit caliditas et frigiditas ſudoris, quas itidẽ ut alia iam cõmemorata, medicum conſiderare oportet. Nam non temerè ſic alibi ſcriptũ reliquit Hippocrates: ἱδρῶς γὰρ πολὺς ψυχρὸς ἢ θερμὸς ἀεὶ ῥέων, ὁ ψυχρὸς μείζων, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσων νοῦσον σημαίνει. quod eſt: Sudor multus, frigidus aut calidus aſsidue fluens, frigidus magis, calidus minus morbum ſignificat. Et paulò ante: οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες σὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον σημαίνουσι, ξὺν δὲ πρηϋτέρῳ, μῆκος νόσου. hoc eſt: Sudores frigidi cum acuta febre facti, mortem, cum mitiore uero, morbi longitudinem indicant. Neque tantum primæ in ſudore qualitates, uerumetiam ſecundæ, ut eſt ſalſedo, dulcedo, amaritudo, & ſimiles expendendæ, quod hinc humorem moleſtantẽ nonnunquam medicus deprehendere poſſit. Si enim dul-

Sudoris color cõſiderandus.

Sudor an calidus uel frigidus ſit cõſiderandus. 4.aph.42.

4.aph.37.

Secundæ qualitates in ſudore expendendæ.

B cedinem aliquam præ ſe ferre uidebitur, tum ſanguinẽ: ſin amaritudinẽ, bilem: ſi uero ſalſedinem, pituitam: quemadmodum ſi aciditatem, atram abundare bilẽ ſignificabit, ueluti teſtatur lib. iiij. de ſimpl. med. facul. cap. xv. Galenus. Non eſt tamen hæc ita accipias quaſi medico è corpore promanans ſudor deguſtandus eſſet, cum id ægro potius faciendum ſit, cui caſu interdum accidit ut per os & labia eius guttatim ſudor decurrat, ut uelit nolit eundem guſtare cogatur. Præterea ſudoris tenuitas aut craſſities quoque contemplanda, quod ex ijs humoris quoque moleſtantis eſſentiam deprehẽdere liceat. Conſiderandũ etiam num æqualiter uel inæqualiter ſudarit corpus: nam ſi æqualiter, tum ſudores ij ſaluberrimi cenſentur, quemadmodum in præſagijs ijs uerbis docuit Hippoc. οἱ ἱδρῶτες ἀγαθοὶ ὁκόσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γινόμενοι, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. οἱ δ᾽ ἂν μὴ τουτέον τι ἐξεργάζονται, οὐ λυσιτελέες. id eſt: Sudores boni quicunque per totum corpus fiunt: nam quod æger facilius ferat morbum efficiunt. Si uero id præſtare non poſſunt, inutiles. Tempus etiã ſudoris conſiderandũ, quod ſaluberrimi ſint, ut ex paulò ante citatis Hippocratis uerbis liquet, qui in diebus iudicatorijs fiant, quia ſcilicet morbos iudicent. Hinc eſt quod alibi etiã ſcripſerit: ἱδρῶτες πυρεταίνοντι ἢν ἄρξωνται ἀγαθοὶ τριταῖοι, πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι. οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νόσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινό-

Sudoris eſſentia conſideranda.

An æqualiter ſudet corpus, contemplandum. 2. præſag. 29.

Sudoris tempus.

4. aph. 36.

μένοι πόνους σημαίνουσι, καὶ μῆκος νόσου καὶ ὑποστροπιασμούς. Quæ ſa- C
nè ſententia iam ſæpius à nobis interpertata eſt, ideo iam non eſt cur interpretemur. Diligenter itaq; medicus animaduertat, quid omnium iam dictorũ mutationes poſſint: ſi enim nihil diſſiparint, certum eſt morbum non finiri: ſin uero totum quod morboſum fuit in corpore extirparint, tum morbus prorſus deſinet. Sic ſanè bonum eſt in morbo regio ſudoris colorẽ immutari, quod futuram paulò poſt ſanitatem prænunciet. Cum itaq; ſingulorũ mutationes multum ualeant, exquiſita diligentia eaſdem conſideret medicus, quando multa inde prædicere queat.

APHORISMVS XI.

Contẽplandũ num natura incœperit expulſionẽ, & nõ prȩualuerit.

Quum priori ſentẽtia Hippocrates de ſudore ſermonẽ fecerit, docueritq; quid in huius eruptione medico conſiderandum eſſet, hic in uniuerſum quid in illo ac reliquis omnibus excremẽtis unicè animaduertendũ ſit ediſſerit, nempe quod ſummo ſtudio contemplandũ ſit, nũ in expulſione illorũ natura uicerit nec ne. Nam ſi naturã integre uiciſſe & præualuiſſe cognouerit, tum ope medici
1.aph.20 haud indigebit. Hinc eſt quod alibi dixerit: τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως μὴ κινεῖν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσι, μήτ' ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι χρῆσθαι, ἀλλ' ἐᾶν. hoc eſt: Quæ iudicãtur & iudicata ſunt D
integre, non mouere, neq; nouare uel medicamentis, uel alijs incitamentis, ſed ſinere oportet. Quod ſi uero natura non præualuerit, et integre humores noxios expulerit, id quod agnoſcere licebit ſi non in die decretorio facta eſt expulſio: & ſi æger poſt hanc non melius ſe habuerit, tum medicus naturam in
Part.2.aph.5. expellendis reliquijs iuuet. Sic antea dixit, ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τοὺς δὲ ἰόντας συνεκχυμοῦν. hoc eſt: Alium humorem non exeuntem edu-
Part.2.aph.9. cere oportet, exeuntem uere coeffundere. Et paulò poſt, abſceſſus qui non ſatis porruperint, iuuandos eſſe à medico præcipit. Ex ijs itaq; ſatis dilucidum fit, non ab re dictum eſſe ab Hippocrate, conſiderandum eſſe num natura incœperit expulſionem, & non præualuerit: nam ex eo quando natura iuuanda ſit, uel minus, dignoſcere licebit. Nam ſi prorſus in expulſione præualuerit ac uicerit, id quod inde agnoſcet, ſi in die decretorio fecit expulſionem, & ubi
Signa quibus naturã præualuiſſe deprehenditur. æger meliuſcule ſe ab illa habet, tum nihil à medico nouandum erit. Si uero nõ prorſus uicerit, ſed incœpta iam expulſione ab humoribus noxijs deuicta ſit, id quod ex cõtrarijs iam ſignis deprehendes, tunc medici auxilio natura opus
2.aph.12. habet, quod aliàs relicta in morbis poſt iudicationem, ut alibi inquit Hippocrates, recidiuam faciant. Caluus mirificam, imò portentoſam cõmentus em interpretationem, hanc ſcilicet: Quis erubuit uideto, quis rubor, ubi & unde cœpit. Quapropier caput Calui ineptias eiuſmodi paſſim producens, ne tribus

A *bus quidem, ut ille ait, Anticyris perſanari poſſet. Ni enim penitus inſaniret, aut prorſus omnem pudorem exuiſſet, nunquam tam perdite optimum rei medices ſcriptorem deprauare auſus fuiſſet.*

APHORISMVS XII.

Expendendũ num ultro aut inuitè multę uel paucę, calidæ uel frigidę, craſſę uel tenues lachrymę promanent.

Quum in hac parua tabula omnium fermè quæ ad totius medicinæ generalem cognitionem ſpectant capita complexus ſit Hippocrates, lachrymarum quoq; ex quibus futura etiam præſagire medicus poterit, mentionem facit, expendendumq́; diligenter medico eſſe ait, num illæ ultro, aut inuitè promanent: id quod etiã ante monuit ijs uerbis: δάκρυα ἐν τοῖσιν ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων, ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ προαγγέλλοντα κακόν. Part.1.aph.16. *quod eſt: Lachrymæ in acutis morbis male habentibus ſi ultro promanauerint, bonum: ſi uero inuitis, malum. Cur autem ſpontaneæ lachrymæ nihil mali portendant, in eius ſententiæ enarratione diximus. Cæterum non tantum cõſiderandum medico an ultro, uel inuitè, ſed etiam num multæ uel paucæ promanent: quod multæ immodicam cerebri humiditatẽ, paucæ uero modicam indicent.* Multæ lachrymæ. *Sic calidæ humorem in cerebro calidum abundare, quemadmodum frigidæ, frigidum monſtrabunt. Craſſæ uero ſi effluxerint, craſſos quoq; humores eſſe in cerebro, ueluti tenuem, ubi tenues exierint, oſtendent. Tenues uero lachrymas Hippocrates non ab re omiſit: ſecutus enim in hoc eſt antiquam & ſibi familiarem dicendi breuitatẽ, atq; planè hoc ipſo innuere uoluit, contrariorum unam & eandem eſſe ſcientiam.*

B (margin letter beside "gidæ, frigidum monſtrabunt")

APHORISMVS XIII.

Contemplare oportet guſtum, ſputum illic excreatum, ſiue tuſſiendo euulſum, & uomitum.

Quod ad guſtus cõſiderationem attinet, uide quæ paulò ſuprà in explicatione aphoriſmi ſexti produximus: neq; enim idem ſæpius repetendum puto, ne δὶς κράμβη θάνατος *ſit. Cæterũ unicè à medico conſiderandũ erit num ſputum ſit illic, hoc eſt, ex ore excreatum, aut tuſſiendo euulſum: id quod potiſſimum in ſputo ſanguinis faciendum erit, ut nimirum certò ſciat medicus à qua corporis parte ſanguis is qui per ſputũ eijcitur, promanet.* Sputum quomodo conſiderandũ *Si enim ex ore producitur, nihil periculi uerendũ. Si uero per tuſſim euellitur, tum ex ſpiritus inſtrumentis prodit, malumq́; uehemens portendit, quemadmodũ luculenter admodum docet Galenus lib. iiij. de affe. loc. cap. vi. hunc in modum ſcribens:* ἤδη μὲν ὧδε ὡμολόγηται τοῖς ἰατροῖς, ἐκ μὲν τοῦ στομάχου καὶ τῆς γαστρὸς ἐμεῖσθαι τὸ αἷμα, μετὰ δὲ βηχὸς ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν ἀναγέεσθαι μορίων, ἐκ δὲ τῶν κατὰ φάρυγγα καὶ γαργαρεῶνα χρεμπτομένοις, ὥσπερ ἐκ τοῦ στόμα

τος ἁπλῶς ἀποπτύεσθαι. τεθεάμεθα δὲ πολλάκις ὅτ' ἂν ἀθροώτερον C
ἐκ τῆς κεφαλῆς καταφέρηται, καὶ μάλιστα τοῦ γαργαρεῶνος οὐδὲν, ὡς πρὸς τὴν φάρυγγα μετὰ βηχὸς αὐτὸ ἀναπτυόμενον, ἐμπίπτον γὰρ αὐτίκα τῷ λάρυγγι βῆχα κινεῖ. προσέχειν οὖν δεῖ τούτῳ μάλιστα, μήποτε δόξωμεν ἐκ τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων ἀναφέρεσθαι τὸ αἷμα, καθάπερ ἤδη τινὰς ἔγνων ἰατροὺς ὑπολαβόντας ψευδῶς, ἐξ ὧν ἐσφάλησαν αὐτοὶ νομίσαντες οὐκ ὀρθῶς ἀποφλύασθαι πολλοὺς τῶν ἀρίστων ἰατρῶν χαλεπωτάτην εἶναι τὴν τοιαύτην αἱμοῤῥαγίαν, ὡς ἂν τοῦ πνεύμονος ἰσχυρῶς πεπονθότος. hoc eſt: *Iam quidem conuenit inter medicos, ſanguinẽ è gula uentriculoq́; uomitione, ex reſpiratorijs partibus tuſsi, ex faucibus et gurgulione ſcreatu, quemadmodum ex ore ſimplici expuitione, educi. Nos uero ſanguinẽ qui à capite ad gurgulionis maxime partes internas, ut ad fauces, affatim deſcendebat, tuſſiendo expüi ſæpenumero conſpeximus: quippe ſubitò gutturi irruens, tuſſim mouet. Quare diligenter aduertere animũ oportet, ne aliquando huiuſmodi ſanguinẽ ex ſpirationis inſtrumentis aſcendiſſe putemus, exemplo quorundam medicorum, quos equidem noui nõ rectè erroris accuſare præſtantiſsimos medicos, cum ipſimet errarent, credentes huiuſmodi ſanguinis eruptionem eſſe quampericuloſiſsimam, utpote pulmone uehementer affecto. Hactenus Galenus. Vide tu ibidem plura ad inſtitutum noſtrum facientia.* D
Porrò alia quæ in ſputi conſideratione medico ueniunt expendenda, docet Vomitus conſideratio. *Hippocrates lib. ij. prognoſt. aphoriſmo xliij. & ſequent. Vomitum deniq; contemplari oportet, quibus ſcilicet utilis, quoq; tempore, & quoties eo utendum ſit, et quis optimus aut uitioſus exiſtat, & exitium minetur. De quibus omnibus uide Hippoc. in ſecundo præſag. lib. aphoriſmo xxxviij. & ſequent. & cap. liij. Compendij noſtri: ſuperuacuũ enim puto eandem rem bis docere.*

APHORISMVS XIIII.

Solis æſtus, frigus, humíditas, & ſiccitas conſideranda. Mutatio quoque per quæ facta ſit, & quid ex quibus in quæ poſſit.

*. *Temporum qualitates atq; eorundem mutationes medico eſſe expendendas hac dictione Hippoc. monet, quod ſic facile futuros paulò poſt morbos prædicere ualeat.* Qualitates temporum. Solis æſtus. *Nam quod ad qualitates attinet, quælibet illarum ſi immodica fuerit, morbos parere poteſt. Sic ſolis æſtus uehemens interdum ardentiſſimas febres efficere potis eſt, quemadmodum alibi teſtatus eſt, ſic ſcribens:*
4. uict. acut. 1. καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά, καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, τό τε σῶμα ὥσπερ ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ πορείης μακρῆς, καὶ δίψεως μακροῦ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσωνται

πρὸς

A πρὸς ἑωυτά. *hoc eſt: Ardens fit febris cum uenulæ tempore æſtiuo exiccatæ, acres & biloſas ſanies ad ſe trahunt. Febris quoque uehemens detinet, & corpus ueluti laßitudine quæ oſſa quoque inuadit, laborat ac dolet. Accidit autem magna ex parte ob longum iter, diutinamque ſitim, quum exiccatæ uenulæ acres calidasque fluxiones ad ſe traxerint. Sic contraria ſanè temporum qualitas, frigus nimirum, à medico contemplandum erit, quod hoc ipſum quoque* Frigus.
morbos efficere queat, coſtarum ſcilicet & pectoris dolores, tuſſes, faucium inflammationes, & alui duræ, quemadmodum in aphoriſmis docuit, ſic de frigida anni conſtitutione ſcribens: ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τοῖσιν ἀῤῥωστήμασι προσδέχεσθαι χρή. *Porrò Galenus etiam in libro de morborum differ. tradit nonnullos qui ſub uehementi frigore iter aggreßi ſunt, in ipſo ſtatim itinere mortem obijſſe, alios uero priuſquam domum reuerti potuerunt diuerſorium nacti, ſemimortuos gelidosque apparuiſſe. Vnde ſatis liquet uehemens frigus corporibus noſtris multum aduerſari, proptereaque à medico conſiderandũ. Denique haud aliter quàm iam dictæ qualitates medico expendendæ humiditas & ſiccitas, quod & illæ* Humiditas & ſiccitas.
B *quoque morbos pariant. Hinc eſt quod alibi dixerit:* νοσήματα δὲ ἐν τῇσιν 3.aph.16.
ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι. *quod eſt: Morbi per imbres magna ex parte fiunt, febres longæ, alui fluores, putredines, morbi comitiales, attoniti, & anginæ. Per ſiccitates autem tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia urinæ, & inteſtinorum difficultates. Conſideranda etiam hoc nomine humiditas & ſiccitas erit, quod ſiccitas, quo ad ſanitatem conſeruandam, humiditati ſit præferenda, Hippocrate teſte, qui in aphoriſmis ita ſcriptum reliquit:* τῶν 3.aph.15.
δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσιν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες. *hoc eſt: Conditionum anni, quod in totum dixerim, ſiccitates ſalubriores quàm imbres, minusque mortiferæ ſunt. Ceterũ ſi aliqua in ijs qualitatibus mutatio fiat, conſiderandum erit per quæ mutatio facta ſit, num per æſtum nimium, aut frigus &c. Et contemplandũ etiam quid poßint eiuſmodi mutationes: ita enim facile futuros deinceps morbos prædicere licebit, ut abunde liquet ex ijs quæ in tertia aphoriſmorũ particula tradit Hippocrates.*

APHORISMVS XV.

Labores, ſomnos, ocia & uigilias expendere oportet.

Monet hoc loco Hippocrates medicum, quo laborum, ociorum, ſomni &

uigiliarum rationem habeat: quando fieri non poſſit ut diu ſanus permaneat C
Ociũ fugiendũ. *homo, ſi non quo decet modo ijs uſus fuerit. Hinc curandũ medico, ne ocio pror ſus deditus ſit qui ualetudinis rationem habet, ſed mediocri potius utatur exercitio: quando uix aliud ſit quod æque morbos pariat, ac aſſiduum hoc totius corporis ocium. Sic quoque ſomno & uigilia mediocribus utatur, tum certe*
Part.6.aph.5. *pulchre bonæ conſulet ualetudini. Hinc eſt quod ſuprà dixerit:* πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια πάντα μέτρια. *quod eſt: Labor, cibi, potus, ſomnus, uenerea, omnia mediocria. In cuius ſententiæ enarratione uide plura ad inſtitutum conducentia: & in Compendio noſtro cap. I. & ſequentib. Nolo enim hoc in loco temerè repetere, quod alibi diffuſius dictum eſt.*

APHORISMVS XVI.

Quę per ſomnũ accidunt, necnõ ipſa inſomnia conſideranda ſunt.

Præcipit hac dictione Hippocrates, ut magno ſtudio ea quæ per ſomnum accidunt, & ipſa etiam inſomnia obſeruemus, quando uaria ex his ipſis præ
Quæ in ſomno accidunt. *dicere poſſimus. Quæ autem per ſomnum accidunt, ſunt oculorum ſuſpectiones, oris hiatus, decubitus, et alia quæ in prognoſticis recenſet Hippocrates.*
1.prog.14. *Quare uero oculorum ſuſpectiones conſiderandæ ſint, ijs uerbis docet:* σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ τῶν βλεφάρων μὴ συμβαλλομένων, μὴ ἐκ διαῤῥοίης, ἢ φαρμακοποσίης ἐόντι, ἢ μὴ εἰθισμένῳ οὕτω καθεύδειν, φλαῦρον τὸ σημεῖον καὶ θανατῶδες σφόδρα. *hoc eſt: Oculorum per ſomnum ſuſpectiones obſeruare oportet: ubi enim ex albo oculorum aliquid palpebris non cõmiſsis apparet, nec alui fluor, aut medicamenti potio in cauſa eſt, aut nec ita dormire conſueuit, prauũ hoc ſignum, letaleq; admodum eſt. Sic oris quoq;*
Hianti ore dormire malum. *hiatus inter dormiendũ ſignum eſt pernicioſum, quia muſculorum os claudentium debilitatẽ ſignificat: id quod ibidem monſtrat ſic ſcribens Hippocrates:*
1.prog.20. θανατῶδες δὲ ἰδεῖ τὸ κεχηνότα καθεύδειν αἰεί. *hoc eſt: Dormire aſſidue*
Decubitus. *hianti ore exitioſum eſt. Decubitus quoq;, eodem Hippocrate autore, à medico conſiderandus eſt, quod multa ex iacentis habitu cõiectare liceat, quem-*
Aph.16. *admodum libro iam citato uidere poteris, & in cap. lij. noſtri Compendij, ubi multa quæ ad ſomni conſiderationem attinent explicauimus. Porrò inſomnia*
Inſomnia quid portendant. *quoq; ipſa contemplanda ſunt, quod ex ijs humores in corpore abundantes dignoſcere queat medicus, quemadmodũ fuſius in libro de inſomnijs docet Hippocrates. Et confirmat hoc idem Galenus in libello cui titulum indidit, de dignotione quæ ex inſomnijs fit, ita ſcribens:* τὸ ἐνύπνιον δὲ ἡμῖν ἐνδείκνυται διάθεσιν τοῦ σώματος. πῦρ καὶ ἰδεῖν μέν τις ὁρῶν ὄναρ, ὑπὸ τῆς ξανθῆς ὀχλεῖται χολῆς. εἰ δὲ καπνὸν, ἢ ἀχλὺν, ἢ βαθὺ σκότος, ὑπὸ τῆς μελαίνης χολῆς. ὄμβρος δὲ, ψυχρὰν ὑγρότητα πλεονάζειν ἐνδείκνυται. χιὼν δὲ καὶ κρύ-

A κρύσταλλος καὶ χάλαζα, φλέγμα ψυχρόν. quod eſt: Ex inſomnijs corporis affectum nobis coniecturis deprehendere licet. Incendium enim ſi quis per inſomniũ uideat, eum quidem flaua bile infeſtari ſignificatur. Si uero fumum, aut caliginem, aut profundas tenebras, atra bile grauatur. Rurſus ſi imbres ſomniat, in eo frigidam abundare humiditatem indicatur. Sic qui niuem, qui glaciem, qui grandinem, pituita frigida plenus eſt. Iam dictis ſubſcribit etiã Plutarchus, qui in libro de tuenda bona ualetudine, per inſomniorum abſurditatem aliqua nos poſſe annotare ſcribit. Nam ſi nefaria, minime conſueta uiſa occurrerint, inquit, aut craſſis humoribus abundare corpus, aut ſpiritus intus turbatos eſſe declarant.

APHORISMVS XVII.

Cubilia in quibus decũbit, & à quibus transfertur æger, cõſideranda.

Tam ſolicitum eſſe medicum de omnibus ijs quæ ad ægri ſalutem ſpectant uult Hippocrates, ut ne lectum quidem in quo decumbit æger negligendũ eſſe ducat, ſed ut tale ſit quod iuxta morbi rationem maxime conueniat, & quo æger uti potiſſimum conſueuit, annitendum medico præcipit. Hinc eſt quod alibi etiã dixit: ἐπεὶ καὶ κοίτη παρὰ τὸ ἔθος μαλακὴ, πόνον ἐμποιέει, καὶ σκληρὴ παρὰ τὸ ἔθος. καὶ ὕπαιθρος παρὰ τὸ ἔθος σκληρύνει τὸ σῶμα. *id eſt:* 2.uict.acut. 54.

B *Præterea & cubile præter conſuetudinem & molle & durum laborem moleſtiámue facit. Quod item ſub diuo eſt præter ſolitum ſtratũ, corpus indurat. Recte itaque monet quod cubile à quo æger transfertur ſit medico conſiderandum: quia non temerè à conſueto ad inſuetũ tansferendus erit. Vbi tamen neceſſitas & ægri ſalus ita ſuadent, tutò certe cubile in quo decumbit mutari poteſt. Quod enim interdũ terræ mutatio poteſt, id quoque cubilis mutatio efficere ualet, in ijs præſertim qui puſillanimes ſunt, & nõ facile lectum deſerunt. Ideoque ſuprà ſic ſcriptũ reliquit:* καὶ ὅπου κλίνειν δεῖ ὡς ἐκ τῶν ἀτολμέοντας μεταβολῆ. *hoc eſt: Et ubi opus eſt mutatione, tum timidos & nihil audentes à lecto in quo decumbũt propulſare oportet. Poteris uero hoc loci per cubile non tantũ lectũ, uerumetiã habitationẽ ipſam in qua æger moratur intelligere, ut nimirum habitationes in quibus degit conſiderentur, num calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut ſiccæ, iuxta morbi ſint cõſtitutionẽ. Quod ſi itaque frigido quiſpiã morbo correptus ſit, neceſſariũ eſt ut habitatio in qua decumbit calida ſit, quando omnia cõtraria eſſe morbo cõueniat. Si igitur talis haud fuerit, ſed frigida potius, tum ab ea ad calidã transferatur. Sic ſi ſudore affatim & immodice promanante, ut planè eam ob cauſam uirtus deficiat, non eſt cur habitatio quoque talis ſit quæ uirtutẽ haud aliter quam ſudor deijciat, ſed contraria potius. Hinc miſeris modis ægros quoſdã Anglico uocato ſudore ſuperioribus annis correptos, medici, imò carnifices quidam Germani nõ tantum* 7.part.aph.7.

afflixerunt, uerumetiã prorſus perdiderunt & enecarunt, quod calidiſsimis C
æſtuarijs intruſos, aut immodica tegumentorum copia preſſos, eouſq; ſudare donec animam exhalarent coegerint, cum frigidiores paulò habitationes eligendæ fuiſſent, in quas ægros ita affectos reclinaſſent, quo uirtus iam immodico ſudore penè extincta, recreari ac refici paulò frigidioris aeris attractione potuiſſet. Sed tanta eſt illorum hominũ imperitia, ut ſimiarum inſtar quicquid alij fecerint, ipſi citra iudicium imitentur.

APHORISMUS XVIII.

Animi affectus perpẽdendus, num ſcilicet ipſe ſua ſponte ſine inſtrumentis & cauſis triſtetur, lętetur, timeat, confidat, ſperet, deſperetq́; ueluti Hippothoi puella ſic ſibi ipſi in animo ſuo conſtabat, ut omnium eorum quę in morbo acciderant gnara eſſet.

Animi affectiões à medico expendendæ.

Animi affectiones à medico non eſſe negligendas, uel unica hæc Hippocratis ſententia abundè docet. Poteſt enim ex ijs medicus nonnunquam corpus ad morbum aliquẽ eſſe propenſum, manifeſtiſsime dignoſcere: id quod etiã teſtatur Plutarchus in libro de tuenda bona ualetudine, hunc in modum ſcribens: Iam uero & animi affectiones indicant, corpus ad morbum eſſe propenſum. Nam ſæpenumero fit, ut occupet quoſdam triſtitia, nullam ob cauſam D
idoneam oborta: aut metus repente ſpes extinguens, idq; quum nihil appareat cur ſit metuendum. Redduntur autẽ & iracundi, ſic ut facile commoueantur, & ob rem quantumlibet leuem indoleant: lachrymanturq́; ac mœrent, quoties mali uapores & exhalationes amaræ, condenſatæ, animi circuitus, ut inquit Plato, præpediunt occupantq́;. Quamobrem quibus acciderint iſta, cõſiderent ac meminerint oportet, ſi nulla res animi ſit in cauſa, tum corporale quippiam eſſe, quod ſubductionem aliquam ac temperantiam requirat. Hæc ille.

Triſtitia & metus atram bilẽ ſignificant.

Hinc non temerè ait Hippocrates, animi affectus perpendendos eſſe, num ſcilicet animus ipſe ſua ſponte, et citra cauſam aliquam manifeſtam triſtetur, aut timeat: id enim atram bilem portendit, ueluti teſtatur alibi ijs uerbis Hippocrates: (6.aph.23.) ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον ἔχουσα διατελέει, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον. *quod eſt: Si mœſtitia & metus longo tempore tenens perſeueret, atram bilem ſignificat. Pari ratione conſiderandũ an quis præter ſolitũ ſineq; cauſa lætetur: id enim futuræ deſipientiæ, ſecurioris tamen ſignum eſt. Hinc eſt quod alibi dixit:* (6.aph.53.) αἱ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς, ἐπισφαλέστεραι. *hoc eſt: Deſipientiæ quæ cum riſu fiunt ſecuriores, quæ uero cum ſtudio periculoſiores. Deniq; ſi quis ita animo afficiatur, ut ſperet aut deſperet, is certe atræ bilis aliquo uitio correptus erit. Sic multi reges aut principes ſeſe eſſe putant, atq; adeò hoc nomine optimas ſpes concipiunt animo. Rurſus alij deſperant,*

A *runt, adeò ut interdũ laqueo, quem ſibiipſis collo inijciunt, uitam finiant. Has itaq; & alias melancholicorũ imaginationes affabre deſcribit Galenus lib. iiij. de affe. lo. cap. vi. ubi inter reliqua ſcribit, aliquos eſſe qui teſtas ſe factos putent, atq; idcirco obuiantibus ne collidantur cedere. Alij gallos ſe eſſe credunt, ideoq; gallos cantare audientes, ut hi alarũ, ſic illi brachiorũ plauſu latera quatiunt. Fuiſſe præterea quendam ait, qui timuit ne Atlas, qui mundum ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tanto onere, ipſum à ſe excuteret, atq; ipſe cum illo collideretur. Plures alias cõſimiles melancholicorũ imaginationes refert lib. i. cap. xxij. Alexander Trallianus. Nulla itaq; ratione poſthabeat medicus, ubi animũ hoc pacto affici ſenſerit. Cæterũ etſi accidat ut in iam dictis affectibus interdum ambæ actiones obturbentur, ut ſcilicet neq; bene procedat imaginatio, neq; debita fiat ratiocinatio, ut plurimũ tamen unam duntaxat lædi cõtingit, id quod Hippothoi puellæ exẽplo hac in dictione Hippoc. monſtrat. Huic enim quamuis imaginatio nõ recte procederet, tamen ratiocinatio ipſa & memoria illæſæ permanſerunt: ideoq; ſic ſibi in animo conſtitit, ut omnia ea quæ in morbo acciderant, ſciret. Tale quid etiam contigit Theophilo medico, cuius meminit Galenus in libro de ſymptomatũ differentijs. Is enim aduerſa ualetudine preſſus, cũ alioqui prudenter diſſereret, atq; eos qui* Melancholicorum imaginationes uariæ.

B *tum præſentes erant exacte noſceret, tibicines tamẽ quoſdã arbitrabatur eſſe in angulo cubiculi, in quo decumbebat, eosq; tibia canere, atq; pulſare, & ſe illos uidere putabat, alios quidem ſtantes, alios autem illic ſedentes, atq; ita continenter canentes, ut neq; noctu, neq; interdiu quicquam remitterent, aut quieſcerent, ne minimo quidem temporis momento. Proinde aſſidue clamans iuſſit eos à cubiculo expelli. Is ubi conualuit abeunte morbo, quicquid ſinguli eorum qui ipſum uiſitabant uel dixiſſent uel egiſſent, narrabat: denique uiſa quæ de cantoribus apparuerant, memoriter recitabat. Sunt itaq; animi affectus & hoc maxime nomine perpendendi, quod ex his uel imaginationem, uel memoriam, uel cogitandi facultatem eſſe læſam ſcire liceat.*

APHORISMVS XIX.

Aetatẽ ab ętate diſcernere oportet, et num prius aut poſterius quàm oporteat aliquid contingat. Veluti ſi hyeme, aut æſtate, uel ſeni uel puero ſolutus eſt morbus: aut exitus dentiũ, capillorumq; in pudendis eruptio, & ſeminis proiectio prius aut poſterius q̃ deceat facta eſt, magis & minus, augmentum capillorum, craſſitudo, robur, & diminutio.

Ex hac quoq; dictione ſatis conſtare poteſt Hippocratẽ ſingula fermè rerum ad medici cognitionem neceſſariarũ capita in hanc paruam digeſſiſſe tabulam. Primum enim omnium ætatis ac temporum rationem medico habendã eſſe hoc in loco admonet: ætas enim ab ætate differt, ideoq; diligenter illæ diſ- Aetatis habenda ratio.

cernendæ erunt. Nam multa ſunt quæ ijs qui in uigente iam ſunt ætate conſti C
tuti, conueniunt, quæ tamen pueris aut ſenibus haud competant. Hinc eſt
1.aph.2. quod in aphoriſmis dixerit: ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ ἡλικίην καὶ νούσους ἐν
1.aph.17. ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ. Et rurſus: δοτέον δέ τι καὶ τῇ ἡλικίῃ. hoc eſt: Dandum aliquid ætati erit. Sic ſanè pueros iuxtà atq; ſenes euacuare nō licet, neq; per uenæ ſectionem, neq; alui deiectionē. Hac deniq; ratione cum continuo opus habeant augmento, longam ac multam inediam perferre pueri nō poſſunt, quem-
1.aph.13. admodum in aphoriſmis ſic ſcribens docet Hippoc. γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, τουτέων δὲ αὐτέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα. quod eſt: Senes facillime ieiunium tolerant, ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcentes, omnium minime infantes, eorumq; ipſorum potiſſimum qui utiq; animoſiores propenſioresq; ſunt. Summo itaq; ſtudio ætatem ab ætate diſcernat medicus, ac cuilibet quod ſibi conuenit
Temporis ratio habenda. adhibeat. Deinceps temporis quoq;, in quo hæc atq; alia contingunt, ratio habenda erit, diligenterq; animaduertendū num aliquid prius aut poſterius quàm oporteat accidat. Verbi gratia, cum tempus quodlibet ſuos ac proprios obtineat morbos, quemadmodum in tertia aphoriſmorū particula docet Hippoc.
conſiderandum erit an quiuis conſtituto ſibi tempore, aut prius, aut poſterius D
eueniat: ueluti ſi hyeme fit febris ardens, quæ in æſtate potius fieri debebat: aut in æſtate apoplexia, quam hyeme accidere potius cōueniebat: id ſanè quod non ſine uehementi aliqua cauſa, quæ temporis contrariam conſtitutionem ſuperat, fieri ſolet, ut hoc nomine morbi eiuſmodi grauiſſimi exiſtant. Et hinc
2.aph.34. eſt quod alibi dixerit: ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων. id eſt: Per morbos minus periclitantur hi, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori morbus magis conuenit, quàm quibus ſecundum nihil iſtorum congruit. Cæterum quod ait, ueluti hyeme uel æſtate ſolutus eſt morbus, exemplum eſt eius quod de tempore dixit, eo ipſo monens ut medicus perpendat num morbus aliquis ſit hyeme ſolutus, qui æſtate ſolui debuiſſet: id enim uirtutis robur portendit. Proinde quicunq; morbi prius quàm conſueuerunt ſoluuntur, iji ſinguli facultatū robur, quemadmodū qui poſterius aut tardius earundem imbecillitatē, demōſtrant. Per hæc porrò uerba, uel ſeni, uel puero, iterum reſpicit ad id quod prius aut poſterius quàm deceat fit. Conſultius autē eſt pueris quàm ſenibus accidere morbos, quod in pueris bona ſpes ſit ubi ad pubertatis acceſſerint tēpus ſolui morbum, in ſenioribus uero planè nulla. Et hoc eſt quod in aphoriſmis
3.aph.28. iis uerbis innuere uoluit: τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθη κρίνεται,

τὰ μ

A τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δ᾽ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ᾽ ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι πάθεα, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τοῖσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν. hoc eſt: *Plurimi affectus puerulis iudicantur, nõnulli quidem in quadraginta diebus, aliqui in ſeptem menſibus, nõnulli in ſeptem annis, quidam quũ ad pubertatem accedunt. Qui autem perdurarint, nec ſolui potuerint iam pubeſcentibus, aut fœminis quũ menſtrua erumpunt, conſeneſcere aſſolent. Et iterũ ibidem:* οἱ πρεσβῦται τῶν νέων, τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δὲ ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γίνηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. *quod eſt: Seniores iuuenibus magna ex parte ægrotant minus. Quicunque uero morbi ipſis accidunt longi, ut plurimum eis cõmoriuntur. Inſuper admonet nos Hippoc. ut diligenter animaduertamus num pueri ſuo tempore dentire incipiant, & an illis capillorum in pudendis eruptio, aut ſeminis profuſio conſueto tempore, & minime prius aut poſterius quàm conueniat fiat. Nam ſi ſtato quouis illorũ tempore contingat, argumentum eſt bonam eius corporis eſſe temperiem, & omnia pro conuenienti quatuor qualitatũ mixtura fieri. Si uero citius aut tardius quàm deceat acci*- 2 aph. 19.

B *dant, non dubium eſt quin aliquis haud mediocris dictarũ qualitatũ exceſſus in cauſa ſit: id quod ſatis ex iis quæ lib. ij. de temp. tradit Gal. cõſtare poteſt. Sed non prætereundũ eſt quod Caluus bis hoc loci in ſua interpretatione hallucinatus ſit. Primũ, quod* ἐκβολὴν *caſum dentiũ ſignificare putauit, cum tamen hæc dictio quemcunque exitum denotet. Dein quod* γόνος *partum uertit, cum tamen nemo eſt qui neſciat ſignificare ſemen. Præterea hortatur Hippoc. ut non tantũ in pudendis, ſed etiam in reliquis corporis partibus pilorũ augmentũ conſideremus, num ſcilicet in hoc magis, in illo minus ſuccreſcant, quod ita facile de temperatura illorum corporũ, maxime uero partium in quibus producũtur, pronunciare nobis liceat, ut loco iam citato fuſius docet Galenus. Poſtremũ per hæc uerba, craßitudo, robur, diminutio, uidetur nos monere ut conſideremus accurata opera ætatũ diſcrimina, præſertim ut animaduertamus num ætates citius aut tardius eueniant. Sic uidemus unum altero citius ſeneſcere, quod certe non ſine cauſa fieri ſolet. Intelligit autẽ per craßitudinem puerilem ætatẽ, in qua magna ex parte quàm in aliis ætatibus, quod illæ ſemper craßitudinem illam inter ortus noſtri initia nactam imminuant, craßiores ſumus. Per robur inaudiendam eſſe puto ætatem conſiſtendi & uirilem, quod in ea omnes corporis facultates ualidæ & robuſtæ ſint. Per diminutionem contrà ſenectutem, quandoquidem in hac ipſa omnes uires corporis decreſcunt, ac minuuntur. Quid multa? unicè medico perſcrutandum erit ætatum diſcrimen, & temporum ratio habenda, ut ſciat num hoc prius aut poſterius quàm oporteat factum ſit.*

[Margin notes: ἐκβολή. — γόνος. — Pilorum ratio. — Craßitudo. — Robur. — Diminutio.]

APHORISMVS XX.

Conſiderandum qui morbus cognatus, & qui per ſe ſit, quanto deniq; magis & minus cognatę ſint partes.

Etſi uarijs modis interpretari hæc Hippoc. dictio poſſit, ea tamen quam nos ſelegimus reliquis uidetur eſſe magis genuina. Neq; enim aliud innuere obſcuris ijs uerbis uidetur Hippoc. ꝙ ut conſideremus qui morbi per eſſentiam, & qui per conſenſum, quem hoc loco cognationē appellat, fiant. Inſuper ut quoq; animaduertamus qualis ſit partiũ in quibus morbus conſiſtit cognatio, quod hæ magis, illæ uero minus cognatæ ſint. Quod ad primum attinet, quando fit capitis dolor, diligenter perpendendũ an ob uapores à uitioſis qui ſunt in uentriculo humoribus ad caput ſurſum elatos, atq; adeò per cōſenſum, an ab humoribus in capite cōtentis accidat, quod peculiarē quiſq; medendi rationem requirat. Si enim primogenio affectu caput infeſtatur, tum capiti tantummodo medendum erit: ſi uero per cognationē aut conſenſum afficitur, tum primum pars quæ caput in conſenſum rapit curanda erit. Quod qui non animaduertunt medici, dictu mirum quàm inter medicandum aberrent, quod neglecto prorſus eo quod per ſe & primogenio affectu infeſtatur, huic tantum quod per conſenſum male habet remedia adhibeant. Non uero duntaxat quæ corporis pars per ſe, quæq; per conſenſum afficiatur, ſed quæ magis minusq; cōſentiat deſpiciendum erit, ut ſcilicet hac ratione ad affectæ partis notitiam quamproxime accedamus. Contingit enim nonnunquam ob maximum conſenſum ita affici partem aliquam, ut parum prouidi ac periti medici, primogeniũ in hac ipſa affectum conſiſtere putent. Diligenter itaq; eas quæ per ſe, ab ijs quæ per conſenſum afficiuntur partibus diſcernere medicum oportet, quo remedia commode adhibere queat. Non latet aliter interpretatos eſſe nonnullos hanc Hippocratis ſententiam, uerum cum illorum interpretationes parum uideantur inſtituto Hippocratis quadrare, ideo miſſas facio.

APHORISMVS XXI.

Anni tempus expendendum, num ſcilicet citius aut tardius quàm conueniat factum ſit, & an pluuioſum uel ſiccum, calidum uel frigidũ, cum uentis uel citra uentos, quibusq; uentis perflatum, & num in principio, medio, fine, uel aſſiduò, præterito aut præſenti tempore fuerit.

Conſtitutio temporum anni.

Hippocrates hac in dictione uniuerſa quæ alibi de temporum anni conſtitutionibus ſcripſit complexus eſt, hortaturq; ut mutationes illorum accurata opera perpendamus, quando ex ijs uarios morborũ euentus prædicere liceat. Et ea ſanè eſt aſtronomiæ pars quæ medico maxime eſt neceſſaria, & quam Hippocrates etiã unicè excoluit: hæc inquam quæ ex motu cœli, ortu & occaſu ſyderum, anni tempora, illorumq; diſcrimina & mutationes ſcrutatur.

Quæ aſtronomiæ pars medico neceſſaria.

A *Extra hanc ueteres medici nullã prorſus agnouerunt. Vanitate itaq; mira circunducũt hodie plerosq; ſuperſtitioſuli illi medici, qui eam aſtronomiæ partem quam iam Aſtrologiam uocant, & quæ futura ex horoſcopo prædicit, & neſcio quas alias prodigioſas cõminiſcitur nugas, medico neceſſariam eſſe garriunt. Ego cum doctiſſimo Manardo noſtro, hanc potius ut deceptoriam,* 14. lib. Epiſt. 5. *ab omniq; ueritate alieniſſimã, et à uera ac Chriſtiana pietatẽ mirum in modum auocantẽ, ad medicasq; indicationes ne tantillum quidem conferentẽ, ab omni republica proſcribendam, & unà cum ſuis autoribus expellendam eſſe iudico. Et utinam Conſtantius aliquis emergeret, qui hancuanitatem & diuinandi curioſitatẽ exploderet, ut ſanè olim exterminatã ab hoc Imperatore legimus, in l. Nemo aruſpicem. C. de maleficis & mathematicis. Sed ad inſtitutum reuertor. Anni tempus conſiderandum medico erit, an citius, aut tardius quàm conueniat factum ſit, quod inde certos morborum euentus prædicere queat.* Citius aut tardius. *Verbi gratia, ſi uernum tempus anni citius quàm conueniat incœperit, tum uernos etiã morbos citius expectabis. Sin uero tardius cœperit, tum hyemales quoq; morbos diutius duraturos pronunciabis. Et ſic de alijs quoq; temporibus iudicandum erit. Cæterum contemplandũ num tempus an-*

B *ni ſit pluuioſum aut ſiccum: hoc enim illo multo ſalubrius exiſtit, quemadmodum alibi quoq; ijs uerbis monſtrauit:* τῶν καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι καὶ ἧσσον θανατώδεες. 3. aph. 15. *hoc eſt: Conſtitutionum anni, quod in totum dixerim, ſiccitates imbribus ſalubriores minusq; mortiferæ. Porrò tempuus anni ſi fuerit pluuioſum, tum, ut ibidem docet Hippoc. magna ex parte febres longæ, alui fluores, putredines, morbi comitiales, & attoniti, atq; anginæ fient. Si uero ſiccũ, tum tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, urinæ ſtillicidia, & difficultates inteſtinorum generabuntur.* 3. aph. 16. *Expendendũ etiam an tempus anni calidum uel frigidum ſit, potiſſimũ ſi eodem die modo calor, modo frigus fuerit: nam tunc autumnales & inæquales morbos expectare oportet, quemadmodũ in aphoriſmis teſtatur ijs uerbis:* Calidum uel frigidum. ἐν τῇσιν ὥρῃσιν ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψύχος ποιέῃ, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. 3. aph. 4. *Quid multa? in ſingulis temporibus eſt expendendum num frigidum uel calidum, pluuioſum aut ſiccum ſit, ueluti loco iam citato monſtrat prolixius Hippoc. Sic conſiderandũ num cum uentis aut ſine uentis: & ſi uentoſum fuerit, qualis is ſit qui ſpirat uentus, aquilo ſcilicet, aut auſter, expendendum.* Cum uentis uel ſine uentis. *Nam ut loco iam ſæpius citato ait, quotidianæ cõſtitutiones aquiloniæ corpora cõſtipant, cõtendunt, bene mobilia, coloratiora, & melius audientia efficiunt, aluos exiccant, oculos mordent, & ſi in pectore dolor aliquis præfuerit, dolorem augent. Auſtrinæ diſſoluunt corpora & humectant, caput* 3. aph. 17.

grauant, auditum obtundunt, uertigines faciunt, oculis atq; corporibus difficilem motum præſtant, & aluos humectant. Quæ ſingula quoq; iam dicta in libro de humoribus prolixius repetit, quem ſanè librum diligens lector perluſtrare poterit: neq; enim omnia annotare libri magnitudo ſuaſit. Deniq; conſiderandū num in principio, medio, fine anni, aut aſſiduò iam dicta acciderint: hoc eſt, an in uere, æſtate, autumno, uel hyeme duntaxat, aut per integrum annum durauerint. Nam alij morbi expectandi erunt ſi uer pluuioſum & auſtrale fuerit, & alij ſi aquilonium & ſiccum fuerit. Sic de reliquis quoq; anni temporibus iudicandum erit, ut pluchre in tertia aphoriſmorum particula Hippoc. edocuit. Si uero totus annus ſiccus fuerit, tum tales quoq; morbos expectare oportet. Hinc eſt quod alibi dixerit: ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίνονται· καὶ ἢν μὲν δὲ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, ὁκοίην καὶ τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς δὲ τὸ πολὺ καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι. *hoc eſt: Per ſiccitates febres acutæ fiunt: & ſi magna ex parte talis ſit annus qualem fecerit cōſtitutionem, tales quoq; morbos magna ex parte expectare oportet. Poſtremū conſiderandum num prædicta in præterito tempore facta ſint, aut præſenti tempore fiant: nam & hoc ipſum ad prædictionem futurorum morborum non parum conducet, ſicuti declarant exempla quæ in tertia aphoriſmorum particula tradit Hippocrates.* D

In principio, medio, uel fine, &c.

3.aph.7.

C

APHORISMVS XXII.

Morbi horam & tempus, accidentia, & circuitus, quiq; horum uehementiores, & qui prolixiores fuerint, itidemq; incremēta multa conſiderare oportet. Alterius quoq; morbi incrementum, remiſſionem, & uigorem, num magis aut minus, & quando, quomodo, qua hora, quaq; in ætate deſierit.

Hoc in loco Hippocrates diligenter monet ut medicus horam atq; tempus inuaſionis morbi, circuitus, & alia multa conſideret, quod nimirum inde multa prædicere & cognoſcere poſſit. Niſi enim horā in qua morbus inuaſit perſpectam habuerit medicus, uix criſim, & quo die futura ſit morbi iudicatio, ſcire poterit. Hinc eſt quod Gale. lib. i. de criſib. tam accurata diligentia notas quibus morbi principiū deprehendere liceat, tradat. Sic tempus etiam in quo cœpit morbus dignoſcendū erit, quod æſtatis tempore quicūq; inuaſerint morbi, breuiores, quemadmodum qui hyeme, longiores eſſe ſoleant, uelut alibi quoq; indicauit Hippocrates ijs uerbis: Quartanæ æſtiuæ breues magna ex parte ſunt, autumnales uero longæ, præſertim quæ hyemem attingunt. Morbi quoq; tempus hac ratione cōſiderandū erit, ut ſciamus num morbo peculiare ſit ac congruat. Nam ut alibi ait, in morbis minus periclitantur ij quorum naturæ morbus conuenit, aut tempori, q̄ quibus ſecundum nihil iſtorū conuenit. Qui uero ſint morbi cuius tempori proprij, docet etiā Hippoc. ibidem pro-

Morbi hora.

Tempus.

2.aph.25.

2.aph.34.

3.aph.19.et ſeq.

lixius.

A lixius. Proinde ubi morbum ſuo tempore exoriri conſpexerit medicus, ut ter
tianam in æſtate, nihil à morbo periculi timeat, quod huic ſit tempori pecu-
liaris. Tempus deniq; morbi ideo conſiderandum à medico erit, ut eò rectius ui
ctus rationem præſcribere poſsit. Nam ut in aphoriſmis inquit: θέρεος καὶ 1.aph.81.
φθινοπώρου σιτία δυσφορώτατα φέρουσι, χειμῶνος ῥήϊστα, ἦρος δεύτερον.
quod eſt: Cibos æſtate & autumno difficillime ferunt, hyeme facillime, mox
uere. Cæterum ἐπιγινόμενα, hoc eſt, ſuccedentia, uel ut nos magis conſueto Accidentia.
medicis uocabulo interpretati ſumus, accidentia, cõtemplanda ſunt. Eſt autẽ
ἐπιγέννημα, Galeno lib. de ſympt. diffe. teſte, id quod alio nomine Græci ἐπιγένημα.
uocant σύμπτωμα. Verba eius ſic habent: σύμπτωμα νοσήματος, ὅπερ
ἔνιοι τῶν ἰατρῶν ἐπιγέννημα καλοῦσιν. Symptωmata itaq; morbi conſi-
deranda ſunt, quod ex iis interdum mortẽ aut ſalutem ægri prædicere liceat,
quemadmodum idipſum in præſagiis, & in aphoriſmis multis exemplis mon-
ſtrat Hippocrates. ἐπιγινόμενα etiam, id eſt, morbi alios ſuccedentes ſunt
conſiderandi, quod poſterior interdum priorem ſanet. Ita febris nonnunquã
conuulſionem curat: atq; hinc eſt quod alibi dixit, πυρετὸν δὲ σπασμῷ βέλ- 2.aph.26.
τιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ. id eſt: Febrem conuulſioni ſu-
B peruenire melius eſt, quàm febri conuulſionem. Et rurſus: Qui conuulſione 4.aph.57.
aut diſtentione neruorum tenetur, ſi febris accidat, à morbo liberatur. Fit
etiam interdum ut morbus ſuccedens priorem faciat multo peiorẽ, ueluti ubi
deſipientia ac cõuulſio à ſanguinis profluuio accidit, aut à morbo laterali pul
monis inflammatio, & ab illa phrenitis, quemadmodum in aphoriſmis etiam 6.&.7.part.
fuſius docet Hippocrates, & id quod ſuprà iis uerbis protulit, αὐδ' οἵων Part.6.aph.10.
αἱ νοῦσοι. hoc eſt: Conſiderandum qui morbi aliis ſuccedant. Porrò perſcru-
tandi quoq; in morbis circuitus, hoc eſt, ſimiles ad idem reditus. Sunt enim Circuitus morbi.
morbi qui ſtatis certisq; temporibus ueniunt & abeunt, & quodam quaſi cir
cuitu facto redeunt. Perſcrutandi itaq; eiuſmodi circuitus ſunt, ut medicus ui
ctus rationem eò certius conſtituere poſsit. In acceſsionibus enim, ut in apho- 1.aph.11.
riſmis ait, abſtinendum eſt: aſſumere enim cibum nociuũ eſt. Et quibus per
circuitum ueniunt acceſsiones, his in ipſa acceſsione abſtinemdũ eſt. Et iterũ: 1.aph.19.
Qui per circuitus acceſſionum exacuuntur, his nihil eſt dandũ, nec cogendũ,
ſed adiectioni ante iudicationẽ eſt ſubtrahendum. Apertius in iiij. uict. acut. Aph.34.
lib. iis uerbis: ὁκόταν φαρμακεύσῃς τοῖσι ῥοφήμασι, χρῶ διαφυλάσσων
τοὺς παροξυσμοὺς τῶν πυρετῶν, ὅκως μηδέ ποτε προσοίσῃς ἐόντων μη-
δὲ μελλόντων ἔσεσθαι, ἀλλὰ ληγόντων, ἢ παυομένων, καὶ ὡς πορρωτά-
τω ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. quod eſt: Cum medicamẽtis purgaueris, ſorbitionibus uti-
tor, obſeruatis febrũ acceſsionibus, ut nunquã cum adſunt, neq; cũ futuræ ſunt,
exhibeas, ſed cum iam finitæ ſunt aut conquieuerunt, & cum maxime à prin-

Circuitus qui uehementiores. *cipio receſſerūt. In expendendis autem circuitibus animaduertendū qui ex iis* C
ſint maiores, & uehementiores: hæc enim nomina diu apud medicos uſitata
ſunt, & ſæpius de una eademq; re efferuntur. Si enim uehementius afflixe-
rint, tum effatu dignum morbi augmentū, et uelocem eiuſdem eſſe motum, atq;
haud ita multo pòſt in ſuo uigore futurū indicabunt. Neq; enim fieri poteſt,
ut incrementa magna ſuſcipientibus acceſſionibus & morbi circuitibus, non
Longiores. *proximus ſit eiuſdem uigor. Contemplandum etiam qui ſint prolixiores: nam*
acceſſio quæ longius affligit, haud aliter quàm uehemens morbi augmentum,
& paulò poſt futurū uigorem monſtrat. Pari ratione & circuituū, hoc eſt,
acceſſionum incrementa conſideranda, quod ex iis & morbi augmentum, &
futuri uigoris tempus præfinitum diſcere liceat, ueluti fuſius Galenus in cō-
1.aph.12. *mentariis ſuper aphoriſmos Hippoc. conſcriptis docet. Porrò non tantum*
Tempora morbi cognoſcēda. *febrium incrementa, uerumetiā aliorum morborū tempora cognoſcenda ſunt,*
præſertim incrementum, uigor & remiſſio, quemadmodum ex profeſſo in lib.
i. de criſib. tradit Galenus. Quod autem ad morbi remiſſionem & ceſſationē
attinet, animaduertendū num magis aut minus, hoc eſt, integre aut imperfecte
ceſſauerit. Si enim integre deſijt, nō eſt aliquis recidiuæ timor, ob id nihil no-
1.aph.20. *uandū à medico erit. Hinc alibi ſcriptū reliquit: Quæ iudicātur aut iudicata* D
ſunt integre, neq; mouere, neq; nouare uel medicamentis, uel aliis incitamētis,
ſed ſinere oportet. Si uero nō integre & perfecte deſijt morbus, ſed aliquæ il
lius in corpore remanſerunt reliquiæ, medicus eaſdem expurget, & naturam
iuuet, ita enim recidiuæ periculū euitabit. Vt itaq; perfectā & imperfectam
Quando. *morbi iudicationē medicus agnoſcere queat, cōſideret primū omnium quando,*
hoc eſt, quo die facta ſit iudicatio. Si enim in die aliquo iudicatorio facta eſt,
bona & perfecta dubio procul erit. Sin in aliquo qui decretorius nō ſit, mala
et imperfecta erit, quemadmodū ſuprà abunde de ſudoribus agentes diximus.
Quomodo. *Deinceps conſiderandū quomodo et per quem modū iudicatio morbi facta ſit,*
an per alui turbationē, ſudorē, uomitū, aut per ſanguinis ex naribus profluuiū.
De qua re plura apud Hippocratē in præſagiorū libris, & Galenum lib.
iij. cap. xi. de criſibus legere poterunt ſtudioſi: hic enim capita illarum rerum
Hora anni. *attigiſſe ſat ſit. Cōſiderandū inſuper qua hora anni facta ſit morbi iudicatio,*
æſtate nimirum aut hyeme. Quæcunq; enim iudicationes æſtate fiunt, magna
ex parte meliores iis quæ hyeme accidunt eſſe ſolent, quod temporis conſtitutio
non parum ad noxij humoris abolitionem conducat. Iudicatio quoque in con-
ſtantibus anni temporibus facta, ea quæ in inconſtantibus fit præſtantior exi-
3.aph.8. *ſtit, ueluti alibi ſic ſcribens teſtatur:* ἐν τοῖσι καθεστῶσι καιροῖς ἢν ὡραίως
τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέστατοι γίνονται αἱ νοῦσοι.
ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. *hoc eſt: In cō-*
ſtantibus

A ſtantibus temporibus ſi tempeſtiua tempeſtiue redduntur, morbi conſtantes & boni iudicij fiunt: in inconſtantibus autem, incõſtantes & iudicatu difficiles. Contemplandũ etiam in qua ætate morbus iudicatus ſit, quod ut plurimum unus idemq; morbus aliter pueris, aliter iuuenibus, aliter etiam ſeniori (Aetat.) bus iudicetur, quemadmodum eius rei exemplum habes libro tertio præſagiorum (Aph.12.) Hippocratis, de uehementi capitis dolore in febribus accidente, ubi in iuuenibus morbum per fluorem ſanguinis ex naribus, natu uero maioribus per ſuppurationem iudicari ſcribit. Quum itaq; iuxta ætatis rationem alio atq; alio modo morbus iudicetur, non temerè hoc loco præcepit Hippoc. eſſe expendendum in qua ætate morbi iudicatio accidat.

APHORISMVS XXIII.

Morborũ populariter uagantiũ modi ac rationes cõſiderandæ, & num aliquis eorum qui iam cœperunt ſine uomitu initium ſumpſerit, & an bibẽtes medicamentũ aliquod, adſtricti, aut modicè purgati ſint.

Tria in hac dictione à medico obſeruãda eſſe Hipp. monet. Primũ, ut quis ſit modus eorum morborũ qui aliquo anni tempore, in regione quadam abundant & inſoleſcunt, quos ἐπιδημεούσας νόσους hoc loco nominat. hoc eſt, me (Morbi populariter uagantes.)
B dico unicè obſeruandum erit, qui & quales ſint hi morbi qui certis anni temporibus populariter uagantur, quod ad prænoſcenda ea quæ in ægris futura ſunt non parum conducat. Si enim temporis in quo maxime ingruunt proprij fuerint, nullum inde magnũ periculum timendum erit, ſed omnia pro temporis ſuam temperaturam ſeruantis ratione euenient. Sin morbus multos iam inuadens temporis nõ proprius fuerit, euidentiſsimũ erit hunc ipſum non ſine magna proprij temperamenti mutatione accidiſſe, atq; adeò periculo non uacare. Et hinc eſt quod alibi quoq; ſcripſerit: χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν ἀεὶ ἐπιδημεόντων ταχέως ἐνθυμεῖσθαι, καὶ μὴ λανθάνειν τὴν τῆς ὥρης κατάστασιν. quod eſt: Populariter uagantiũ quouis tempore morborum impetum citò obſeruare, & temporum anni conſtitutionem nos haud ignorare oportet. Qua uero ratione temporum anni conſtitutio à nobis obſeruanda ſit, antea diximus, & prolixius in aphoriſmis explicauit Hippoc. Secundum quod hac in dictione nobis contemplandũ ab Hippocrate proponitur, eſt, ut cõſideremus nũ morbi populares cũ, aut ſine uomitu cœperint. Si nanq; cum uomitu exordiũ ſumpſerint, uomitumq; conferre ægrotãti, ad illum quoq; promptum eſſe uiderimus, tum naturam medicamentis uomitum cientibus adiuuemus. Si uero ſine uomitu inceperint, & æger ad uomendum ineptus fuerit, uomitusq; nihil contulerit, tum nullo pacto medicina uomitum citans adhibenda erit. Et certe ſi morbi iam dicti cum uomitu cœperint, indicium erit humores morbum facientes ut per uomitũ educãtur promptiſsimos eſſe: perinde (3. præſag. 40.)

atq; ineptiſſimos, ſi ſine uomitu initiũ ſumpſerint. Tertium quod à medico conſiderandum erit, id eſt. Contingit interdum ut ſine uomitu morbus incipiat, & tum ſignum eſt ut humores illi, uti iam dictum eſt, ad purgationẽ per uomitum prorſus inepti ſint: quapropter per inferiora potius purgandi erunt. In hoc ipſo autem unicè conſiderandũ erit, qui ad inferiores purgationes apti, & qui inepti ſint. Apti autem ſunt, qui hauſto medicamento purgatorio ſtatim purgantur, & quibus aluus adſtricta haud permanſerit. Contrà inepti, quibus nihil tale accidit. Proinde quicunq; inepti ſunt ad uomitũ, & populari aliquo corripiuntur morbo, ij per inferna purganda ſunt, maxime ſi illis aluus non admodum adſtricta, ſed ſubductu facilis fuerit: id quod ſanè euenit, ubi humores craſſi iam cõcocti, & corpus fluidum fuerit. Hinc poſtremis huius dictionis uerbis Hippoc. aliud nihil innuere uoluit, niſi ut nõ temerè cuiuis al uum ſubduceremus, ſed ijs tantũ qui ad inferiores purgationes idonei eſſent. C

Qui ad inferiores purgationes apti.

APHORISMVS XXIIII.

Conſiderandum num fortè candidi febribus corripiantur, & illorũ etiam labia, qualis deniq; modus febris, ac quæ tempora.

Candidi qui. *Candidos eos quos πολιοὺς uocauit Hippocrates, diximus. Intelligit autem dubio procul hac uoce ſenes, utpote quorum capilli iam candidi fiunt: canos alio nomine appellamus. Senes autem innatũ calorem habere modicũ & imbecillẽ, nemo eſt qui neſciat: & Hippocrates quoq; alibi, ut paulò poſt dicemus, idipſum indicauit: adeoq; fit ut rariſſime febribus capiantur. Nam cum ob innati caloris conuerſionem, potiſſimum ad igneam naturam febris accendatur, fieri uix poteſt ut ſenibus tanta eueniat conuerſio, quanta iunioribus, & ijs in quibus calor innatus multus eſt. Multũ enim calidum prompte in immenſum attollitur, paucũ uero nõ facile, ſed maximã cauſam exigit quæ cogat ad hoc. Haud enim facile in aqua ignis ardebit. Et id eſt quod in aphoriſmis ijs uerbis innuere uoluit:* γέρουσι δὲ ὀλίγον θερμὸν, διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται, ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα. *hoc eſt: Senibus parum caloris ineſt, & eam ob rem paucis egent fomitibus, quippe quod à multis extinguatur. Hinc febres ſenibus non æque acutæ accidunt, corpus enim illorum frigidum eſt. Haud itaq; temerè monuit Hippoc. ut conſideraremus num ſenes et cani febricitent, quod hoc uõ uiſi maxima urgente cauſa accidat. Ideo ut rarum hunc euentũ exquiſitius inſinuaret, fortè, particulam adiecit. Cæterũ quod non ſine magna cauſa ſenes febribus corripiantur, labia illorum abunde monſtrant: nam ſi hæc ipſa contemplemur, ulcerata eſſe ob febris & caloris magnitudinem uidebimus. Quid multis opus eſt uerbis? ſenes non niſi maximã ob cauſam febricitant, ideo in febribus pro* D

Senes cur raro febribus capiantur.

1. aph. 14.

Labia ſenum conſideranda.

pter

A pter immenſam caloris præter naturam copiam labia eorundem, haud aliter quàm in reliquis ardentibus febribus ulcerantur. Porrò ubi ſenes à febribus capi contigerit, tum erit etiã modus febris cõſiderandus. Vehemens nanq; ſi fuerit febris, ſenem moriturum eſſe timor erit. Vt enim ab immodica flamma parua ſcintilla conſumitur, ſic etiam à nimio præter naturam calore in ſenibus innatus modicus extinguitur, ac prorſus diſſipatur. Mitior tamẽ ſi fuerit febris, adhuc aliqua de ægri ſalute ſpes eſſe poteſt, maxime ſi remedia idonea haud neglecta fuerint. Tempora quoq; febris quibus ſenes corripiuntur, conſideranda à medico erunt. Nam ſi æſtate accidunt, non admodum periculoſæ erunt, quod hoc tempus illis ſit proprium ac deſtinatum. Si uero hyeme occupauerint, tum periculoſiſſimæ erunt, quod ſcilicet non ætas ſolum, uerum etiam tempus ipſum morbo repugnet & aduerſetur, ita ut nõ niſi maximam ob cauſam febris hoc tẽpore, in ſenili potiſſimũ ætate oriatur. Nõ latet fuiſſe nonnullos, in quorũ numero Alexandrinus eſt, qui per candidos, pituitoſos eſſe intelligendos contendant. Atqui illorum interpretatio ueritatem habere non uidetur, quod pituitoſi, præſertim in humidis temporum conſtitutionibus, non raro febribus tententur, quemadmodum teſtatur Galenus cõm. xi.

Modus febris.

Tempus febris.

Per candidos minime pituitoſos eſſe intelligẽdos.

B lib. iij. aph. in hunc ſcribens modum: αὐτὸ γὰρ δὴ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ σηπόμενον ἐν τοῖς σώμασιν ὑγρὸν, ὡς ὕλη τις ὑπὸ δυνάμεως τῆς θερμότητος. ἡ δ᾽ ὑγρότης ἡ τοῦ περιέχοντος ὅτι κωλύει ξηραίνεσθαι τὴν ἐν τῷ σώματι περιουσίαν τῶν ὑγρῶν, καὶ τοῦτο συντελεῖ τῇ σηπούσῃ δυνάμει. θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν ἐν ταῖς τοιαύταις καταστάσεσι μᾶλλον βλάπτεσθαι τὰς ὑγροτέρας φύσεις. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς πυρετοὺς ἔφη τοῖς φλεγματώδεσι μᾶλλον γίνεσθαι, καὶ γὰρ ὑγροτέρους ἀναγκαῖον εἶναι. hoc eſt: Ipſum ſiquidem humidum quod in noſtris putreſcit corporibus, quædã ueluti materia eſt à ui caloris patiens. Humiditas uero ambientis quatenus exiccari non ſinit in corpore humorũ redundantiam, eatenus adiuuat uim putrefacientẽ. Nihil itaq; mirum ſi in talibus conſtitutionibus plus offendantur naturæ humidiores. Propterea ait febres magis accidere pituitoſis, etenim neceſſariò eſſe humidiores. Caluus hãc ſententiam obſcuriſſime in hunc reddidit modum: Cum febriunt, exalbeſcunt rubeſcuntq;, quorum labia conſiderato &c.

APHORISMVS XXV.

Contemplari oportet corpus ac eiuſdem functionem, qualis nimirum uiſus, auditus, nares, tactus, lingua, & ratiocinatio ſit.

Singula fermè quæ in tota hac ultima particula dicta ſunt, hoc in loco ſummatim ab Hippocrate repetuntur. Solet enim ea quæ ad medici cognitionem neceſſaria ſunt, non ſemel, ſed iterum atq; iterum inculcare, ut nimirum toties in memoriam reuocata, firmius ſubinde hæreant. Quod itaq; primũ ab eo in

Corpus. *memoriam reuocatur, eſt corpus, hoc eſt, humani corporis conſtitutio, quam* C
Aph. 8. *certe ut perſpectã habeat medicus ſummè neceſſariũ eſt, ueluti ſuprà abunde*
Functio. *demonſtratũ eſt. Dein eiuſdem functiones ſeu actiones, quas non minori opera quàm corpus ipſum obſeruare decet, quod ex ijs partium corporis uel ſanitas, uel morbus colligatur. Pars enim quæ munijs ſuis ad uitam neceſſarijs probè & citra noxiam fungitur, ſana exiſtit. Quæ uero actionem ſuam obire rectè nequit, ægrota eſt. Exempla functionũ affert Hippoc. uiſum & auditum, quarum illa oculi, hæc uero auris actio exiſtit. Oculus itaq; ualet, ubi ui ſum probè exercet: læſus autem eſt, ſi non rectè functionẽ ſuam obire poteſt, & male cernit. Sic auris bene ualet, ubi auditũ lædi non cõtingit. Naſus, ubi olfactus: lingua, ubi guſtus actio rectè procedit. Ita ſi ad animum reſpicias, illæſus erit, ſi ratiocinatio & cogitatio non impedita fuerint, quemadmodum prolixius explicat Galenus lib. iij. & iiij. de affe. lo. & lib. i. de ſympt. cauſis. Caluus ſeductus mendoſo exemplari, dictionẽ hanc non rectè interpretatus eſt, ut patebit interpretationem eius intuenti.*

APHORISMVS XXVI.

Expendendi ſunt tumores in palpebris ſuperioribus relicti: aliæ nanq; corporis partes ſi fuerint extenuatæ, recidiuæ erunt. Non autẽ minus his malignæ ſunt, quę in extremitate ſubrubeę & durę exiſtunt: in illis enim extumeſcentia & coarctata erunt, perinde atq; Pharſalo Polymedi contigit. D

Hac in dictione Hippocrates recidiuam ex ſuperiorũ palpebrarum tumore prædicere docet. Si enim reliquæ corporis partes fuerint extenuatæ, in palpebris autem ſuperioribus tumor remanſerit, certum eſt recidiuam futuram eſſe, quod malorum humorum poſt iudicationem reliquias ſubeſſe monſtret. Non minus iam dictis palpebris quæ in ſuperiori parte tumidæ ſunt, malignæ & pernicioſæ, atq; adeò recidiuam minantes erunt, quæ in extremitatibus ſuis ſubrubeæ & duræ fuerint: nam extumentia & coarctata in ijs
Palpebræ rubeæ *erunt. Rubeæ enim inflammationem ob multam ſanguinis redundantiam iam emergentẽ, extumeſcentemq; portendunt. Duræ autem coarctatam & infarctam, temporisq; ſpatio induratam materiam ſignificant. Ea autem quæ dicta ſunt Pharſali Polymedis exemplo, cui idem hoc accidit, probat. Cæterum ut aliquam quoq; noſtræ interpretationis rationem reddamus, ſciendum nos palpebras malignas dixiſſe, quas Hipp.* γλίσχρα βλέφαρα *nominauit:*
γλίσχρον. γλίσχρον *enim interdum malignũ, &* γλίσχρως *maligne Græcis ſignificat. Arrianus:* κατέβη ἐκ χωρίων γλίσχρων, καὶ μηδ' ἐν εἰρήνῃ τρέφειν ἱκανῶν ὄντων. *quod eſt. Deſcendit ex regionibus malignis, & quæ illum in pace alere haud potuerũt. Et rurſus:* τὰ ἐπιτήδεια γλίσχρως τῇ στρατιᾷ ἐποεί-

A ἐπορίζοντο. id eſt: Res uictui neceſſarias exercitui maligne & illiberaliter ſuppeditabant. Hinc perperàm hoc loco γλίσχρα Caluus glutinoſa interpretatus eſt. Porrò οἰδισκόμενα extumeſcentia conuertimus: per ea enim Hippoc. inflammationes iam emergentes & extumeſcentes intelligit: fieri enim haud poteſt, ut inflãmatio ſine tumore fiat. Coarctata uero, quæ ille συνεχόμενα dixit. Teſte enim Heſychio, συνέχομαι idem interdũ, ut hoc loco, quod συνέχομαι, quod Latinis eſt comprimor, coarctor, & contineor, ſignificat. Recte itaq; quæ iam dura & particulæ infarcta ſunt, Hippocrates συνεχόμενα, & nos coarctata diximus. οἰδισκόμενα. συνεχόμενα.

APHORISMVS XXVII.

Tumores & liuores in lippitudinibus uel ulceribus cum impetu rumpuntur. Atqui & ea quę ex tuberculis ac ſuppurationib. defluunt cõſideranda, quoniam aliquid portendunt.

Certos quoſdã partium corporis tumores & liuores, ut ſunt qui in inflammationibus quæ in candida oculi parte fiunt, lippitudines Latini nominant, & in ulceribus eueniunt, cum impetu rumpi ait. Id certe quod ideo docere uoluit, ut intelligamus eos tumores cum ad ſuppuratione͂ uenerint quamprimum rumpi, atq; adeò ex ijs omne quod noxiũ eſt effluere. Ideoq; diligenter in eiuſ- Lippitudines.

B modi tuberculis & ſuppurationibus ea quæ effluunt à medico conſideranda ſunt, eo quod aliquid portendant & indicent. Si enim pus quod effluit album & leue eſt, & haudquaquã fœtet, optimum ſignum eſt. Sin ab hoc uariat, & fœtidum fuerit, peſſimum. Teſtis eſt Hippoc. qui alibi ſic ſcriptum reliquit: τὸ πύον ἄριστον λευκόν τε εἶν καὶ ὁμαλὸν καὶ λεῖον καὶ ὡς ἥκιστα δυσῶδες. τὸ δὲ ἐναντίον τουτέου, κάκιστον. 1. prog. 19.

APHORISMVS XXVIII.

Accidit ut circa meſſem tormina iuxta umbilicum à porro fiant, uerum poſt meſſem ijs etiam ab allijs eueniunt.

Porri interdum comeſtione͂ eſſe in cauſa, & minime æſtiuum tempus, in quo bilis flaua multa acrimonia ſua inteſtina mordicans generatur, cur circa meſſem iuxta umbilicũ tormina fiant, hac dictione Hippoc. docet. Id quod potiſſimum bilioſis accidit. Verum fit ut etiam illis poſt meſſem ab alliorũ eſu tormina fiant, quod nimirũ utriuſq; uehemens acrimonia in cauſa ſit, cur magna bilis copia in uniuerſo generetur corpore. Proinde rectiſſime Galenus lib. ij. de alimen. facul. cap. ult. ceparũ, porri, allij, & omniũ acrium uſum bilioſis euitandũ eſſe monet, ſic ſcribens: φείδεσθαι δὲ χρὴ συνεχοῦς ἐδωδῆς ἁπάντων τῶν δριμέων, καὶ μάλιστα ὅταν ὁ προσφερόμενος αὐτῶν χολωδέστερος ᾖ φύσει. μόνοις γὰρ τοῖς ἤτοι τὸν φλεγματώδη χυμὸν, ἢ τὸν ὠμὸν καὶ παχὺν, ἢ γλίσχρον ἠθροικόσιν, ἐπιτήδεια τὰ τοιαῦτα τῶν ἐδεσμάτων ἐστίν. quod eſt: Acrium porrò omnium aſſidua comeſtio euitanda eſt, præſertim Acria edulia quibus ſint accommoda.

quando is qui illis utitur, naturæ eſt plus æquo bilioſæ. Solis enim pituitoſum C
humorẽ, aut crudũ & craſſum & glutinoſum aceruantibus, huiuſcemodi edulia ſunt accõmodata. Qui itaq; bilioſi ſunt, ab allij et porri comeſtione, potiſſimũ æſtatis tempore, cauebũt, quod prompte illis bilẽ augeant, atq; adeò tormina uentris & inteſtinorũ procreent. Pituitoſis uero tantũ abeſt ut tormina faciant, ut illa potius abigãt. Hinc Paulus Aegineta lib. iij. cap. xliij. cruda allia ijs quibus à pituita colicus accidit dolor, dare eſui præcipit. Alliorũ aũt eſum dolori colico à pituitoſis & craſſis humoribus oborto mederi teſtis eſt Alex. quoq; Trallian. qui lib. iij. cap. xliij. inter cætera ſic ſcribit: Et alliũ largius ſumatur, quoniã ex eo cõplures integrã ſanitatẽ recuperaſſe nouimus: et ſanè multorũ experientia cõprobatũ eſt illud. Atq; ob id quidẽ nõnulli ſimulatq; dolores uentris coliq́; ſentiunt accedere, nõ interrogato medico, allij eſu occurrunt, præſertim agricolæ, atq; ſtatim eo ſumpto à dolore liberantur. Porrò quod æſtate potiſſimũ & circa meſſem porri eſus tormina procreet, nulla alia cauſa eſt, niſi quod hoc quoq; tempore bilis flaua, Hippoc. in lib. de nat. humana teſte, creſcat in corpore, quod tũc ſcilicet hoc ipſum præter naturæ modum incaleſcat. Sed præſtat uerba eius ſubſcribere, quæ ſic habẽt: ἡ χολὴ τοῦ θέρεος κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. Cũ itaq; autumno quoq; multa bilis corpus occupet, non mirum ſi etiã poſt meſſem tormina bilioſos inuadant. Rectiſſime itaq; Hippoc. dixit, ijs, hoc eſt, bilioſis, deinceps, id eſt, poſt meſſem & in autumno, ab alliorum eſu, utpote acrium, accidere tormina.

Alliorũ eſus colico dolori à pituita facto prodeſt.

Cur circa meſſem tormina potiſſimũ accidant.

D

APHORISMVS XXIX.

Sunt quibus ignis ſacer à ceruice ortus in facie deinceps iudicatus ſit. Malum uero ſi quibus in collo nigra, aut puſtulæ erant, & uenter perturbabatur.

Quo pacto iudicatus ſit ignis ſacer, qui Græcis ἐρυσιπέλας dicitur, hac in dictione Hippoc. indicat. Fuerunt enim nõnulli quibus in ceruice ortus eſt, at deinceps in facie iudicatus. Quibus nimirũ uerbis euẽtus raritatẽ ſubmonſtrare uidetur, quod rariſſime accidat ut morbus ab ignobili ad magis nobiliorem partẽ tranſiens, ibidem bona iudicatione terminetur. Loqui aũt Hippocratem de bona iudicatione, ſequentia mox uerba docent, ubi ait, malum fuiſſe ſi quibus ignita iſta rubedo, dum adhuc in ceruice perſiſteret, in nigredinem uerſa ſit. His enim uerbis nihil aliud inſinuare uoluit, niſi quod ignis ſacer ijs quibus nigredinẽ ceruix contraxerit, non iudicatus ſit, quoniã ſanguis illuc cõfluens, niger, craſſus, feculentus, feruensq́; fuerit, ita ut expurgari, aut perhalitũ digeri haud potuerit. Malum quoq; erat ſi quibus per ſummã corporis cutem φλυκταίναι, id eſt, puſtulæ ſimiles ijs quæ per ignem excitantur, exoriebantur: humores enim malignos atq; putreſcentes in uniuerſo redundare

φλυκταίναι.

corpore

A corpore ſignificabant. Non minus iam dictis malum erat ſi quibus uenter perturbatus eſt: id enim non naturæ induſtria ac motu, quandoquidem is ipſe ad ſupernas potius corporis partes factus ſit, ſed humorum malignorũ & erodentium potius copia acciderit. Caluus hanc dictionẽ non ſine magna genuinæ ſententiæ confuſione cum præcedenti & ſequenti commiſcuit.

APHORISMVS XXX.

Adamantus enim melancholicus eſſet, interdum à multa pepliorum ſumptione nigra uomuit, aliquando etiam à cepis.

Hiſtoriam hanc Hippocrates ſibiipſi in memoriã rei obſeruatæ annotauit: mirum enim admodũ eſt atram bilem, craſſum & grauiſſimũ humorẽ, per uomitum expurgari, cum potius per inferiora, & per aluum educi debuiſſet. Atq; hinc eſt quod alibi quoq; ſcripſerit, τοὺς μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, τῷ αὐτῷ λογισμῷ τὰ ἐναντία προστιθείς. hoc eſt: Melancholicos plenius ad infernas purgationes duces, eadem ratione contraria apponens. 4. aph. 9 *Quaſi dicat, quemadmodũ melancholici ob humoris grauitatẽ qui in ijs abundat per inferna purgandi ſunt, ita contrà ij in quibus flaua redundat bilis per ſuperna uacuandi, quod is humor leuis ſit. Cum igitur contrarium acciderit*

B *Adamanto (ille enim à multa peplij ſumptione, atra, hoc eſt, melancholiam uomuit) uoluit idipſum in memoriam rei à ſe obſeruatæ annotare Hippoc. Quid autem ſit peplis ſeu peplion, docet Dioſcorides in v. cap. clix. ſic ſcribens: θάμνος ἀμφιλαφὴς, ὀποῦ μεστὸς λευκοῦ, φύλλα ἔχων ὅμοια τῇ ἡμερωτάτῃ ἀνδράχνῃ. id eſt: Frutex eſt abunde ſuppeditans, lactis liquore plenus, folia habet hortenſi portulacæ ſimilia. Ex qua nimirum deſcriptione ſatis liquet hanc ipſam eſſe eam quam hodie eſulam uocamus, uel admodum ſimilem. Interdum quoq; ab eſu ceparum Adamantus nigra uomuit, ob nimiam fortaſſis qua præditæ ſunt extenuandi facultatem.*

Peplion. Eſula.

APHORISMVS XXXI.

Febres in quibus labia ulcerantur fortaſſis ceſſant. Tertianis autẽ refrigerationes ſunt. Ardentes uero ſemper ad manũ cõfeſtim ſolutę ſunt.

Ardentis & tertianæ febris in earundem ſolutione differentiã hac in dictione innuere uidetur Hippoc. Primũ autem omniũ, ſignum aliquod quo febres ſtatim eſſe deſituras deprehendere licebit, præmittit, labiorũ nimirum exulcerationẽ. Nam et uulgus hodie ex diuturna obſeruatione nouit, febres in quibus labia ulcerantur, mox deſituras eſſe. Hinc labiorũ ulceratione in febribus conſpecta, bene ſperare iubent, nam febris inſtare ceſſationem. Nihil autem mirum ſi labia ob calidos & acres halitus ad ea delatos, ubi humorum febrem generantiũ fit diſſolutio ac diſſipatio, ulcerentur. Non eſt tamen quod in uniuerſum quis uerum eſſe putet, labiorum in febribus ulcerationem,

Cur labia in febribus ulcerantur.

morbi finẽ portendere: ſed id ſignũ ex eorum numero eſt, quæ magna ex parte id cuius ſigna ſunt indicãt. Et hinc eſt quod Hippocrates dixerit, febres in quibus labia ulcerantur, fortaßis deficient. Habito itaq; ſigno quo febrium ceſſationẽ ſcire licebit, facile ardentiũ & intermittentium in ſolutione differentiam agnoſcemus. Intermittentes enim, qualis eſt tertiana, paulatim & ſenſim iuxta circuitus ſuos ſoluuntur: nam refrigerationes, hoc eſt, rigores C

4. aph. 63. *habent. Proinde rectè alibi dixit:* ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται. *quod eſt: Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur. Ardentes autem febres cõfeſtim ad manum ſoluuntur, ita ut admota manu mox calorem ſolui ſentiamus: iſq; ſemel ubi ſolutus fuerit, non reuertitur. Per mox, ſeu confeſtim etiam dictionem, ardentis febris breuitatẽ innuit. Quid multa? Tertiana ab ardente febre differt, quod illa longa, hæc uero huius reſpectu breuis. In tertiana deniq; rigor, atq; adeò intermißio fit, in ardente neutrũ. Si autem rigor in ardente fit febre, certum eſt illum decretorium planè eſſe, & febrem ſolui.*

Tertianæ ab intermittenti differentia.

4. aph. 58. *Hinc alibi dixit:* ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις. *id eſt: A febre ardente correpto ſi rigor accidat, ſolutio fit.*

APHORISMVS XXXII. D.

Conſiderandũ quale id ſit q̃d in articulis eſt, num ſcilicet ſuppurent.

Articuli tumẽtes non temerè incidendi.

In doloribus articulorum diligenter à medico conſiderandum eſſe monet Hippocrates, quale ſit id quod in articulis eſt, & dolorem excitat, num ſcilicet iam ad ſuppurationem pertigerit, nec ne. Sunt enim non pauci qui temerè quoſuis articulorum dolores incidendos eſſe putent, non animaduertentes, id quod in articulis deliteſcit, nondum ſuppuratũ eſſe. Contingit enim ut interdũ ob flatuoſos illic aggregatos ſpiritus, aut multã pituitam neruis impactam, doleant articuli, & hoc nomine in tumorem eleuentur. Hinc ſi tumores illos indocti & parum prouidi chirurgi incidant, dictu mirum quantum incommodent: pus enim ſubeſſe exiſtimantes, incidunt: quod ubi inciſione facta non ſubſequi cõſpiciunt, inciſionem profundiorem faciunt, atq; adeò neruos lædunt & cõuulſiones adſciſcunt, aut illos planè diſſecãtes Vulcanos eſſe cogunt, qui antea Mercurij erant. Nulla itaq; ratione articuli incidendi ſunt, niſi dum in illis ſuppuratione aliquam ſubeſſe certi fuerimus, ne claudos efficiamus eos, quos alia ratione medendi integros ſeruare licebit.

APHORISMVS XXXIII.

Expendendum qualis interim dum bene ualemus conſuetudo ſit in uictu, tegumentis, laboribus, ſomno, uenereis & mente.

Conſuetudinem ut paßim, ita in hac octaua quoq; particula obſeruandam eſſe Hippoc. admonet. Niſi enim diligenter medicus conſuetudinem, quã ue-

teres

A *teres alteram naturam dixerunt, perpendat, parum feliciter medendi rationẽ* Conſuetudo altera natura.
exercebit, quod rectam uictus rationem, quæ potiſſimũ ſex rebus, quas huius
ſeculi medici naturales nominant, abſoluitur, inſtituere non poſſit. Hinc hac
quoq; in dictione Hippoc. iam dictarũ rerum in bona ualetudine conſuetudi-
nem conſiderandam eſſe hortatur. Primũ autem conſuetudinem in uictus ra- Victus.
tione, hoc eſt, cibo & potu expendendam eſſe ait: quod nonnulli ſemel, aliqui
uero bis, dum ſani ſunt, comedere conſueuerint: quam certe conſuetudinem neq;
temerè, dum aduerſa accidit ualetudo, medicus mutabit. Hinc eſt quod alibi
ſcriptum reliquerit: οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς, καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω καὶ κατὰ μέρος 1.aph.17.
δοτέον δέ τι καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει. *quod eſt:*
quibus ſemel aut bis aſſumendum ſit, & pluráne an pauciora, particulatim
animaduertendũ. Tempori etiam, regioni, & ætati, & conſuetudini aliquid
impartiendum eſt. Quod uero conſuetudinis ea in re, ſubita præſertim, muta
tio noxam afferat, in lib. ij. de rat. uict. in morbis acutis Hippocrates ſic ſcri-
bens teſtatur: καὶ τοῖσι δὶς σιτεομένοισι τὴν ἡμέρην, καὶ τοῖσι μονοσιτέου- Aph.22.
σιν αἱ ἐξαπίναιοι μεταβολαὶ, βλάβας καὶ ἀῤῥωστίην παρέχουσι. *id eſt: Su*
bitæ mutationes tum his qui bis die comedunt, tum ijs qui ſemel, noxam imbe-
B *cillitatemq; pariunt. Tanti quoq; conſuetudo in uictu à medico facienda erit, ut*
interdum etiam cibum aut potum parum bonũ, conſuetum tamen, meliori non
conſueto præferre debeat, quemadmodũ in aphoriſmis quoq; Hippoc. ſic ſcri-
bens docuit: τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελ- 2.aph.38.
τιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον. *hoc eſt: Potus & cibus pau*
lò deterior, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauioribus antepo
nendus. Dein conſiderandũ erit quibus tegumentis, hoc eſt, quo aere & am- Tegumenta.
biente per bonam ualetudinem uſus ſit æger. Nam non parũ ad rectam me-
dendi rationẽ conducit hoc habere perſpectũ, quo ſcilicet deprehendere queat
medicus, quãdo mutatione aeris opus ſit. Sed de aeris ratione ſuprà ſatis mul Aph.7.& 14.
ta diximus. Tertio expendendos eſſe hortatur labores, hoc eſt, exercitia, ut ni- Labores.
mirum ſciat qui cuilibet labores præſcribendi ſint. Nam ut alibi dixit, οἱ εἰθι- 2.aph.49.
σμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἢν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνή-
θων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων ῥᾷον φέρουσι. *id eſt: Qui aſſueuerunt ferre labo*
res, etiamſi imbecilles fuerint, aut ſenes, ijs qui non aſſueti ſunt, quamuis ro-
buſti & iuuenes, facilius ferunt. Somni inſuper conſuetudo conſideranda, ut Somnus.
quoq; conuenientem eiuſdem in morbo rationem præſcribere queamus. Quæ
autẽ optima eſſe debeat ſomni conſuetudo, ipſe in præſagijs monſtrauit ijs uer
bis: περὶ δὲ ὕπνου ὥσπερ καὶ κατὰ φύσιν ξυνήθες ἡμῖν ἐστι, τὴν μὲν ἡμέρην 2.prog.11.
ἐγρηγορέναι χρὴ, τὴν δὲ νύκτα καθεύδειν, ἢν δὲ εἴη τοῦτο μεταβεβλημένον,
κάκιον. *hoc eſt: Circa ſomni rationem, quemadmodũ in ſanitate conſueui-*

mus interdiu uigilare, noctu uero dormire oportet. Sin uero hoc immutatum C
Venerea. *fuerit, peius. Venerea quoq; à medico expendenda ſunt, num ſcilicet ijs prorſus abſtinuerit, aut moderate uel immoderate uſus ſit per ſanitatem. Per uenerea autē uniuerſos inanitionis modos intelligere oportet, in quibus certe* Per uenerea quid intelligendum. *omnibus conſuetudo ipſa unicè obſeruanda erit. Poſtremo mens etiā, hoc eſt,* Mens. *animi affectus, quibus in ſanitate præditus fuit, contemplandi, num uidelicet lætus, hilarisq; natura exiſtens, iam triſtetur, aut contrà: nam multa inde con* aph. 18. *iectare licebit, ut ſuprà fuſius monuimus. Prolixiorem de rebus non naturalibus diſputationem habes in Compendio noſtro.*

APHORISMVS XXXIIII.

Perpendendū qualiter, & à quibus in quas ſpecies morbos mutari contingat, in quæ loca conuerſi ſint, quando cœperint, adfuerunt, atq; ceſſarunt.

Morborū ab una in aliā ſpeciē, ab unoq; ad aliumcorporis locū tranſitū, eorundemq; tempora medico eſſe perpendenda, hoc in loco Hippoc. hortatur, quando ex ijs ſalutem & interitū ægrotantis prædicere liceat. Quod ad pri χήματα. *mum attinet, χήματα, hoc eſt, ſpecies & formæ morborū conſiderandæ ſunt, in febribus potiſſimū, an ſcilicet ab intermittentibus ad cōtinuas, aut contrà* D *à continuis ad intermittentes mutatio fiat. Aut ſi hæmorrhoides atra bile percitis ſuperueniant, aut conuulſioni febres: bonū enim ſi aliquid tale contingat. Malum uero ſi ſuppreſſas hæmorrhoidas atra bilis, & febres conuulſio ſequatur, ut fuſius in vi. & vij. aphoriſmorum particulis Hippoc. & nos ſuprà quoq; explicauimus. Caluus, ut obiter moneam, inepte χήματα dictionem ad corporis decubitum & ſitum tranſtulit. Cæterum conſiderandum* Loca affecta. *etiam ad quæ loca uertantur morbi, num uidelicet ab ijs quæ principatum in corpore habent ad ignobiliora, aut rurſus ab ignobilioribus ad nobilia tranſeant. Primum ſanè bonum, alterū uero malū exiſtit. Sunt & aliam ob cauſam loca affecta diligenter admodum à medico perdiſcenda, quum citra horum exquiſitam cognitionem morbus curari haud poſſit, ueluti diffuſius Galenus* Tempora morbi *in libris cui titulum de locis affectis indidit, declarauit. Præterea expendenda quoq; morborum tempora, quando uidelicet cœperunt, adfuerunt, atque ceſſarunt: hoc eſt, ueſtigandum initium, uigor ſeu conſiſtendi tempus, & morbi inclinatio. Adeoq; per uerbum affuerunt, nihil aliud niſi morbi uigorem intelligit: tum enim potiſſimū adeſt morbus, quando iam uiget & perfectus eſt. Eſt uero neq; inter initia, quod ſemper auctior fiat, neq; in declinatione,* Quare morbi tempora ſint cognoſcenda. *quod tum ſemper decreſcat atq; imminuatur, perfectus. Cur autē morbi tempora ſint cognoſcenda, hæc primum ratio exiſtit. Neq; enim rectam uictus rationem ijs ignoratis inſtituere poteſt medicus, quando alia uictus ratio præſcriben-*

A ſcribenda ſit in ijs morbis quorum uigor ſtatim imminet, alia quoq; ijs quibus
procul abeſt. Hinc eſt quod in aphoriſmis ſcripſerit: συντεκμαίρεσθαι χρὴ 1.aph.9.
καὶ τὸν νοσέοντα εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου, καὶ
πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ
νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται. quod eſt: Coniectari oportet
an æger poſſit eo uictu quem præceperis perdurare ad uigorẽ uſq; morbi, &
num ille potius deficiat, nec ea uictus ratione durare poſſit, an morbus antè
deficiat atq; hebeteſcat. Et iterum: ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμή, αὐτί- 1.aph.10.
κα λεπτῶς διαιτῆν. ὁκόσοισι δὲ ἡ ἀκμὴ ὕστερον, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκεί-
νου σμικρὸν ἀφαιρετέον, ἔμπροσθεν δὲ πιοτέρως διαιτῆν, ὡς ἂν ἐξ-
αρκέσῃ ὁ νοσέων. hoc eſt: Quibus igitur ſtatim morbi uigor accedit, ijs con
feſtim tenuis uictus adhibendus eſt: quibus autem poſtea conſiſtit, his &
in ipſo uigore, & parum ante illum cibus ſubtrahendus: prius uero uberius
reficiendũ, ut æger utiq; ſufficiat. Et ibidem: ὁκόταν ἀκμάζῃ τὸ νόσημα, τό- 1.aph.8.
τε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. Cæterũ conducit etiam tempo
rum morbi cognitio ad curandi rationẽ probè exercendam: in morbi enim ini-
tio remedijs potiſſimum locus erit, in ſtatu uero prorſus ab iiſdem abſtinebit
B medicus. Et hoc eſt quod alibi dixit: ἀρχομένων τῶν νούσων ἤν τι δοκέῃ 2.aph.29.
κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσέων δὲ, ἡσυχίην ἄγειν βέλτιόν ἐστι. quod eſt: Quũ
morbi incipiunt, ſi quid mouendum eſt, moue: cum uero conſiſtunt ac uigent,
quieſcere melius eſt. Et rurſus: φαρμακεύειν ἐν τοῖσιν λίην ὀξέσιν, ἢν ὀρ- 4.aph.10.
γᾷ αὐθημερόν, χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τουτέοισι, κακόν. Et iterum: ἐν τοῖ- 1.aph.24.
σιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις καὶ ἐν ἀρχῇσι τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ
τοῦτο προεξευκρινήσαντα ποιέειν. Quarũ ſanè ſententiarũ latinam in-
terpretationem ſuprà quoq; attulimus, ideo ut repetamus ſuperuacuum eſſe
puto, quando conſtet pleriſq; moleſtam eſſe iſtam repetitionem. At inſeruien
dum etiam ijs erit quibus græca ignota ſunt.

APHORISMVS XXV.

Animaduertendũ in quibus incontinens terrefaciendus ſit.

*Hippocrates hac in dictione monet ut medicus diligenter expendat à qui-
bus rebus incontinens minis ſit abſterrendus, quum non conſultum ſit eius deſi
derio paſſim eſſe reluctandum, neq; etiam quouis modo obſequendũ. Non in
uniuerſum reluctandum, in uictus potiſſimum ratione, quando eodem auto- 2.aph.38.
re, potus & cibus paulò deterior, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed mi-
nus ſuauioribus, ſit anteponendus. Neque etiam ſemper obſequendum, ſed
obluctandum potius erit quando nihil commodi, ſed detrimenti nonnihil ex
nimium deſideratis medicus ad ægrum redire intellexerit. Non autem ſim-
pliciter obluctandum, imò minis & periculorum quæ inde oriuntur cõmemo-*

ratione contraeundum, ut ſaltem hac ratione ab impenſe deſideratis ſe conti- C
ἀκρατής. *neat. Cæterũ incontinentẽ diximus eum, quem Hippoc. & Græci alij* ἀκρατέα *nominant, quo utiq; nomine eũ qui ſeſe continere non poßit, & ab ijs quæ uehementius cupit abſtinere neſciat, intelligũt. Hunc Caluus perperàm debilem interpretatus eſt. Quem autem* φοβεροὺς *hoc loco uocat, hunc terrefactum diximus, quod* φοβερὸς *idem ſit, Heſychio etiam autore, qui* ἔμφοβος, *quæ ſanè dictio Latinis terrefactum ſignificat.*

APHORISMVS XXXVI.

Contraria in morbo uictus ratio adhibenda.

Hac ſententia iterum docet Hippocr. contraria contrarijs eſſe curanda. Ideoq; uniuerſam uictus rationem morbo contrariã eſſe debere contendit, ita ſanè ut ſi morbus calidus & ſiccus fuerit, uictus ratio frigida & humida ſit.
1.aph.16. *Et hinc eſt quod alibi dixerit:* ὑγραὶ πᾶσαι δίαιται τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι. *quod eſt: Victus humidus omnibus febricitantibus conducit. Quod de calido & ſicco morbo diximus, ad alias quoq; oppoſitiones transferendum erit. Quid hoc loci ſomniarit Caluus, facile deprehendet qui ſuam uerſionem cum Græcis aut noſtra interpretatione contulerit.*

APHORISMVS XXXVII. D

Conſiderandum id quod facile, quodq; difficile fertur.

Vt uires eius qui aliquid perferre debet diligẽter animaduertat medicus, hac in dictione hortatur Hippoc. id quod & multis alijs in locis facit, potiſſimum autem in aphoriſmis, ubi ita ſcriptum reliquit: μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν, σφαλερὸν γὰρ, ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. *quod eſt: Neq; compreſſiones in extremũ ducendæ, periculoſum enim: ſed qualis utiq; natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere cõuenit. Obſeruanda uero non tantũ in ſpontinis, ſed etiam medici opera factis euacuationibus, ægri tolerantia. Si enim facile tolerat, nõ eſt cur prohibeat: ſin minus, curet ut illas antequam uires prorſus deficiãt, ſupprimat. In omnibus itaq; uacuationibus medicus conſideret, ne ultra id quod perferre poteſt æger perducatur, quod facultates omnes ſeruare robuſtas optimum ad propulſandos morbos conſilium ſit. Non uero ſolummodo in euacuationibus, uerumetiã in uictus ratione ſummopere aduertat medicus, quod facile, quodq; difficile æger ferre queat. Sunt enim qui prorſus nullã, ſunt qui longam inediam perferant. Sunt deniq; qui quodlibet potius quàm ſe à conſuetis tam diu retrahere patiantur. Proinde conſuetudinẽ uniuſcuiuſq;, & quid quiſq; ferre aut non ferre poſſit, medicus expendat: ita haud facile uirium robur ægrotans emittet. Caluus & in hac uertenda ſententia, ut alijs multis, mire hallucinatus eſt.*

A APHORISMVS XXXVIII.

Victus ratio haud obiter cognoſcenda, hanc enim non prorſus perſpectam habere multa ſanè calamitas eſt.

1 *Quũ uictus ratio potior curationis pars ſit, nihil mirũ hoc in loco Hippocratem hortari, quod eam nõ obiter, ſed prorſus perſpectam habeat medicus. Neq; enim ſatis eſt uulgarẽ eius habere peritiã, ſed certã potius & exquiſitam: id quod ſanè per δσομ γνῶναι dictiones innuere uoluit. Hinc eſt quod Hippoc. & Galenus tot libros de recta uictus ratione, ac alimentorũ facultatibus conſcripſerint: uoluerunt enim hac ratione nobis conſulere, quo minime uulgarem, ſed exactam potius eius rei peritiã haberemus. Et certe multa eſt calamitas, ut hoc loco ait Hippoc. rationem uictus ignorare, quandoquidem hoc pacto mirum in modũ ægrotis incõmodetur. Qui enim uictus rationem non probè inſtituerit, is non ſolum interdũ morbum per ſe breuem diuturniorem efficit, uerumetiam ægrum non raro in uitæ periculum, & extremam perniciẽ agit. Magno itaq; ſtudio quæ ad rectam uictus rationem ſunt neceſſaria, nobis diſcenda erunt, ne noſtra ignorantia eos qui per nos ſeruandi erant, perdamus.*

Victus ratio potior curationis pars eſt.

APHORISMVS XXXIX.

B Similitudines bonis & eruditis etiã medicis errores, ambiguitatesq́ pariunt: at contraria, cauſa manifeſta. Scio quod difficile ſit curandi rationem ac uiam ratiocinando cognoſcere, quemadmodum ſi acuto ſit capite, ſi ſimus, ſi ſubſiccus, bilioſus, difficulter uomẽs, niger, iuuenis, & intẽpeſtiue uictitans. Non minus quoq; difficile hęc inter ſe paciſci.

Admonet hac in dictione Hippoc. quo medici in perquirendis cauſis morborum manifeſtis diligentes ſint, nec, ut Empirici ſolent, artificioſa coniectura, aut à ſimili transgreſſu ad ea quæ nondum explorata ſunt, utantur, ſed abditas potius naturaliũ actionum cauſas rimentur. Redditq; rationem Hippocrates, cur à ſimilibus progreſſu medicis rationẽ profitentibus non ſit utendum, dicens: Similitudines enim non tantũ uulgaribus, ſed bonis & eruditis etiam medicis imponunt. Contrà cauſa ipſa ſemel perſpecta, fieri non poteſt quin rectam nobis curandi rationem ſuggerat. Verbi gratia, colico ſi quis infeſtatis cruciatu, ſimilitudine ſymptomatum ductus, eadem omnibus remedia adhibeat, dictu mirum quantũ incõmodet, quod nimirũ uariæ cur dolores iam dicti accidant cauſæ ſint, quæ ſanè diuerſas quoq; curationes, nõ obſtante quod ſymptomata ſimilia ſint, exigunt. Alia ſiquidem medicamenta doloris requirit ubi ob flatuum multitudinem, alia ſi propter flauã bilem inteſtina erodentem, alia ſi ob craſſam pituitam excitatur. Quapropter ij qui cauſas rerũ abditas, & à uulgi cognitione ſemotas ſcrutantur, omnia hæc accurata diligen-

tia expendunt, atq; adeò cuiq; cauſæ ſua remedia cõmodiſſime, & citra omnẽ C errorem adhibent. Decipi uero eruditos quoq; medicos ſymptωmatum quæ à diuerſis etiam affectibus procreantur ſimilitudine, ſatis teſtantur ea quæ de renum lapide & colico dolore lib.ij.de affe.loc.cap. i. ſcribit Galenus: nam & ſeipſum ea in re deceptũ eſſe fatetur. Cæterũ ne quis difficultate rei perterritus ab inquiſitione abditarũ cauſarũ prorſus abſtineat, tacite Hippocrates illi conſulere cupiens, rem non adeò eſſe difficilem ut aſſiduo ſtudio & labore non queat inueſtigari, innuit. Proinde non negat rei difficultatem, at eam non eſſe tantam, quin ſuperari ſtudio poſſit, ſi quis neruos intendat, inſinuat. Scio, ait, quod difficile ſit ratiocinãdo curandi rationẽ cognoſcere. Subiungit cauſam: hæc enim partim in figuræ corporis agnitione conſiſtit, ueluti ſi quis acuto ſit præditus capite, aut ſimus: ex ijs enim poſſe medicum de tota Aph.2.& 3. corporis conſtitutione pronunciare, ſuprà particula prima abũde monſtratũ eſt. Partim etiam in temperaturæ cognitione, ueluti an quis ſiccus aut humidus ſit. In humoris deniq; exuperantis notitia, num ſcilicet bilioſus quiſpiã ſit aut pituitoſus. In eo quod quis prompte aut difficulter uomat. In coloris conſideratione, quod ex colore humorẽ quoq; in corpore exuperantẽ deprehendere liceat: bile enim flaua abundante, color totius corporis bilioſus: eſt ut liquet in morbo regio: atra uero exuperante bile, color uniuerſi corporis nigredinẽ D præ ſe fert. In ætatis quoq; notitia: alia enim remedia pueris, alia iuuenibus, alia in uigore ætatis conſtitutis, alia ſenibus exhibenda erunt. In recta deniq; uictus ratione: nam qui intempeſtiue & temerè uictitant, ij ſæpius, & grauius ijs qui bona uictus ratione utuntur, ægrotant. Quamuis itaq; hæc unde uera curandi ratio colligitur difficilia ſint, & nõ minus quoq; difficile ſit hæc inter ſe ita paciſci ut paſſim cõueniãt, unus enim alio ſiccior, bilioſior, nigrior &c. exiſtit, tamen nemo rei difficultate deterreri debet, quaſi res planè aſſequi non poſſit, ſed accuratiori potius ſtudio & maiore labore hæc omnia inueſtiganda erunt, ita enim facile rei difficultas ſuperabitur. Rei itaq; difficultatem proponens nõ ab inquiſitione illarũ rerũ deterrere, ſed potius monere uult, ut tempus non in inutilia impendamus, ſed potius quammaximo ſtudio feſtinemus, ut ea quæ in arte ſunt utilia, quandoquidẽ & ea admodum difficilia ſint, & labore indigeant, addiſcamus. Caluus primam potiſſimũ huius dictionis partem ineptiſſime uertit, id quod ex collatione facta cum græcis aut uerſione noſtra quiſq; experietur. Nos in explodendis hominis illius erratis, temerè fundere uerba non conſultum eſſe ducimus.

APHORISMVS XL.

Fiſtula cuidã rurſus rumpebat, tuſſis eñ prohibuit ne permaneret.

Hiſtoria quadã oſtendit uulnera pulmonis & pectoris ob aſſiduã tuſſem non

A non facile poſſe curari: nam utcunq; glutinentur, iterum tamen per uehemen- Pulmonis ulcera
tem illam quæ fit in tuſsi cōmotionem rumpūtur. Cui accedit, quod tuſsis pro- difficulter ſanan
pter immodicam illam concuſsionē caput rurſus humoribus repleat, qui tan- tur.
dem ex eo in pulmonem delati, ſua acrimonia iterum quod glutinatum & com
pactum eſt erodunt. Et id eſt quod ſuprà ijs uerbis dixit: ἐπὶ τοῖσι κατάῤ- Part.3.aph.
ῥοισι τοῖσι κακοήθεσι κἂν ἔκκρισις εἴη, κἂν μὴ εἴη, κακόν. quod eſt: In ma
lignis deſtillationibus ſiue excretio fiat, ſiue nō fiat, malū. Fiſtulas uero, σύ- Fiſtulæ.
ριγγας Græci, & hoc in loco Hippoc. συρίγγια uocat, ſunt ulcera profunda
& caua, ab inſtrumenti ſimilitudine, quod σύριγγα Græci appellant dicta.

APHORISMVS XXLI.

Huic cui iecinoris fibra plicata erat cōcuſſi, & dolor confeſtim ceſ-
ſauit.

Iterum ex hiſtoria probat corporis figuram nonnunquā ad affectarū par
tium curationem haud parum cōferre. Quidam enim cum ex caſu aut lucta ſu-
periorem iecinoris fibram, λοβὸν Græci nominant, plicatā & in rugam uer
ſam ac cōpreſſam habuiſſet, ab Hippoc. qui corpus concuſsit & quaſſauit, ſa
natus eſt: nā partes preſſæ & à priſtino ac genuino ſitu mutatæ, rurſus hac
B corporis figura ac motu cōcuſsionis in priſtinū habitū ac poſitū reuerſæ, &
in altū ſublatæ ſunt, omnisq; adeò dolor qui ex mutata figura accidit, ceſſauit.

APHORISMVS XLII.

Satyrus in Thaſo qui cognomento Grypalopex uocabatur, annos
uigintiquinq; natus, ſæpius per ſomnū genitale ſemen excreuit, ſed &
per diem illi multoties promanauit. Cum autem trigeſimum iam an-
num attigiſſet, tabe correptus mortuus eſt.

Quod immodica ſeminis genitalis excretio tabis & ſimilium morborum
cauſa ſit, hac in dictione Satyri cuiuſdā exemplo monſtrat Hippoc. qui pro-
cul dubio ſic nominatus eſt, quod uel ſatyrorū more in uenerem pronus eſſet,
uel quia ſatyriaſi laboraſſet. Eſt autem σατυρίασις malum quod arrigente Satyriaſis.
ac intendente ſe hominis genitali fit. Dictus eſt etiam cognomento γρυπα-
λώπηξ, quod nimirum naſum aduncum, uel humeros protenſos inſtar uulpis
haberet: tabe enim cum correptus erat, nihil mirum ſi habitum hunc corporis
præ ſe tulit. Sunt enim tabidi πτερυγώδεις, hoc eſt, inſtar alarū protenſos
humeros habentes, ut ſuprà diximus. Caluus hanc dictionem perperàm tor-
tuoſam uulpem interpretatus eſt. Satyrus itaque is qui in Thaſo, quæ fuit Thaſos.
una Cycladum inſularū, Plinio libro quarto, capite duodecimo, & lib. xxxvi.
capite ſexto teſte, habitabat, propter crebram & in nocte & in die ſemi-
nis genitalis excretionem, tandem tabe correptus mortuus eſt. Non mi-
rum autem uideri debet ſeminis immodicam hanc excretionem Satyro tabem

accerſiſſe, quum etiam intemperantius coeuntibus idem interdum accidere ſoleat. Atq; hinc eſt quod Galenus lib. i. de ſemine ita ſcriptũ reliquerit: Porrò ſi quis continuo coitu uniuerſum ſemen euacuauerit, huius animalis neque alia particula quæpiam, neq; anfractus reuolutióue ſemen obtinet. Hoc itaq; tempore teſticuli ex ſuperiacentibus uenis humorem ſeroſum qui in eis continetur, accipiunt. Eſt autem paucus, & roris modo ſanguini permixtus. Hic ſanè cum à teſticulis ipſis uehementiori ui præditis aufertur, hæ ex ſuperioribus uiciſſim attrahũt, hæ rurſus à ſubſequẽtibus, dein illæ à proximis, idq; tandiu fieri ſolet; uſq; dum in omnem corporis partẽ transſumatur, ut totius animantis particulæ alimẽto peculiari deſtituantur. Quod nanq; ex toto inanitum eſt, ex pleniori ueluti eripiens uiolenter reuellit. Cæterum non ſeroſa duntaxat humiditate omnes animantis partes eo tempore deſtitui, ſed etiam ſpiritu uitali contingit: hic enim ex arterijs cum ſeminali humiditate euacuatur. Proinde minime mirum eſt intemperantius coeuntes imbecilliores effici, cum puriſſima utriuſq; humoris portio ex toto corpore auferatur, uoluptate etiam accedente, quæ quidem ipſa per ſe uitale robur diſſoluere poteſt, ut iam nonnulli præter modum ea uſi interierint. Hæc ille. C

APHORISMVS XLIII.

Cuſtos palæſtrę in Abderis, qui Stheneos dictus erat, luctatus cum multo ſe fortiore, in caput cadens abijt, & aquam frigidam copioſam hauſit. Poſt hæc uero nocte illa uigilia, moleſtia, extremitatumq; frigiditas ſubſecuta ſunt. Poſtridie domum intrauit, & glande aluo inſertá nihil egeſſit: parũ autem minxit, antea eñ nihil minxerat. Noctẽ uerſus lotus eſt, & nihilominus uigilia & moleſtia permanſerunt. Tertio deniq; die extremitatum frigiditas reuerſa eſt, calefactus uero ſudauit. Tertio tandem die mulſum bibens mortuus eſt. D

Abderæ. *Hiſtoriã quandã refert, quæ in Abderis Thraciæ ciuitate, patria Democriti, contigit, ab Herculis dilecto puero & in delicijs ab eo habito Abdero, quem à Diomedis equis dilaniatum Herculem eò loci tumulaſſe dicũt, ſic nominata. De qua nimirũ ciuitate Plinius lib. iiij. cap. xi. Strabo in xiiij. ſcribit. Eius quoq; crebram in Epidemijs & in epiſtolis ſuis mentionẽ facit Hippocrates. In ea ſanè palæſtra erat, cuius cuſtos ob immenſum fortè corporis robur σθενεὸς appellatus eſt, σθένος nanque Græcis robur ac potentiam ſignificat. Hic autem uirium magnitudine confiſus, cum ſe multo fortiori in lucta congreſſus eſt: uictus uero ab illo in caput corruit, atque adeò capite concuſſo cerebrum aut neruos affecit. Quoniam uero fortiter luctando immodicè calefactus eſt, præ nimio ardore & ſiti abiens copioſe aquã bibit frigidam: quo utique facto ipſe ſibi exitij cauſa fuit. Nam etſi antea, ob caſum in caput, cerebrum aut ſaltem nerui aliqui læſi eſſent, tamen ſubita iſta aquæ*

frigidæ

A *frigidæ potione, multo maiorē quàm fuerit antea noxam effecit. Nam cum calidis fouendum erat caput, hic potius frigidā adhibuit, & magna copia con ſertim ingeſſit. Quis uero eſt qui neſciat cerebro aut neruis affectis mirum in modum frigidæ obeſſe potionem, præſertim ubi copioſe bibatur? Neque enim temerè alibi Hippoc. dixit,* τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροις, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ, τὸ δὲ θερμὸν φίλιον. *quod eſt: Frigida oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ inimica eſt, calida uero amica. Quod uero frigidæ potione ſibi multū incōmodauerit, abunde ſymptomata quæ ſubſecuta ſunt monſtrant. Nocte ſiquidem illa multum uigilauit, & grauiter quoq; morbum tulit, extremitatumq; frigiditas facta eſt, quæ ſanè ſe ſola ſatis exitioſa nota fuit. Nam ut alibi ait,* ἐν τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων κακόν. *id eſt: In morbis acutis frigus extremarum partium malum. Cæterum cum poſtridie morbum incrudeſcere ſenſiſſet, domum ſuam ingreſſus glandem ſibi ſuppoſuit, at nihil egeſſit, parum tamen minxit, quandoquidē antea nihil minxerat. Quæ ſanè omnia cōuulſificā quandam uim, ob frigidæ immodicā potionem, in neruis & muſculis impendiò refrigeratis adfuiſſe demonſtrant. Noctem itaq; uerſus lotus eſt, at intempe-*

5.aph.18.

7.aph.1.

B *ſtiue & citra cōmodū: omnia nanq; prædicta ſymptωmata permanſerunt, nec ullum ex ijs ceſſauit. Tertio die præ morbi ac ſymptωmatū magnitudine calefactus parum ſudauit. Quibus utiq; uerbis ſatis innuit ſudorem hunc nō fuiſſe decretorium, eo quod modicus admodum fuerit, & morbi potius uehementia quàm naturæ impetu excitatus. Eodem itaq; die ob nimiam illam morbi uehementiam mortuus eſt.*

APHORISMVS XLIIII.

Melancholici magna ex parte morbo comitiali affici cōſueuerunt, & contrà morbo comitiali laborantes efficiunt melancholici. Horum uero utrumlibet magis euenit prout uel in hanc uel in illam partem infirmitas repit: ſi enim in corpus, epileptici: ſi uero in mentem, melancholici efficiuntur.

Atræ bilis in morbum comitialem, & huius rurſus in illam tranſitū, hac dictione Hippocrates innuit. Per hæc aūt uerba, magna ex parte, ſatis oſtendit dictorum iam affectuum alterius in alterū tranſitum non eſſe perpetuum: quippe cum non tantū atra bilis, uerumetiam pituita morbū comitialem pariat. Is tantū affectus quem atra bilis conſtituit, in melancholiam tranſit: qui uero à pituita factus eſt, in alium affectum permutatur, melancholiam uero haudquaquam efficit. Quando autē epileptici, & quando melancholici fiant ab atra bile, id in altera huius dictionis parte declarat. Biſariam enim cerebrum ab atra bile offenditur. Primum ut pars corporis inſtrumentalis, &

Atræ bilis in morbum comitialem tranſitus.

Biſariam cerebrum ab atra bile afficitur.

tum quia ab illa obſtructionem patitur, ideo in corpus eius conuerti ab Hippocrate dicitur. Cum itaq; in corpus cerebri repit atra bilis, & in eo obſtructiones efficit, tum comitialem morbum procreat. Secundo cerebrum læditur ab atra bile ut pars ſimilaris, id quod fit ubi temperamentũ eius mutat: & tunc ſanè ad mentem repere illam inquit Hippoc. & facere melancholiã. In ſumma, quando obſtructionẽ parit atra bilis in cerebro, tum morbum comitialem generat: ſin temperaturã eius duntaxat mutauerit, melancholiam. Verã eſſe hanc noſtram interpretationem teſtatur Galenus, qui lib. iij. de affe. loc. cap. vi. locum hunc Hippocratis tractans, ita ſcribit: κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν πρῶτον μὲν ὅτι μὴ διὰ παντὸς, ἀλλ' ὡς τὸ πολὺ μετάπτωσις εἰς ἄλληλα γίνεται τοῖς παθέσιν ἐδήλωσεν. οὐ γὰρ ὑπὸ μελαγχολικοῦ χυμοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ φλεγματικοῦ τῆς ἐπιληψίας ἀποτελουμένης. ἡ μὲν ὑπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ γινομένη μεταπίπτει ποτὲ εἰς μελαγχολίαν. ἡ δ' ὑπὸ τοῦ φλεγματικοῦ πρὸς ἄλλο μέν τι μεθίσταται πάθος, μελαγχολίαν δὲ οὐκ ἐργάζεται. δεύτερον δ' ἤδη τῷδε θεωρήματι περιέχεται κατὰ τοὺς εἰρημένους ὑφ' Ἱπποκράτους λόγους οὐ σμικρόν. ἐπεὶ γὰρ ἤτοι κρᾶσις ἐστὶν ἡ ψυχὴ τῶν δραστικῶν ποιοτήτων, ἢ ὑπὸ τῆς κράσεως αὐτῶν ἀλλοιοῦται, τὴν μὲν ὡς ὀργανικῷ μορίῳ τῷ ἐγκεφάλῳ λυμαινομένην χολὴν, εἰς τὸ σῶμα τετράφθαι φησὶν τοῦ ἐγκεφάλου. γίνεται δὲ τοῦτο κατὰ τὰς ἐμφράξεις, τὴν δ' ὡς ὁμοιομερεῖ τὴν κρᾶσιν ἀδικοῦσαν, εἰς τὴν διάνοιαν. *Quorum utiq; uerborum ſenſus, quia facilis eſt, & ex præcedentibus ſatis intelligi poteſt, non eget latina interpretatione.*

C

D

APHORISMVS XLV.

Phaethuſa Pythei coniunx in Abderis olim dum iuuenis eſſet fœcunda fuit. Cum uero maritus eius in exiliũ fugiſſet, menſes illi multo defecerũt tempore. Quo facto, dolores et rubores deinceps in articulis acciderunt. His autẽ factis, corpus uirile & in uniuerſum hirſutũ & piloſum redditũ eſt, barbamq; emiſit, & uox ipſa aſpera effecta eſt. Cum autẽ omnia quæcũq; ad mẽſes proritãdos neceſſaria eſſent tẽtaremus, nõ profluxerũt, ſed cũ haud multo pòſt tempore uixiſſet, mortua eſt.

Fœminæ in uiros mutantur.

Hiſtoria illa Hippocrates ſatis confirmat non prorſus fabuloſum eſſe quod ſcribit Plin. lib. vij. cap. iiij. fœminas mutari in uiros. In Abderis enim ciuitate mulierẽ quandã fuiſſe ait Phaethuſam nomine, Pythei uxorem, quæ cum adoleſcentula eſſet fœcunda admodum fuit, adeoq; nihil uirile præ ſe ferebat: id quod ἐπίτοκος *dictio maxime indicat, quæ Græcis eam proprie quæ partui uicina eſt ſignificat. Quia uero mulieres fœcundæ & crebrò concipientes ſemper fermè grauidæ, atque adeò partui propinquæ eſſe uidentur, ideo Hippoc. Phaethuſam* ἐπίτοκον, *id eſt, fœcundam & ſemper ferè grauidam dixit. Cæterũ cum maritus illius in exilium fugeret, & illa pudica permaneret,*

A ret, factum eſt ut menſes huic multo defecerint & reſtricti ſint tempore. So- let aũt idipſum, ut etiam alij affectus uteri, uiduis præſertim accidere, quem- admodum docet Galenus lib. vi. de affe. loc. cap. v, ubi in eum modum ſcribit: Conuenit inter omnes medicos hunc affectũ magna ex parte uiduis euenire, idq; maxime, ſi antea probè purgarentur, ac parerent, atque uirorũ concubi- tu gauderent. Quibus rebus omnibus priuatæ, quid probabilius excogitari poſſet, quàm quod ob retenta menſtrua, uel ſemen cohibitũ, huiuſmodi mulie- res uteri affectibus crucientur? Hæc ille. Menſibus itaq; ſuppreſſis totius corporis ferè ſuperuacua ad articulos decumbebant, ideoq; dolores & rubo- res in illis euenerunt. Ideoq; uerißimũ eſt quod alibi dixit Hippoc. γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλείπῃ. quod eſt: Mulier po- dagra nõ laborat, niſi cum menſes defecerint. Doloribus igitur articulorum euenientibus totũ corpus ſubinde uirile ac piloſum, ob redundantias ac uapo- res multos ad cutẽ translatos, factũ eſt, & barbam emiſit. Vox deniq;, pro- pter pectoris cum utero conſenſum, aut totius habitus corporis mutationem, illi cõmutata eſt. Quũ uero omnia pro morbi ratione, & ad ſuppreſſa men- ſtrua euocanda neceſſaria Hippocrates admonuiſſet, nihil effecit, ſed non ita multo pòſt mortem oppetijt. Porrò hoc non prætereundum erit, quod nos pro

B φυλαττοντος dictione in codice Aſulano ſcripta, φυγαδεύοντος ſubſtitui- mus, participium à uerbo φυγαδεύω, quod fugio, uel in exilium abeo ſigni- ficat. Id quod ut faceremus, primum antiquus monuit interpres, qui hoc in lo- co fugiente tranſtulit. Dein quod facilem eſſe ab una in aliam dictionem la- pſum uideremus, & hæc quàm illa ſententiæ magis quadrabat.

Viduis uteri affectus potißimũ accidunt.

APHORISMVS XLVI.

Idem hoc Namyſiæ Corippi uxori in Thaſo contigit. Medicis eñ omnibus, quibus cum & ego uerſatus ſum, unica eſſe ſpes uidebatur ut effœminaretẽ, quo menſes naturaliter promanarent. Verũ cum mul- ta tentaſſemus huic non profluxerunt, ſed paulò poſt mortua eſt.

Alio quodam exemplo menſes diutius ſuppreſſos difficile admodũ euoca- ri remedijs utcunq; quæſitis poſſe Hippoc. oſtendit. Nam in Thaſo idem hoc quod Phaetuſæ Namiſiæ mulieri, quæ uxor Corippi cuiuſdam erat, cõtigit: hoc eſt, menſtrua quoque illi reſtricta ſunt, neq; ullis remedijs euocari potue- runt. Medicis enim omnibus ſpem in hoc uno ut effœminaretur, id eſt, men- ſtrua profluerent, ſitam eſſe putantibus, nihil nõ conati ſunt, at fruſtra: neq; enim menſes utcunq; laboraſſent promanarunt, ſed haud multo pòſt mortua eſt. Vnde diſcendũ nobis erit, ut in ſuppreßis menſibus, quãdoquidẽ hæc ipſa euocare difficillimũ ſit, non temerè polliceamur ſalutẽ, ſed potius in adhiben- dis remedijs exemplo Hippocratis diligentes ſimus. Vix enim ullo in morbo

medicis plus laborandũ, quàm in ſuppreſſis menſibus. Quamuis enim ſingu C
la conentur, & nihil non recte admoueant, tamen raro quod exoptāt, euenit. Et habent hoc in loco medici Hippocratis exemplũ, quo ſe ubi optatum haud conſecuti fuerint, tueri poſſunt. Si enim Hippocrati diligentiſsimo, imò etiã omniũ peritiſsimo medico accidit ut in euocandis menſibus ſpe ſua fruſtraretur, quid mirum ſi quoq; nobis idipſum accidat? Neq; etiam medicina mala omnia ſanare poteſt, quemadmodum diffuſe in libro de arte docet Hippocr. Deniq; animaduertendũ Hippocratē appoſitiſſime uerbo γυναικωθῆναι, *quod Latinis effœminari ſonat, pro menſtrua euocare uſum eſſe. Mulieres enim menſium maxime profluuio agnoſcũtur, & à reliquis quibus haud promanant, quæ uiragines potius ſunt, & nihil muliebre obtinent, diſcernuntur. Nam ut muliebrem naturam prorſus exuere, ac uirilem induere, ſicut Phaethuſa, cuius in præcedenti dictione mentio facta eſt, uidentur quibus mẽſtrua deficiunt, ſic rurſus muliebrem naturam induere, & uirilem exuere hæ dicuntur quibus menſes denuò fluere incipiunt. Ideoq; rectiſſime effœminari illas*
Peroratio. *hoc in loco Hippoc. ait. Nos hic commentandi finem faciemus, deprecantes uerè & candidè ſtudioſos, ut laborem hunc noſtrum qualemcunq; æqui boniq; faciant, quando primus ego obſcuriſſimo huic operi manus admouere, reliquis omnibus Germanis, Italis & Gallis laborē hunc detrectantibus, uoluerim.* D
Quod ſi itaq; non paſſim quod maxime decebat præſtiterim, non negligentiæ & ſocordiæ, ſed immenſæ potius obſcuritati, quam ne Galenus quidẽ in omnibus aſſequi potuit, dabunt. Faxint ſuperi ut alius nobis prodeat Hippocraticæ medicinæ interpres, qui obſcuritates illas penitius quàm ego fecerim aut potuerim, introſpiciat.

ERRATA.

Fol. 1. B. uer. 2. pro *ſeruiuit, lege conuerſatus eſt*. Eod. C. uer. 2. *expunge primũ quidẽ*. 7. A. 11. *lege, grauiter olens ſanies ſtillat*. 9. B. *in margine, lege*, 2. *aph*. 45. 10. A. 8. διαιδησιαν. & D. 4. *uenenoſorum humorum*. 19. D. 7. *& quod magnũ ſpatium corporis erodentia haud &c*. 22. A. *in cauſa*. 25. B. 17. ὀδὸς. Eod. *uerſu*, ῥόδμαδος. 28. C. 9. *exitũ*. 31. B. 5. *iniſciamus*. 35. C. 11. *qui extrinſecus*. 41. A. 14. *ad inferiora in cõtrariũ fieri*. 43. C. 7. *erit*. 48. C. 10. *morbi fit*. 51. C. 1. *promiſcue*. 55. B. 1. *expunge, tum*. 56. B. 14. *lege, & dum, ut ipſe ait, humores turgent*. Ibid. 15. *urget*. 60. B. *Atqui ſolertis*. 62. B. 15. νυκτὶ. 69. A. 12. *educantur*. 71. D. 3. *præditũ fuiſſe*. 73. D. 14. *procreetur*. 74. C. 15. *quibuſdã ſiũt adnaſcẽtiæ*. 75. C. 3. *potiſſimã cauſam generationis*. Ibid. 9. *lapidis cognitionem pertrahere*. 76. B. 8. *qui in renib*. 77. B. 5. *procedentẽ*. 79. D. 12. *hac ipſa non abolita, neq; morbus ſoluatur*. 80. A. 15. *dijudicandũ*. 85. A. 14. *exiſtat*. 91. C. 12. *hæ ſentẽtiæ*. 19. *ſanguinẽ expuit, hirundinẽ*. D. 13. *huic ſiquidẽ*. 93. B. 3. *initiũ euacuationis*. 97. C. 12. *transferri*. 99. B. 15. *Aenea profligo*. 104. B. 5. *Huic itaq;*. 108. B. 6. *cõcediturq; marẽ fœmina eſſe calidiorẽ*. 110. A. 8. *Quinta*. 111. A. 8. ἐκλείψαι. 114. C. 18. *pro adoleſcentiã, lege iuuentutẽ*. 116. A. 8. *ad lacum*. & D. 9. *monſtrat*. 124. A. 13. *pro adoleſcentiũ, lege ætate florentiũ*. Ibid. 16. *perperàm*. 128. A. 5. *cognoſcet*. & C. 6. *uentrem*. 136. A. 3. *expunge, emerſerunt, & poſt experiunt uerbũ, pone notã interrogationis*? Ibid. 19. *expunge, illa*. Ibid. D. 12. *niſi quod*. Ibid. 13. *intelligi poſſit*.

Quæ reliqua ſunt nullius ferè momenti errata, æquus Lector reſtituet ipſe.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙ ΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ.

Τμῆμα πρῶτον.

1 ὈΚΟΣΗΣΙΝ ἐξ ἀποφθορῆς, περὶ ὑστέρην καὶ οἰδημάτων, τῶν καρηβαρείην τρέπεται, κατὰ τὸ βρέγμα ὀδύναι μάλιστα, καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀπὸ ὑστερίων, ταύτῃσιν ἐν ὀκτὼ ἢ δέκα μησὶν, τὸ ἰσχίον τελευτᾷ.

2 Οἱ φοξοὶ οἱ μὲν κρατεραύχενες, ἰσχυροὶ καὶ τἄλλα καὶ ὀστέοισιν. οἱ δὲ κεφαλαλγέες, καὶ ὠτόῤῥυτοι, τούτοις ὑπερῷαι κοῖλαι, καὶ ὀδόντες παρηλλαγμένοι.

3 Ὅτεοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερῴης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ἡ ῥίς. οἷσιν δὲ ἔθεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται.

4 Αἱ τῶν νηπίων ἐπιληψίαι ἅμα ἥβῃ ὅλην οἷσιν μεταβολὰς ἴσχουσι, καὶ ἄλλας.

5 Ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα ὅταν πληρῶνται σίτου, ἐμέουσί γε φλέγμα, ὅταν δὲ πλεονάζωσιν αἱ ὀδύναι ἰώδεα, καὶ ῥᾶος μὲν γίνεται. λύονται δὲ ὅταν σίτου κενωθῶσι, ψαμμία τε πυῤῥὰ ὑφίστανται, αἱματῶδές τε οὐρέουσι, νάρκη μηροῦ τοῦ κατ᾽ ἴξιν. ἐλιννύειν οὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάζεσθαι, μὴ ἐμπίπλασθαι, τοὺς νέους ἐλλεβορίζειν, ἰγνύην τάμνειν, οὐρητικοῖς καθαίρειν, λεπτύναι, καὶ ἁπαλύναι.

6 Γυναικεῖα τῇσιν ὑδατοινόσοισι ἐπὶ πολὺ προχωρεῖ. ὅταν δὲ μὴ ταχὺ ἴῃ, ἐποίδεε.

7 Ἐν κρανῶνι αἱ παλαιαὶ ὀδύναι ψυχραὶ, αἱ δὲ νεαραὶ θερμαί. αἵμαλι δὲ αἱ πλεῖσαι, καὶ τὰ ἀπὸ ἰσχίου, ψυχρά.

8 Τὰ δὲ ῥίγεα ἰσχυρὰ ἐόντα, οὐ πάνυ τι πρηΰνεται, ἀλλ᾽ ἐγγὺς τῆς ἀκμῆς.

9 Πρὸ ῥίγεος αἱ ἐπισχέσιες τῶν οὔρων, ἢν ἐκ χρονίων ἴωσιν, καὶ κοιλίης διέλθῃ, καὶ ὕπνοι γίνωσιν, ἴσως δὲ καὶ ὁ τρόπος τοῦ πυρετοῦ, ἴσως δὲ καὶ τὰ ἐκ κόπων.

10 Ἀποστάσιες οὐ μάλα οἷσι ῥίγεα.

11 Αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλυώσιες, οἷον ἢ περὶ νόσου ὁδοιπορήσαντι, ἢ ἐκ νόσου αὐτίκα. διότι ἴσως τὸ ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀπίει, διὸ αἱ τῶν σκελέων ἐκθηλυώσιες.

12 Φύματα ἔξω ὀξυνδέοντα, καὶ τὰ ἀπόξεα, καὶ τὰ κορυφώδεα, καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, καὶ μὴ περίσκληρα, καὶ κατάῤῥοπα, καὶ τὰ μὴ δίκραια ἀμείνω. τὰ δ᾽ ἐναντία κακὰ, καὶ ὅσῳ πλείστως ἐναντία κάκιστα.

13 Τὸ βηχῶδες φθινοπώρου, καὶ αἱ καρδιαλγίαι, καὶ τὸ φρικῶδες, καὶ τὸ μελαγχολικόν.

14 Πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παροξυσμοὺς σκέπτεσθαι, καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νόσῳ. οἷον τὸ δι᾽ ἄλλην παροξύνεσθαι, καὶ ὁ ἐνιαυτὸς εἰς ἄλλην, καὶ αἱ ἀσκαρίδες.

15 Νηπίοισι βηχίον ξὺν γαστρὸς ταραχῇ, καὶ πυρετῷ ξυνεχεῖ σημαίνει μετὰ κρίσιν δημελυσαίων, τὸ ξύμπαν εἰκοσταίων, οἰδήματα τῶν ἄρθρων. καὶ ἢν μὲν κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ κατασκήψῃ, τὰ ἄνω ἐν τοῖσι κάτω ἄρθροισιν, ἀγαθόν. ἢν δὲ ἄνω, οὐχ ὁμοίως λύει τὴν νοῦσον, ἢν μὴ ἐκπυήσῃ. τὰ δὲ ἐν ὤμοισιν ἐκπυοῦντα, τοῖσι τηλικούτοισι γαλιάγκωνας ποιεῖ. λύσει δ᾽ αὖ καὶ ἑλκυδρίων κάτω ἔκθυσις, ἢν μὴ στρόγγυλα καὶ βαθέα ᾖ. τὰ δὲ τοιαῦτα ὀλέθρια καὶ ἄλλως παιδίοισι. λύσει δ᾽ αὖ καὶ αἷμα ῥυὲν, μᾶλλον δὲ τοῖσι πρεσβυτέροισιν ἐπιφαίνεται.

16 Δάκρυα ἐν τοῖσιν ὀξέσι τῶν φλαύρως ἐχόντων, ἑκόντων μὲν χρηστὸν, ἀκόντων δὲ παραῤῥέοντα, κακόν.

17 Οἷσι παρατείνεται βλέφαρον κακὸν, κακὸν δὲ καὶ τὸ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη. καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, καὶ τὸ αὐχμηρὸν κακὸν, καὶ οἱ ἐξυπιδόμενοι ἔνδοθεν. καὶ οἱ πεπηγότες, καὶ οἱ μόλις στρεφόμενοι, καὶ οἱ ἐνδεδινημένοι, καὶ ὅσα τἄλλα παρέπεται.

18 Πυρετοὶ οἱ μὲν δακνώδεες τῇ χειρὶ, οἱ δὲ πρηέες, οἱ δ᾽ οὐ δακνώδεες μὲν, ἐπαναδιδόντες δέ. οἱ δ᾽ ὀξέες μὲν, ἡσσώμενοι δὲ τῆς χειρός. οἱ δὲ περικαέες εὐθέως, οἱ δὲ διὰ παντὸς βληχροὶ, ξηροί. οἱ δὲ ἁλμυρώδεες, οἱ δὲ πεμφυγώδεες, ἰδεῖν δεινοὶ, οἱ δὲ πρὸς τὴν χεῖρα νοτιώδεες. οἱ δὲ ἐξέρυθροι, οἱ δὲ ἔξωχροι, οἱ δὲ πελιοὶ, καὶ τἄλλα τοιουτότροπα.

19 Αἱ ξυντάσιες τοῦ σώματος, καὶ οἱ σκληρυσμοὶ τῶν ἄρθρων, καὶ αὐτὸς διαλελυμένος, καὶ αἱ κατακλάσιες τῶν ἄρθρων, κακόν.

20 Ὄμματος θράσος παρακρουστικὸν, καὶ ἔῤῥιψις, καὶ κατάκλασις, κακόν.

ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

1 Ε Ὑγρῶσαι, συνυγρῶσαι, τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. χυμοὺς τοὺς μὲν ὀξῦσαι, τοὺς δὲ ξηρᾶναι, τοὺς δὲ γλυκῦναι, καὶ τῇ μὲν, τῇ δὲ μή.

2 Λεπτῦναι, παχῦναι τεῦχος, δέρμα, σάρκας, καὶ τἄλλα, καὶ τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. λειῶσαι, τρηχῶσαι, σκληρῶσαι, μαλθάξαι, τὰ μὲν, τὰ δὲ μή. ἐπεγεῖραι, ναρκῶσαι, καὶ τἄλλα ὁκόσα τοιαῦτα.

3 Παροχετεύειν, ὑπεξάξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα ἀντιτείναντα ὑπεξάξαι. ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἰόντα συνεχυμοῦν, ἐργάζεσθαι τὸ ὅμοιον. τὰ ἀνόμοια ἢν ῥέπῃ ἄνωθεν ἀρθέντα, κάτωθεν λύειν, καὶ τὰ ἐναντία τοῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομία, ὅτι οὐκ εἰκῇ ἀφαιρέεται.

4 Αἱ ἀποστάσιες οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων, ἀτὰρ καὶ ἄλλων, μάλιστα δὲ περὶ τὰ σπλάγχνα, κακοήθεες δὲ οὗτοι.

5 Ἐνδύματα σμικρὰ, πυκνὰ, μεγάλα, ἀραιὰ, σμικρὰ ἀραιὰ, πυκνὰ μεγάλα, ἔσω σμικρὰ, ἔξω μεγάλα, ἔσω μεγάλα, ἔξω σμικρά. τὸ μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατέπειγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλασις οἷον ἐπιπνεῦσι. θερμὸν, ψυχρόν.

6 Ἰκτέρειον ξυναγχέων χασμέων μακρόπνους, ἐν τοῖσιν ἀπότοισι, καὶ μόγις πίνουσι βραχύπνους.

7 Κατ᾽ ἴξιν καὶ πλευρέων ὀδύνη, καὶ ξυντάσιες ὑποχονδρίου, καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, καὶ ἐκ ῥινῶν ῥήξιες, καὶ ὦτα κατ᾽ ἴξιν, τούτων τὰ πλεῖστα ταῦτα καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσι. πότερον ἄρα πάντα, ἢ τὰ μὲν κάτωθεν ἄνω, οἷα τὰ παρὰ γνάθους, ἢ παρ᾽ ὀφθαλμὸν, καὶ ὃς κατ᾽ ἴξιν, τὰ δ᾽ ἄνωθεν κάτω ὃ κατ᾽ ἴξιν. καί τοι καὶ τὰ συναγχικὰ ἐρυθήματα, καὶ πλευρέων ὀδυνήματα κατ᾽ ἴξιν. ἢ καὶ τὰ κάτω τοῦ ἥπατος ἄνωθεν διαδόντα, οἷα τὰ ἐν ὄρχιας καὶ κιρσούς. σκεπτέα ταῦτα ὅπῃ, καὶ ὅθεν, καὶ διά τι.

8 Φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι, οὐδὲ χλώρασμα λαμπρὸν, ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ἢ βὴξ ξηρὴ, μὴ θηριώδης, ἐς ἄρθρα στρέψιν προσδέχεσθαι δεῖ, κατ᾽ ἴξιν τῶν ἐντασίων τῶν κατὰ κοιλίην, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ πλεῖστοι καὶ ἐξέρυθρα, καὶ τῇ φύσει τῷ λευκοχρωτέρῳ τρόπῳ, καὶ οὐχ αἱμοῤῥαγέουσι ῥῖνες, ἢ σμικρὰ αἱμοῤῥαγέουσι, καὶ ἢν μὲν ῥυέντων ἐγκαταλείπηται, ἕτοιμον. δίψα ἐγκαταληφθεῖσα, καὶ στόματος ἐπιξηρασίη, καὶ ἀηδίη, καὶ ἀποσιτίη τοῦτον τὸν τρόπον. πυρετοὶ δὲ οὐκ ὀξέες οἱ τοιοίδε, ὑποστροφώδεες δέ.

9 Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐν ἄρθρα τελευτήσῃ, ἢ αἱμοῤῥαγίη γένηται, ἢ δεξιοῦ ὑποχονδρίου ἔντασις, ἢν μὴ ἐξουρεύῃ οὖρα. αὐτὴ γὰρ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων, καὶ ὑποστροφαὶ τουτέων εἰκότως. ἀποστάσιας οὖν ποιέεσθαι αὐτῶν μὴ γινομένας, τὰς δὲ ἐκκλίνειν γινομένας. τὰς δὲ ἀποδέχεσθαι ἢν ἴωσιν οἵας δεῖ, καὶ ἢ δεῖ. ὁκόσαι δὲ μὴ σφόδρα, ξυνδρᾶν. τὰς δ᾽ ἀποτρέπειν ἢν πάντῃ ἀξύμφοροι ἔωσι, μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας. εἰ δὲ μὴ, ἄρτι ἀρχομένας.

10 Αἱ τεταρταῖαι αἱ αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι, οἱ διαλείποντες γὰρ μᾶλλον, τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥιγέουσιν ἅμα κρίσει, ἐκ τῶν πέντε εἰς τὰς ἑπτά.

11 Ὅσοι τριταιοφυέες, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

12 Βῆχες ξηραὶ, βραχὺ ἐρεθίζουσαι ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ κατὰ λόγον διψώδεες, οὐδὲ γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, οὐ τῷ ἐνεχέοντι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι. δῆλον δὲ, ὅταν γὰρ διαλέγωνται, ἢ χάσκωσι, τότε βήσσουσιν, ὅταν δὲ μὴ, οὔ. τοῦτο ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι μάλιστα γίνεται.

13 Μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπερορᾷν.

14 Ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν, καὶ διαναπαύειν.

15 Τῶν ὄπισθεν κεφαλῆς ὀδυνωμένων ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα, ὠφέλησεν.

16 Αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων ἐξ οἵων, καὶ ἄλλαι, καὶ τῶν σπλάγχνων τῶν φλεγμονῶν οἷα δύναται, εἴτ᾽ ἐξ ἥπατος σπληνὶ, καὶ τἀναντία, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

17 Ἀντισπᾶν ἢν μὴ ᾗ δεῖ ῥέπῃ, ἢν δὲ ὅπῃ δεῖ, τουτέοισι δεῖ στομοῦν οἷς ἕκαστα ῥέπει.

Τὰ

18 Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, οἷα Σίμων εἶχε χειμῶνος. ὅτε πρὸς πῦρ ἀλείψαιτο, ἢ θερμῷ λούσαιτο, ὀνίνατο, ἔμετοι οὐκ ὠφέλεον. οἴομαι εἴ τις ἐξεπυρίασε, ὀνίνασθαι ἄν.

19 Ὁκόσα πεπαίνεσθαι δεῖ, κατακεκλεῖσθαι δεῖ. τἀναντία δὲ ξηραίνειν, καὶ ἀναψύχεσθαι.

20 Ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ῥοωδέων, ἢν ἄλλως φαίνηται ξυμφέρειν, αὐτίκα παῦσαι τὴν φάρυγγα. καὶ ὅτι βδέλξις λυσιτελέει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.

21 Τὰς ἐφόδους ἀντισημαίνεσθαι, οἷον ῥῖνας, καὶ τὰ ἄλλα ὧν δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, καὶ οἷα καὶ ὅτε, καὶ ὅτι, καὶ ὅθεν δεῖ, οἷον ἱδρῶτας, καὶ τἄλλα δὴ πάντα.

22 Ἐπὶ τοῖσι μεγάλοισι ἑλκοῖσι πρόσωπον ἢν ᾖ χρηστὸν, σημεῖον χρηστόν. ὥσπερ δὲ τοῖσι σμικροῖσι τἀναντία σημαῖνον τῇ δυσημείῃ, κακόν.

23 Παρὰ τὸ μέγα οὖς ἡ γυνὴ ὄπισθεν τοῦ ἡρῴου ἐκτρώσιος γενομένου, παρέμενεν αὐτῇ. ὁ δὲ παρὰ Τημένου ἀδελφιδέω, ὅτε μελάγχρους.

24. Ἐν Περίνθῳ τὸ γονοειδὲς τὸ τοιοῦτον ὅτι κρίσιμον καὶ τῶν ἀτρῶν. τὰ τοιαῦτα ὅτι αἱ οὐρήσιες ῥύονται, ὅτι οὔτε φύσιος πολλῆς, οὔτε κόπρου πολλῆς γλίσχρης διελθούσης ἐμαλάσσετο, οὐ γὰρ δὴ μέγα ἦν τὸ ὑποχόνδριον. κράμβην ἑβδομαῖος ἔφαγεν ἐπὶ δύσπνοος ἐών, τὰ πολλὰ τὸ ἄτερον ἐλαπάσσετο, ὁ δύσπνους ἐγένετο, ἡ κοιλίη αὐτῷ ἐξετίναξεν.

25 Περὶ τοῦ αἵματος τοῦ ἰχωροειδέος, ὅτι ἐν τοῖσι πτοώδεσι τὸ τοιοῦτον, ἢ ἐν τοῖσιν ἀγρυπνοῦσι, καὶ εἴτε φλαῦρον, εἴτε χρηστόν.

26 Οἷσιν ὁ σπλὴν ἐστὶ κατάῤῥοπος πόδες καὶ γούνατα θερμά, ῥῖς καὶ ὦτα ἀεὶ ψυχρά. ἆρα δὲ τοῦτο ὅτι λεπτὸν τὸ αἷμα, ἦρα καὶ φύσει τοιοῦτον ἔχουσιν;

27 Οἷσιν ἐμπυήμασιν ὀμφαλὸς ὅρος, τοῖσι μέλλουσιν ἐκπυΐσκειν αἱ κοιλίαι ἐκταράσσονται.

28 Σπλὴν σκληρὸς οὐ τὰ ἄνω, καίτοι στρόγγυλος, πλατὺς, παχὺς, μακρὸς, λεπτός. ἧσσον τοῖς ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσι.

29 Ἡ περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίη, καὶ ἐς τὴν νοῦσον ἐρωτήσιες, ἃ διηγεῖται οἷα, ὡς ἀποδεκτέον οἱ λόγοι, τὰ πρὸς νοσέοντα, τὰ πρὸς τοὺς παρεόντας, τὰ πρὸς τοὺς ἔξω.

30 Ὅτι ἐν θερμοτέρῳ στερεωτέρῳ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ ἔξω αἱ φλέβες, καὶ χολωδέστεροι μᾶλλον.

31 Ξυνεκρίθη, συνέστη ὀξύτερον, ἐκινήθη ἐμολύνθη, καὶ βραδύτερον αὔξεται, καὶ ὠθεῖ πλείω χρόνον.

32 Διὰ τοῦτο ἐστερεώθη, καὶ χολωδέστερον, καὶ ἐναιμότερον ἦ, ὅτι θερμότερόν ἐστι τὸ χωρίον τῶν ζώων.

ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.

1 Ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης, ἡ δέρματος ξύνδεσις, ἡ σαρκῶν αὔξησις, ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ὅλων σύγχυσις, ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσία, ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις, διὸ καὶ φαλακρότης, ἡ τῶν ὀργάνων κατάτριψις.

2 Καθαίρεσις δρόμοισι, πάλῃσιν, ἡσυχίῃσιν, πολλοῖσι περιπάτοισι ταχέσιν. οἷσιν ἐφθὴ μάζα τὸ πλεῖστον, ἄρτος ὀλίγος.

3 Καθαιρέσιος σημεῖον τὴν αὐτὴν ὥρην τῆς ἡμέρας φυλάσσειν, ἐξαπίνης γὰρ ἐρύεται ὑφιζάνειν τὸν πόνον, ἢ ῥυεῖται. ὁμοίως γὰρ ὅλον ξυμπίπτει. ὅταν δ' ἤδη ξυμπέσωσι, προσάγειν ὕψα ὀπτά. ὅταν δὲ πληρῶνται, σημεῖον αὖθις τὸ σῶμα εὐθηρὸν γίνεται.

4 Ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων στάγδην ὃς ἔξεισιν ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, ἢ σύμπτωσις ἐξ ἐπάρσιος.

5 Ἡ γυνὴ ἣν πρῶτον ἐθεράπευσα ἐν Κρανῶνι ὁ σπλὴν φύσει μέγας, πυρετὸς καυσώδης, ἐξέρυθρος, πνεῦμα, διὰ τί ἱδρὼς τὰ πολλὰ ἄνω, ἀτάρ τοι καὶ κάτω τεσσαρεσκαιδεκαταία οὐδὲν ἀξιόλογον.

6 Ἧσσον τοῖσιν ἀπὸ κεφαλῆς κορυζώδεσι καὶ βραγχώδεσιν ὑποπυρετήνωσιν, ὡς οἶμαι, ὑποστροφαί.

7 Πᾶν τὸ ἐκπυΐον ἀνυπόστροφον, τούτοις γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα, καὶ ἀπόστασίς ἐστιν.

8 Οἷσιν ὅταν ἀφροδισιάζωσι φυσᾶται ἡ γαστὴρ, ὡς Δαμαγόρᾳ. οἷσι δ' ἐν τούτῳ ψόφος, ὡς Ἀγεσιλάῳ.

9 Τὸ φυσῶδες ξυναίτιον τοῖσι πτερυγώδεσι, καὶ γὰρ εἰσὶ φυσώδεες.

10 Τὸ ψυχρὸν πάνυ φλεβῶν ῥηκτικὸν καὶ βηχῶδες, οἷον χιὼν, κρύσταλλος, καὶ συστρεπτικὸν οἷα τὰ φύματα, καὶ αἱ γογγρῶναι. συναίτιον καὶ αἱ σκληρότητες.

11 Τὸ μετ᾽ ἔρευσιν συνάγμα παιδίοισι μᾶλλον ἢν ᾖ ὅτι θερμότερα.

12 Τὰ χάσματα τὰ ῥιζοῦντα, οἷον ὁ τὰ κλήματα τῇ χειρὶ πλέκων ἢ στρέφων ὑπὸ ὀδυνάων κατακείμενος, λαβόμενος πασσάλου ἄκρου ὑποπεπηγότος εἶχε καὶ ῥήϊσεν.

13 Ὃν δὲ ὀρθοτυπίης παρὰ τὴν γέφυραν εἶδον ἐγὼ ῥιπτοῦντα τὰ σκέλεα, κνήμην ἑτέρην ἥκιστα ἐλεπτύνετο, μηρὸς δὲ κάρτα, ὥρα καὶ γονὴ οὐκ ἴσχετο.

14 Ὅσαι περιγυώδεες φύσιες, πλευρέων δὲ ἀδυναμίην τῆς ἀφορμῆς.

15 Ἐπὶ τοῖσι καταῤῥόοισι τοῖσι κακοήθεσι ἢν ἔκκρισις ἔῃ, κἢν μὴ ἔῃ, κακόν.

16 Ῥίγεα ἄρχεται γυναιξὶν μὲν μᾶλλον ἀπ᾽ ὀσφύος καὶ διὰ νώτου, καὶ τότε ἐπὶ κεφαλήν· ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν μᾶλλον ἢ ἔμπροσθεν. φρίσσουσι γὰρ τὰ ἔξωθεν μᾶλλον, ἢ τὰ ἔνδοθεν τοῦ σώματος, οἷον πηχέων, μηρῶν· ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιότερον, δηλοῖ δὲ ἡ θρίξ. ἀφ᾽ ὧν δὲ ἄλλων ῥιγέουσιν, ἴσως ἑλκέων. ἄρχεται ἐκ τῶν ἀγγείων.

17 Κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσιος, καὶ ἀφορμῆς, καὶ πλείστων λόγων, καὶ κατὰ σμικρὸν γινωσκομένων συνάγοντα, καὶ καταμανθάνοντα εἰ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοισι, καὶ εἰ μὴ ὅμοια ἀλλήλοισιν εἰσίν, ὡς ἐκ τῶν ἀνομοιοτήτων ὁμοιότης γένηται μία, οὕτως ἂν ἡ ὁδὸς, οὕτω καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος.

18 Αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν ἢ τοῖσιν ὑποχλωρομέλασιν, ἢ τοῖσιν ἐρυθροχλώροις, ἢ τοῖσι ὑποχλώροισι. βραχέα ὑφέντα ταχῦναι ξηρῷ, τοῖσι δὲ ἑτέροις ἧσσον παχυσμός. ξηρῷ δὲ δεῖ ἐκ ῥινῶν λεῖα, οἷον κνηκίδι, συντηγεῖα.

19 Ἐπὴν ἀφροδισιάζειν ἄρξωνται, ἢ τραγίζειν, αἱμοῤῥαγέουσιν.

20 Ἐν τοῖσι δὲ προσώδεσιν ἐστὶν οἱ ἀποψοφέουσιν, οἷον Ἀρκισίλαος. οἱ δὲ μέλλοντες φρικώδεες, οἱ δὲ ἐπὴν προσέλθωσι φυσῶνται κοιλίην, οἷον Δαμαγόρας.

21 Αἱ μεταβολαὶ φυλακτικαί.

22 Ὀλιγοσιτίη, ἄδιψον, ἄπονον.

23 Πᾶς λεπτυσμὸς χαλᾷ τὸ δέρμα, ἕως ἂν παρατείνηται, ἀνάθρεψις τοὐναντίον. χρωτὸς ῥίκνωσις ξυμπίπτοντος, ἔκτασις ἀνατρεφομένου. τὸ φρικῶδες, τὸ λεῖον ἑκατέρου σημεῖον, τὸ ὑπόχολον, τὸ ὑπέρυθρον. οὕτω τὸ κατασπᾶσθαι μαζοὺς, ἰσχνοὺς δὲ ἀνασπᾶσθαι καὶ περιτετάσθαι, καί τοι οὐκ ἄν τις οἴοιτο διὰ τοῦτο, ἀλλὰ σαρκωθέντος τοῦτο γίνεσθαι, κλεῖς περιφανέες, φλέβες διαφανέες.

24 Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε περιόδοισι, δρόμοισι, πάλῃσι, καὶ πυρίῃσι. τὸ γὰρ πυρετῶδες πολέμιον περιόδοισι πολλῇσι, λιμῷ, καὶ ἀνατρίψει, πόνῳ πόνον, αὐτοῖσι φλεβῶν ἔρευθος, πελίωσις, χλωρότης, πλευρέων ὀδύναι λαπαραί.

25 Ἄδιψον συνέχειν στόμα, σιγᾶν, ἄνεμον ξὺν τῷ ποτῷ ψυχρὸν εἰσάγειν.

26 Τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξαντο κάμνειν σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη, εἴτε ὠτὸς, εἴτε πλευροῦ. σημεῖον οἱ ὀδόντες, καὶ ἐφ᾽ οἷσι βουβῶνες.

27 Τὰ γινόμενα ἕλκεα καὶ φύματα κρίνοντα πυρετούς. οἷσι δὲ ταῦτα μὴ παραγίνεται, καὶ ἀκρισίη ἐγκαταλείπεται, βεβαιότεραι καὶ τάχισται ὑποστροφαί.

28 Τὰ στρογγυλόμενα πτύαλα παρακρουστικὰ, οἷα ἐν Γλαύκῳ.

29 Οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες, οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπνευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται, ἴσως δὲ οὐδὲ λέπρῃσιν, ἴσως δὲ οὐδὲ ἀλφοῖσι. ἰητρευθέντες γοῦν ἀκαίρως συχνοὶ τοῖσι τοιούτοισιν οὐ βραδέως ἥλωσαν, καὶ ὀλέθρια. οὕτω καὶ ὅσαι ἄλλαι ἀποστάσιες, οἷον σύριγγες, ἑτέρων ἄκος. σκέψις μετ᾽ ἐφ᾽ οἷσιν γινόμενα ῥύεται, τούτων προγενόμενα κωλύει.

30 Ἄλλο τόπου τόποι δεξάμενοι, ἢ πόνῳ, ἢ βάρει, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύονται, ἢ ἄλλοισιν αἱ κοινωνίαι.

31 Διὰ τὴν ῥοπὴν οὐκέτι αἷμα ἔρχεται, ἀλλὰ κατὰ τοῦ χυμοῦ τὴν ξυγγένειαν τοιαῦτα πτύουσιν.

32 Ἔστιν οἷσιν αἷμα ἀφαιρέεσθαι ἐν καιρῷ ὑπὸ τοῖσι τοιούτοισι. ὑπὸ ἄλλοισι δὲ ὥσπερ ὑπὸ τοιούτοισιν οὐκ εἰκός. κώλυσις ὑπὸ τοῖσιν αἱματώδεα πτύουσιν, ὤρη, πλευρῖτις, χολή.

ΤΜΗΜΑ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

1 Τὰ περὶ οὓς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυΐσκει, τούτων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται. κατὰ λόγον τῶν ὑποστροφέων τῆς ὑποστροφῆς γενομένοις, αὖθις αἴρεται καὶ παραμένει, ὥσπερ αἱ τῶν πυρετῶν ὑποστροφαὶ ἐν ὁμοίῃ περιόδῳ, ἤδη τούτοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι.

2 Οὖρον παχὺ, λευκὸν, οἷον τῷ τοῦ Ἀμφιγένεος, ἤδη τοῖσι κοπιώδεσι τεταρταίοισιν, ἔστιν ὅτε ἔρχεται καὶ ῥύεται τῆς ἀποστάσιος. ἢν δὲ πρὸς τούτῳ αἱμοῤῥαγήσῃ ἐκ ῥινῶν ἱκανῶς, καὶ πάνυ.

3 Ὧ τὸ ὑποχόνδριον ἦν δεξιὰ ἀρθριτικὸς ἐγένετο ἡσυχώτερον. ἐπεὶ δὲ τούτῳ ἰήθη ἐπιπονώτερον.

4 Ἡ Ἀγάσιος κόρη μὲν ἐοῦσα πυκνοπνεύματος ἦν, γυνὴ δὲ γινομένη ἐκ τόκου ὃ πάλαι ἐπίπονος ἐοῦσα ὑπὸ πολλαῖς, ἦρεν ἄχθος μέγα καὶ αὐτίκα μὲν ψοφῆσαί τι ἔδοξε κατὰ τὸ στῆθος, τῇ δ' ὑστεραίῃ ἆσθμα τε εἶχε καὶ ἄλγος ἰσχίον τὸ δεξιόν. ὁπότε τοῦτο πονέοι, τότε καὶ τὸ ἆσθμα εἶχε, παῦσα μὲν δὲ ἐπαύσατο. ἔπτυσεν ἀφρώδεα, ἀρχομένη δὲ αὐθηρὰ, κατασταθεῖσα δὲ ἐμέσματα χολώδεα ἰώδεα λεπτά. οἱ πόνοι μάλιστα μὲν ὁπότε πονοίη τῇ χειρί. ταύτην εἴργεσθαι σκορόδων, χοιρέων, οἴιος, βοός, τῶν δὲ τοῖσι πνευμονίοισι βοῶν, ὀξυθυμίης.

5 Ὧ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐγένετο ἔπαρμα, πρόσθεν ἡ συμπῆξιν ἡ καιομένη γνώρισιν. ἔχειν ἄλλην ἀπόστασιν, ἴσως ὅτι ὀστέον ἔμελλεν ἀποστήσεσθαι, ἐπεὶ ἐστὶ ἐξηκοσταῖον. ὑπὲρ τοῦ ὠτὸς αὐτῷ πρὸς κορυφὴν τὸ τρῶμα ἦν.

6 Τὰ κοῖλα ἔχει οἷα κυνὸς, μείζω δέ. ἤρτηται ἐκ τῶν μεσοκώλων, ταῦτα δὲ ἐκ νεύρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα.

7 Αἱ τοῖσι κάμνουσι χάριτες, οἷον τὸ καθαρείως δρᾶν, ἢ ποτὰ ἢ βρωτὰ, ἢ ἃ ἂν ὁρᾷ, μαλακῶς ὅσα ψαύει. ἄλλα μὴ μεγάλα βλάπτει, ἢ εὐανάληπτα, οἷον ψυχρὸν ὅπου τοῦτο δεῖ, καὶ ἄλλα. εἴσοδοι, λόγοι, σχῆμα, ἐσθὴς τῷ νοσέοντι, κουρὴ, ὀνύχων, ὀδμαί.

8 Ὕδωρ ἀφεψηθὲν τὸ μὲν ὡς δέχηται τὴν ὑδρίαν, τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι, καὶ ἐπίθεμα ἔχειν.

9 Ὅτι δὲ αἱμορραγιῶν ἐξυδρωπιῶντε.

10 Ἢν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι καθαίρωνται, καὶ εὐφόρως φέρουσιν.

11 Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ξυνεχέως θήλεα, ἄρρενα, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο καὶ διατέλεον, ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες.

12 Ἐμφανέως ἐγρηγορὼς θερμότερος τὰ ἔξω, τὰ ἔσω δὲ ψυχρότερος, καθεύδων τἀναντία.

13 Ἐν θερμῇ φύσει ψύξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν.

14 Ὕπνος ἐμψύχει ὑπερβεβλημένος.

15 Ὕπνος ἑδραῖος ὀρθῷ νυσταγμός.

16 Αἱ ἀσθενέες δίαιται ψυχραὶ, αἱ δ' ἰσχυραὶ θερμαί.

17 Ὑδάτων ἀτεχνέων τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ αἰθέρος ἀποκριθὲν, ἢ βρονταῖον, ὡραῖον. τὸ δὲ λαιλαπῶδες κα-

18 Ὕδωρ βορὸν, καὶ ἀγρυπνίη βορόν. (κόν.

19 Ἐν θερμῇ φύσει θερμῇ ὥρῃ κοίτη ἐν ψύχει παχύνει, ἐν δὲ θερμῷ λεπτύνει.

20 Ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

21 Ἐν τῷ ἐγρηγορέναι δίψος ὑπὸ πολλοῦ ὕπνος ἄκος, τὸ δ' ἐξ ὕπνου ἐγρήγορσις.

22 Οἷσι πλεῖστον τὸ θερμὸν, μεγαλοφωνότατοι, καὶ γὰρ ψυχρὸς ἀὴρ πλεῖστος. δυοῖν δὲ μεγάλων, μεγάλα καὶ τὰ ἔκγονα γίνεται.

23 Οἱ θερμοκοίλιοι ψυχρόσαρκοι καὶ λεπτοὶ, οὗτοι ἐπίφλεβοι, καὶ ὀξυθυμότεροι.

24 Αὐχμοῦ ἐστι γῆς οἰωνῶν γένος δυνάμει.

25 Τράγος ὁπότερος ἂν φανῇ ἔξω ὄρχις, ἢν μὲν δεξιὸς, ἄρσεν, εἰ δὲ εὐώνυμος, θῆλυ.

26 Ὀφθαλμοὶ ὡς ἂν ἰσχύωσιν οὕτω καὶ γυῖον. καὶ χροιὴ ἐστὶ τὸ κάκιον ἢ ἄμεινον ὑποδιδώσιν. δίκαιον δὲ ὡς ἂν ἔχῃ ἡ τροφὴ, οὕτω καὶ τὸ ἔξω ἐπιτάσει.

27 Σημεῖα θανατώδεα ἀνὰ δέρμα θερμὸς ἀτμὸς, πρότερον δὲ εἰς ψυχρὸν πνεῦμα ἀφίησιν. τὰ ζωτικὰ, ἐναντία.

28 Πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν.

ΤΜΗΜΑ ΠΕΜΠΤΟΝ.

1 Νούσων φύσιες ἰητροί.

2 Ἀνευρίσκει ἡ φύσις ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης, τὰ μὲν οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν, τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα, καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέειν.

3 Δάκρυα, ῥινῶν ὑγρότης, πταρμοὶ, ὤτων ῥύπος, στόματος σίαλον, ἀναγωγὴ, πνεύματος εἴσοδος, ἔξοδος, χάσμη, βὴξ, λύγξ, οὐ τοῦ αὐτέου παντάπασι τρόπου.

4 Οὔρου ἔφοδος, καὶ φύσης ταύτης καὶ ἑτέρης, καὶ τροφῆς, καὶ πνοίης, καὶ τοῖσι θήλεσι τόποισιν ἃ καὶ κατὰ τὸ ὅλον σῶμα, ἱδρῶτες, κνησμοὶ, σκορδινισμοὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

5 Ἀνθρώπου ψυχὴ αἰεὶ φύεται μέχρι θανάτου, ἢν δὲ ἐκπυρωθῇ ἅμα τῇ νόσῳ καὶ ἡ ψυχὴ, τὸ σῶμα φέρβεται.

6 Νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήρᾳ λείπουσι καὶ διὰ πνιγμὸν, καὶ διὰ λύσιν, καὶ δι' ἀραίωσιν.

7 Ἴσχις αὐτίνοον ὁμονοεῖν τῷ παθεῖ.

8 Τὸ ψυχρὸν καὶ ἀπληστεῖ, καὶ ἐνδέει ὁκόσα ἐκ θερμοῦ.

9 Ὀξυθυμίη ἀνασπᾷ καὶ καρδίην καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτὰ, καὶ τὴν κεφαλὴν τὰ θερμὰ, καὶ τὸ ὑγρόν. ἡ δ' εὐθυμίη ἀνίει καρδίην.

10 Πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκὶ, σῖτος, ὕπνος σπλάγχνοισι

11 Ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν.

12 Ἐν τοῖσι τρώμασι τὸ αἷμα ξυντρέχει, βοηθητέον ὡς τὸ ἱκανὸν πλημμυρῆσαι.

13 Ἢν οὖς ἀλγέῃ, εἴριον περὶ τὸν δάκτυλον εἱλίξας ἐγχέειν ἄλειφα θερμὸν, ἔπειτα ἐνθεὶς εἴσω ἐν τῇ θέναρι τὸ εἴριον ὑπὸ τὸ οὖς θεῖναι ὡς δοκέῃ τι οἱ ἐξιέναι, ἔπειτα ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλειν, ἀπάτη.

14 Γλῶσσα οὖρον σημαίνει, γλῶσσαι χλωραὶ χολώδεες, τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος, ἐρυθραὶ δὲ ἀφ' αἵματος, μέλαιναι δ' ἀπὸ μελαίνης χολῆς, αὗται δὲ ὑπὸ λιγνυώδεος ἐγκαύσιος, ἢ μητρώου μορίου, λευκαὶ δὲ ὑπὸ φλέγματος.

15 Οὖρον ὁμόχροον βρώμασι καὶ πόμασι, καὶ ὡς ἔσωθεν ἐὸν ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ ξυντήξις.

16 Γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι περιστάσεσι, διόπερ ταύτῃ γινώσκομεν τοὺς χυμούς.

17 Ἢν ἁλμυραὶ σάρκες γένωνται, περιοστώσιος σημεῖον.

18 Ἢν τῶν μαζῶν αἱ θηλαὶ, καὶ τὸ ἐρυθρὸν χλωρὸν ᾖ, νοσῶδες τὸ ἄγγος.

19 Ἀνθρώποισιν ὁ ἐν τοῖσιν ὠσὶ ῥύπος, ὁ μὲν γλυκὺς θανατώδης, ὁ δὲ πικρὸς, οὔ.

20 Γῆν μεταμείβειν σύμφορον ἐπὶ τοῖσι μακροῖσι νοσήμασιν.

21 Τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρονίην βιοτὴν ἔχει.

22 Κεδμάτων τὰς περὶ τὰ ὦτα ὄπισθεν φλέβας χαλᾶν.

23 Λαγνείη τῶν ὑπὸ φλέγματος νόσων ὠφέλιμον.

24 Θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ παρακλητικά.

25 Ἀπὸ μελαίνης χολῆς, ὡς ὅμοιον, αἱμορροΐδες.

26 Τὰς ἐπαυξίας νόσους μίξις.

27 Ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει.

28 Ἐλλέβορον πίοντα θᾶσσον καθαίρειν ἢν ἐθέλῃς, λούειν ἢ φαγεῖν.

29 Τὸ αἷμα ἐν ὕπνῳ εἴσω μᾶλλον φεύγει.

30 Ῥῖγος ἀπὸ τῆς ἄνω κοιλίης, πῦρ δὲ ἀπὸ τῆς κάτω μᾶλλον.

31 Ἐπισπασμὸς ἢν πνεύμων ξηρὸν καῦμα, ὑποφρῖνον ξηραίνει καὶ ὕπνος πολύς.

32 Ψυχρότατον βρῶμα φακοὶ, κέγχροι, κολοκύνθαι.

33 Ἕλκεα ἐκφύουσιν ἢν ἀκάθαρτος ἐὼν πονέῃ.

34 Γυνὴ αἶξ, ἐλατήριον σικύου ἀγρίου βεβρωκυῖαι παιδίοισι κάθαρσις.

35 Ἐνθέρμῳ βραχὺ ἔσωθεν ψύξις, ἔξωθεν πόνος ἡλίου, πνεῦ, ἰσθι τι ἐν ὥρῃ θερινῇ. τῷ δὲ ἐναντίῳ ὡς ἐναντίως.

36 Βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατεῖται, τὰ δὲ βραδέως.

ΤΜΗΜΑ ΕΚΤΟΝ.

1 Σάρκες ὅλκοι ἐκ κοιλίης καὶ ἔξωθεν· δῆλον δὲ τῇ αἰσθήσει ὡς ἔκπνουν καὶ εἴσπνουν ὅλον τὸ σῶμα.

2 Ἐνθερμότατον φλέβιον αἵματος πλῆθος αὐτίκα τὸ καυσῶδες, καὶ εὐθὺς ἀποκτείνει.

3 Οἷσι τὸ μὲν πῖον χολὴ ξανθὴ, τὸ δ' αἷμα μέλαινα.

4 Γνώμης, μνήμης, ὀδμῆς, καὶ τῶν ἄλλων ὀργάνων, καὶ πείνης ἄσκησις.

5 Πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνος, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια.

6 Ὁ ἐμψυχρότερος ἐν ψυχρῇ ὥρῃ καὶ χώρῃ ἐνθερμότερος ἔσται.

7 Ὀδυνέων τὴν ἐγγύτατα κοιλίην καθαίρειν, αἵματος δὲ κοιλίην διαίρειν, καῦσις, τομὴ, θάλψις, ψύξις, πταρμὸς, φυτῶν χυμοὶ, ἐφ' ὧν τὴν δύναμιν ἔχουσι, καὶ κυκεών. κακούργων γάλα, σκόροδον, οἶνος ἀποζεσμένος, ὄξος, ἅλες.

8 Ἄνθρωπος ἐκ κόπων ἐξ ὁδοῦ ἀδυναμίη, βάρος, αὐτίκα ἔπειτα ἔβραχε γὰρ ἐκ κορυφῆς. πυρετὸς ὀξὺς ὑποδιάκνων πρὸς χεῖρα. δευτεραίῳ δὲ καρηβαρίη, γλῶσσα ἐπικαύθη, ῥὶς ἀνυχογραφηθεῖσα ἐξημοῤῥάγησεν, ἀριστερὸς σπλὴν μέγας καὶ σκληρὸς, ὠδυνᾶτο.

9 Οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου οὐχ ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, ἐπιγένηται δὲ τεταρταῖος, παύονται.

10 Ἀνθ' οἵων αἱ νοῦσοι.

11 Ἡ χολὴ, οἷον ἔπος περὶ τῶν ὀρνίθων, ὅτι χολώδεες. ἡ θερμότης δ' ἐμεῦντος σημεῖον.

12 Οἱ ὄχλοι, αἱ δῖσαι, ὅτι τοῖσι παρακρούουσι λήγουσιν ὀδῦναι πλευρέων. ἔστι δ' οἷσι πυρετοὶ, ἔστι δ' οἷσιν οὒ, ἀλλὰ ξὺν ἱδρῶσιν. ἔστι δ' οἷσιν σὺν ὄχλῳ, ἔστι δ' οἷσι καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα, καὶ ἁλμυρῶδες.

13 Αἱ ναρκώσιες οἷαι δὴ οἵων, καὶ οἷαι ἐν τὸ ἰσχίον.

14 Δι' ὑδάτων καὶ δὴ ὑάτων τὰ πολλὰ θνήσκει τριταῖα.

15 Οἷσι μὲν δέρματα περιτέταται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος. οἷσι δὲ καὶ χαλαρὰ ξὺν ἱδρῶτι, θνήσκουσιν.

16 Ἐν τοῖσι παλιμβόλοισιν αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσι, τούτοισι μεταβάλλειν πρὶν κακοῦσθαι δεῖ τὰ πρέποντα, οἷον Χορίωνι τὰ ὀρβιζόμενα δὴ οἷον τὰ κορυνώδεα.

17 Ὅτεον οἷσι μὲν ὑγιὲς καταλείπεται, κάτω ὑφαιμένης τῆς προφάσιος, ἢ καθαίρων, ἢ ἀποδέων, ἢ ἐκβάλλων, ἢ ἀποτάμνων, ἢ ἀποκαίων ἔσω. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

18 Οἷσιν αἷμα ῥεῖ πολὺ ἐκ ῥινῶν, οἷσι μὲν ἄχροιαι, ἀλεεινοὶ τούτοισιν ὀλίγα ἀρήγουσιν. οἷσι δ' ἐξέρυθροι χρῶτες, οὐχ ὁμοίως. καὶ οἷσι κεφαλαὶ εὔφοροι, ἀρήγει. οἷσι δὲ μὴ, οὔ.

19 Οἷσι ῥῖνες ὑγρόταται φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσιν ἦσσον νοσηλότερον. οἷσι δὲ τἀναντία,

20 Τὰ στρογγυλώμενα πτύαλα παρακρουστικὰ, οἷον τῷ ἐν Πλινθίῳ, τούτῳ ἡμορ- (ὑγιαινότερον.
ῥάγησεν δὲ ἀριστερῷ, καὶ ἔλυθη πεμπταῖος.

21 Οὖρον πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον ῥύεται τὰς παρακρούσιας, οἷον καὶ τοῦ Δεξίππου μετὰ μάθησιν.

22 Οὐ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος.

23 Οἷσι τὰ τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταίοισι. ἔστι δ' ὅτε καὶ μακρότερα.

24 Τὰ πέρα τὰ ὅλα, καὶ αἱ κατὰ ῥῖνας ἐμπυήσιες ἑβδομαίοις.

25 Οἷσιν ὑπὸ ὀδόντων ὀδύνης ἀπὸ τοῦ μυκτῆρος λεπτὰ ἔρχεται, τούτοισιν ἀπὸ περιόδως ἐν φάρυγγι θό- †ὀσφρύος
ὸς παχύτερα τῇ ὑστεραίῃ ἔρχεται, ἣν καὶ τὰ ἄλλα μὴ κρατέωσι. Ἡγησίππῳ γὰρ τὸ ὑπανικὸν ἐντόσθεν οὐκ ἐκράτησεν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ προσεκαλέσατο βιαιότερον.

26 Τὴν ἀπὸ κεφαλῆς ὀστέων φύσιν, ἔπειτα νεύρων καὶ φλεβῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ τῶν ἄλλων, καὶ χυμῶν, καὶ τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω κοιλιῶν, καὶ γνώμης, καὶ τρόπον.

27 Τῶν κατ' ἐνιαυτὸν γινομένων ὥρῃ τινὶ, τότε ἤδη πρωΐτερον τοῦ ἔτεος, οἷον ἐξανθήματα καὶ τοιαῦτα, ὅμοιον τοῖσι καθ' ἡμέρην πρωΐτερον λαμβανομένοισιν, ἢ ὀψίτερον.

28 Ὡσαύτως τὸ ἐπίχολον καὶ ἔναιμον σῶμα μελαγχολικὸν μὴ ἔχον ἐξερρωσίας.

29 Λυκίνῳ τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας, ὀδυνώδης ἐν τῇ τετάρτῃ, ἢ τῇ πέμπτῃ.

ΤΜΗΜΑ ΕΒΔΟΜΟΝ.

1 Βῆχες ἤρξαντο περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς, ἢ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ, ἢ εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἐκ μεταβολῆς πυκνῆς νοτίων καὶ βορείων καὶ χιονωδέων. ἐκ τούτων τὰ μὲν βραχύτερα, τὰ δὲ μακρότερα ἐγίνετο. καὶ περιπλευμονικὰ συχνὰ μετὰ ταῦτα. περὶ ἰσημερίης αὖθις ὑπέστρεφε τοῖσι πλείοσι ὡς ἤδη τὸ πολὺ τεσσαρακοσταίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς. καὶ τοῖσι μὲν βραχέα πάνυ καὶ εὔκριτα ἐγίνετο, τοῖσι δὲ φάρυγγες ἐφλέγμηναν, τοῖσι δὲ κυνάγχαι, τοῖσι δὲ παραπληγικὰ, τοῖσι δὲ νυκτάλωπες, μᾶλλον δὲ παιδίοισι. περιπλευμονικὰ δὲ πάνυ βραχέα ἐγίνετο. φάρυγγες δὲ βήξασι τὸ βραχὺ ὕστερον αὐτίκα τῆς βηχὸς ἐγίνοντο. φάρυγγες δὲ βραχέαι, μᾶλλον δὲ νυκτάλωπες. κυνάγχαι δὲ καὶ παραπληγικὰ, ἢ σκληρὰ καὶ ξηρὰ, ἢ σμικρὰ, καὶ ὀλιγάκις ἀνάγουσαι πέπονα. ἔστι δ' οἷσι καὶ κάρτα. οἱ μὲν οὖν ἢ φωνῇσι πλεῖον ταλαιπωρήσαντες, ἢ ῥιγώσαντες εἰς κυνάγχας μᾶλλον ἐτελεύτων. οἱ δὲ τῇ χειρὶ πονήσαντες, ἐς χεῖρας μόνον παραπληγικοί. οἱ δ' ἱππεύσαντες, ἢ πλείω ὁδοιπορήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοῖσι σκέλεσι ταλαιπωρήσαντες, τουτέοισι δὲ ἐς ὀσφὺν, ἢ σκέλεα ἀκρασίαι παραπληγικαὶ, καὶ ἐς μηροὺς, καὶ κνήμας κόπος καὶ πόνος. σκληρόταται δὲ καὶ βιαιόταται, αἱ ἐς τὰ παραπληγικὰ ἄγουσαι. πάντα δὲ ταῦτα ἤδη τῇσιν ὑποστροφῇσιν ἐγίνετο, ἐν ἀρχῇσι δὲ οὐ μάλα. πολλοῖσι δὲ τούτων αὔηκαν μὲν αἱ βῆχες ἐν τῷ μέσῳ, ἐξέλιπον δὲ τελέως οὔ, ἀλλὰ συνῆσαν τῇ ὑποστροφῇ. οἷσι φωναὶ ἀπερρήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες, τούτων οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐπυρέταινον, οἱ δὲ τινὲς βραχέα. ἀτὰρ οὐδὲ περιπλευμονικὰ ἐγίνετο τούτων οὐδενὶ, οὐδὲ παραπληγικὰ, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ἐσημάνθη, ἀλλ' ἐν τῇ φωνῇ μόνῃ ἐκρίνετο. τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἴσχυε, ὡς καὶ τὰ δὴ ἄλλων προφασίων γινόμενα. ἐγίνετο δὲ νυκταλωπικὰ τοῖσι παιδίοισι μάλιστα. ὀμμάτων δὲ τὰ

μέλανα ὑποποικίλα, διὰ τὰς μὲν κόρας σμικρὰς ἔχει. τὸ δὲ ξύμπαν μέλαν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, μεγαλόφθαλμοι δὲ μᾶλλον καὶ οὐ σμικρόφθαλμοι, καὶ ἰθύτριχες οἱ πλεῖστοι καὶ μελανότριχες.

2 Γυναῖκες δὲ οὐχ ὁμοίως ἐπόνησαν ὑπὸ τῆς βηχός, ἀλλ᾽ ὀλίγαι τι ἐπυρέτηναν, καὶ τούτων πάνυ ὀλίγαι ἐς τὸ περιπλευμονικὸν ἦλθον, καὶ αὗται πρεσβύτεραι, καὶ πᾶσαι περιεγγένοντο. ἐπιφέμην καὶ τοῦτο καὶ τὸ μὴ ἐξιέναι ὁμοίως ἀνδράσι, καὶ ὅτι οὐδαμῶς ὁμοίως ἀνδράσιν ἁλίσκονται. κυνάγχαι δὲ ἐγίνοντο μὲν καὶ ἐλευθέρῃσι δισσῇσι, καὶ αὗται τοῦ εὐηθεστάτου τρόπου. περὶ ὀστῶ τέφρας δὲ δούλῃσι, ὅσῃσί τι ἐγίνοντο βιαιόταται, καὶ ταχύτατα ἀπώλλυντο. ἀνδράσι δὲ πολλοῖσιν ἐγίνοντο, καὶ οἱ μὲν διέφυγον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο. τὸ δὲ ξύμπαν οἱ μὲν οὐ δυνάμενοι καταπίνειν μόνον, πάνυ εὐηθέα καὶ εὔφορα. οἱ δὲ καὶ διαλεγόμενοι πρὸς τὴν ῥῖνισιν ἐλαφρότεροι, καὶ ὀχλωδέστερα, καὶ χρονιώτερα. οἷσι δὲ καὶ φλέβες αἱ περὶ κρόταφον καὶ αὐχένα ἐπαείροντο ὑποπόνηρα. οἷσι δὲ καὶ τὸ σύμπαν ξυμπαρωξύνετο, κάκιστον, ὅτι γὰρ καὶ ἐπιχλιαίνοντο. ὡς γὰρ γέγραπται ὅτι αἱ ξυγκλήσιαι τῶν παθημάτων ἦσαν. τὰ μὲν πρῶτα γεγραμμένα, καὶ αὐτὰ τῶν ὕστερον γεγραμμένων ἐγίνετο. τὰ δὲ ὕστερον, οὐκ αὐτὰ τῶν προτέρων. τάχιστα ἔθνησκον ὅτε ἐπιῤῥιγώσειαν πυρετώδεα ῥίγεα. τούτους οὐδὲ ἀναστάσιας πιεζομένους οὐδὲν ἄξιον λόγου ὠφέλει, οὔτε γαστρὸς ταραχή, οὔτε φλεβοτομίη, οὐδὲ ἐπιφράξιες. ἔταμον δὲ καὶ ὑπὸ γλῶσσαν, ὃς δὲ καὶ αὐτῷ ἐφαρμάκευσα. ταῦτα μὲν οὖν καὶ διὰ πάντας ἐν τῷ βίῳ, ὡς δὲ καὶ τὰ ἐπιῤῥηγνύμενα πάμπολλα. πρῶτον μὲν ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσιν ὀφθαλμίαι ἐπεδήμησαν ὀδυνώδεες.

3 Αἵματος, φλεβῶν στάσις, λειποθυμίη, σχῆμα ἄλλο, ἀπόληψις, μετώπου ξυστροφή, πρόσθεσις,

4 Ἐξέβαινον τὰ πλεῖστα διότι ἠπατῖτις. ἦν δὲ καὶ ἐκ ἀρτηρίης κακωθείσης κα- (ἐπίδοσις. κὸν σημεῖον, οἷος Ποσειδωνίῳ.

5 Οἱ αἱμοῤῥαγοῦντες τελευτῶντες οὐκ ἐφίδρωσαν μέτωπον, ἀλλ᾽ οἷα ξυμπεπτωκότες καὶ οἱ τραυματίαι. καὶ οἱ ὑπὸ ἱδρώτων ὀλλύμενοι, πονηρόν.

6 Τῶν γαστέρων αἱ δυσφορίαι ταραχὴν φέρουσιν, οἷον Ποσειδωνίῳ. καὶ τὰ θηλεία οἷα ἐν τῇ ποίᾳ. ἐν τῷ λειπυσμῷ ἡ περίτασις πρὸ τῆς τελευτῆς, καὶ ὁ ὀμφαλὸς πρόσμακρος εἱλκύσθη αὐτῷ, καὶ ὅλων ἐφελκύσιες τῶν ἐπιόντων ἐπὶ ἐόντα.

7 Ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου δεῖν ὀρθῶς ἐντέλλεσθαι, τὰ μὲν τοιαῦτα δυνάμενα, τὰ δὲ οὔ, οἷόν ἐστι τὰ ῥιζία διαχυθῆναι, ἐπιλαθῆναι καὶ διαχυθῆναι, καὶ σκληρυνθῆναι καὶ πεπανθῆναι. καὶ ὅπως κλίνας δέξασθαι σὺν ἀτρεμέοντες δεῖον μεταβολῇ, ἀναγείρειν καταναρκωμένους ἃ ὑστεραίοισιν.

8 Ὑδατώδεας θᾶσσον τάμνειν, φθίνοντας καίειν αὐτίκα, πρίειν κεφαλήν. τὰ τοιαῦτα τοῦ ὕδατος μεῖον, μὴ ψαύειν ἧπαρ, μηδὲ τῶν ἔσω, ὅμοιον γὰρ τοῖσι γονύασι.

9 Τὰ περὶ καρδίην ξυνάρχει, καὶ θερμὸν ἅλις εὔπνοιαν, καὶ τὸ ἕλκος αὐτὴ τῆς κνώσσιος θαλπεῖν ἀρχῆς.

10 Φωνὴ οἵη γίνεται ὀργιζομένοισιν ἣν τοιαύτη ἡ μὴ ὀργιζομένου φύσει, καὶ ὄμματα οἷα αὐτῆς (θυμοῦ. φύσει ταραχώδεα οἷα ὅταν ὀργίζωνται οἱ μὴ τοιοῦτοι, καὶ τἆλλα κατὰ λόγον τῶν νόσων. οἷον τὸ φθινώδες ποιεῖ τὸ εἶδος, ἣν τοιοῦτος φύσει ὑπάρχῃ ἐς τοιοῦτον νόσημα. περὶ ἐσαεὶ καὶ τἆλλα οὕτως.

11 Αἱ βῆχες κοπιώδεις καὶ ἀπλεγεῖς τῶν σιναρῶν, ἀτὰρ καὶ μάλιστα ἄρθρων. ἀτὰρ καὶ ἐν τοῖσι κοπιώδεσι πυρετοῖσι βῆχες ξηραὶ γίνονται, αἱ δὲ ἄρθρα στηρίζουσι ξὺν πυρετῷ ἢν ἐγκαταλίπωνται.

12 Τὰ συνδήματα τοῖσι φθινώδεσι τὰ ἄσημα κακόν, καὶ τοῖσιν ἀτόκοισι. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐκ τῆς αὐτῆς καταστάσιος.

13 Τοῖσι φθίνουσι τὸ φθινόπωρον κακόν, κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔαρ ὅταν τὰ τῆς συκῆς φύλλα κορώνης ποσὶν ἴκελα ᾖ.

14 Ἐν Περίνθῳ ἦρος οἱ πλεῖστοι, ξυναίτιον βὴξ χειμερινὴ ἐπιδημήσασα. καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα χρόνια, καὶ γὰρ τοῖσιν ἐνδιαιτοῖσιν ἐβεβαίωσαν. ἔστι δ᾽ οἷσι τῶν χρονίων οὐκ ἐγγίνονται, οἷον τοῖσι τὰς νεφριτικὰς ὀδύνας ἔχουσιν. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, οἷον ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος πρὸς ὃν ὁ Κώϊος ἤγαγε.

15 Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι καὶ στήθεσι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τὰς ὥρας εἰ μέγα διαφέ- (μα- ρουσι καταμαθητέον, ὅτι ὅταν βέλτιον ἔχωσιν, αὖθις κάκιον ἔχουσιν οὐχ ἁμαρτάνοντες.

16 Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι κακόν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπιπυρετήνωσιν.

17 Τὰ περιμάδαρα ἕλκεα κακοήθεα.

18 Ὀσφὺν ἀλγέοντι ἀναδρομὴ ἐπὶ τὸ πλευρόν, καὶ ἐκφύματα ἃ στῆθος καλεῖται.

19 Τὰ νεφριτικὰ οὐκ εἶδον ὑγιασθέντα ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτεα.

20 Τὰ ἐν τοῖσιν ὕπνοισι προεξωσμένα, καὶ ὅσοις ἄκρεα περιψύχεται, καὶ ἡ γνώμη παραδίδοται, καὶ

τἆλλα

τἆλλα ὅσα περὶ ὕπνον τοιαῦτα καὶ οἷσι τἀναντία.

21 Ὅσοισι μὲν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἑκάστοισι τὰ λειπόμενα ἀπόγονα γίνεται.

22 Τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται.

23 Οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅτι ἐν ἑπτὰ κινέεται ἐν τριπλασίῃ πλεῖστα.

24 Ὅτι μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιά, τὰ δ' ἀριστερὰ χάσκων.

25 Ὑγρότης διὰ τῶν ἀπιόντων, διαίτης ξηρῆς.

26 Ὅτι δὲ τὸ θᾶσσον διακριθὲν, κινηθὲν αὖθις αὔξεται βραδύτερον.

27 Ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον οἱ πόνοι τρίτῳ, πέμπτῳ, ἑβδόμῳ, ἐνάτῳ μηνί, δευτέρῳ, τετάρτῳ, ἕκτῳ, ὀγδόῳ.

ΤΜΗΜΑ ΟΓΔΟΟΝ.

1 Τὰ ἐκ τοῦ σμικροῦ πινακιδίου σκέπτεα.

2 Δίαιτα γίνεται πλησμονῇ, κενώσει βρωμάτων, πομάτων. μεταβολαὶ τούτων οἷαι δὲ οἵων ὡς ἔχει.

3 Ὀδμαὶ τέρπουσαι, λυποῦσαι, πιμπλῶσαι, πειθόμεναι. μεταβολαὶ δὲ οἵων ἐς οἷα ὡς ἔχουσι.

4 Τὰ ἐμπίπτοντα, εἰσιόντα, ἢ ἐξιόντα πνεύματα, ἢ σώματα.

5 Ἀκοαὶ κρείσσονες, αἱ δὲ λυποῦσαι.

6 Καὶ γλώσσης δὲ οἵων οἷα προσκαλέεται.

7 Πνεῦμα ὡσαύτως θερμότερον, ψυχρότερον, παχύτερον, λεπτότερον, ξηρότερον, ὑγρότερον. πεπληρωμένον μεῖόν τε καὶ τὸ πλεῖον, ἀφ' ὧν αἱ μεταβολαὶ οἷαι δὲ οἵων ὡς ἔχουσι.

8 Τὰ ἰσχόντα, ἢ ἐνισχόμενα, ἢ ὁρμῶντα σώματα.

9 Λόγοις, σιγῇ εἰπεῖν ἃ βούλεται, λόγοις οἷσι λέγει, ἢ μεγάλοι, ἢ πολλοί, ἀτρεκέες, ἢ πλαστοί.

10 Τὰ ἀπιόντα εἰδέναι ὅθεν ἤρξαντο, ἢ ὅπη ἐπαύσατο, ἢ ὅσον διαυτᾶτο χρώματά τε οἷσιν ἢ θερμότητα, ἢ ἁλμυρότητα, ἢ γλυκύτητα, ἢ λεπτότητα, ἢ παχύτητα, ὁμαλῶς ἢ ἀνωμάλως τὸ σῶμα, τὸν χρόνον, αἱ μεταβολαὶ οἷαι δὲ οἵων ἔχουσι.

11 Ἤρατο ἐρύξειν, οὐκ ἐκράτησε.

12 Δάκρυα ἑκόντι, ἀέκοντι, πολλά, ὀλίγα, θερμά, ψυχρά, παχέα.

13 Γεῦσις, πτύαλον αὐτόθι ἀναχρεμπτόμενον, ἢ ἀναβήσσοντα, ἔμετος.

14 Ἡλίου θάλπος, ψῦχος, τέγξις, ξηρότης, μεταβολὴ διὰ οἷα δὲ οἵων ἐς οἷα ἔχει.

15 Πόνοι, ἀργίαι, ὕπνοι, ἀγρυπνίαι.

16 Τὰ ἐν ὕπνῳ ἐνύπνια.

17 Κοῖται, καὶ ἐφ' οἷσιν, καὶ ὑφ' οἵων.

18 Τῆς γνώμης ξυνέσια, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν χωρὶς τῶν ὀργανῶν καὶ τῶν πρηγμάτων ἄχθεται καὶ ἥδεται, καὶ φοβεῖται, καὶ θαρσεῖ, καὶ ἐλπίζει καὶ ἀδοξεῖ. οἷον ἡ ἱπποβότου ἡ κῦρος τῆς γνώμης αὐτῆς καθ' ἑαυτὴν ἐπίσημος ἔστω τῶν ἐν τῇ νόσῳ ὑπογινομένων.

19 Ἡλικίῃ μὲν ἡλικίης, καὶ ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος. οἷον εἰ προήλυθεν ἐν χειμῶνι καὶ θέρεος, καὶ γέροντι τὴν ἡλικίην, ἢ νηπίῳ, ἢ πρότερον ἢ ὕστερον τοῦ δέοντος ὀδόντων ἐκβολαί, τριχῶν φύσιες, γόνος, τὸ μᾶλλον καὶ ἧσσον, βηχῶν αὔξησις, παχυσμός, ἰσχνασμός, μινύθησις.

20 Τὸ ξυγγενές, καὶ καθ' ἑωυτό, ὅσῳ μᾶλλον καὶ ἧσσον.

21 Τοῦ ἔτεος ἡ ὥρη ἐν ᾗ τι καὶ πρωϊαίτερον ἢ ὀψιαίτερον, ἢ ὥρη ἐν ᾗ ἐγένετο ἔπομβρος ἢ αὐχμηρή, ψυχρὴ ἢ θερμή, νήνεμος ἢ ἐπήνεμος, καὶ οἵων ἀνέμων, τῆς ὥρης ἐν ἀρχῇ, ἢ μέσῃ, ἢ ἐσχάτῃ, ἢ διὰ παντός, προεχομένης, ἢ περιούσης.

22 Ὥρη τῆς νόσου ὁ χρόνος, τὰ ἐπιγινόμενα, αἱ περίοδοι, καὶ τῶν περιόδων αἱ μέζονες, καὶ διὰ πλείονος αἱ ἐπιδόσιες, καὶ ἡ τῆς ἄλλης νόσου ἐπίδοσις, ἡ χάλασις, ἡ ἀκμή, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧσσον ἀποτελέσασα, καὶ ὅτε, καὶ ὁποίως, καὶ ἐν οἵῃ ὥρῃ καὶ ἡλικίῃ

23 Τῶν ἐπιδημιουσέων νούσων οἱ τρόποι, καὶ ἅ τις τῶν ἀρχομένων ἄρξαιτο αὐτόματος, οἷον ἢ πίνοντές τι κατισχόντες, ἢ βραχὺ καθαιρόμενοι.

24 Πυρετώδεες ἴσως οἱ ἑλκυκοί, ὧν καὶ χείλεα, οἷος ὁ τρόπος, οἱ χρόνοι,

25 Τὸ σῶμα ἔργον ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν, ὄψις, ἀκοή, ῥίς, ἁφή, γλῶσσα, λογισμός.

26 Καταμανθάνειν τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖς ἄνω καταλειπόμενα οἰδήματα, τῶν ἄλλων περιισχναινομένων ἀποστροφαί. ἐν δ' ἄκρῳ ὑπέρυθρα, σκληρά, καὶ πάνυ τοῖσι γλίσχρα, καὶ ἀνεστάμενα, καὶ ἐνεχόμενα ἐν τοῖσιν, οἷον Φαρσάλῳ Πολυμήδει.

27 Τὰ καταῤῥηγνύμενα οἰδήματα, ἢ πελιώματα, ἢ ἐπ' ὀφθαλμίαις ἢ ἕλκεσιν. ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων καταῤῥεόμενα, ὅτι σημεῖον.

28 Ἀμφὶ ἄμητον στρόφοι περὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ ὀδύναι, ἴσως ὅτ' ἀπὸ πρασέων. ἅτερ καὶ ἀπὸ σκορόδων τούτοισιν ὕστερον.

29 Ἐρυσίπελας τὸ ὀξὺ οἷσιν ἀπὸ τραχήλου, καὶ περὶ ταῦτα ἐν προσώπῳ ἐκρίνετο. τὰ μέλανα καὶ οἷσι τραχήλου κακὰ, καὶ αἱ φλυκταίναι κακαὶ, καὶ οἷσι παραπληκτικά.

30 Ὁ μελαγχολικὸς ὁ Ἀδαμάντου ἀπὸ πεπλίου πλειόνων ἥμισυ ποτὲ μέλανα, ἄλλοτε ἀπὸ κρομμύων.

31 Οἱ πυρετοὶ ἐν οἷσιν ἑφελκοῦνται χείλεα ἴσως διαλείποντες, καὶ τριταίοισι ψύξιες. οἱ δὲ πολακίδες αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι αἰεί.

32 Οἷον ἔντεσιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι σκεπτέον, ἦρα οὐκ ἐμπυοῦνται.

33 Ἔθος δὲ δεῖ οἷσιν ὑγιαίνομεν διαίτησι, σκέπησι, πόνοισιν, ὕπνοισιν, ἀφροδισίοισι, γνώμῃ.

34 Ὅπως τὰς νόσους ἀπό τινων πρός τινα χρήματα, ἐφ' οὓς τόπους ἐτράποντο, ἤρχοντο, παρῆσαν, ἐπαύσαντο.

35 Ἐν οἷσιν ἀκρατὴς φοβερός.

36 Τὰ ἐναντία ἐν τῇ νόσῳ διαιτήματα.

37 Τὸ εὔφορον, τὸ δύσφορον.

38 Αἱ δίαιται ὅσον γνῶναι, μὴ ἐξαλλάσσαι· συμφοραὶ γὰρ πολλαί·

39 Ἀγαθοῖσι δὲ ἰητροῖσιν αἱ ὁμοιότητες πλάνας καὶ ἀπορίας, ἀλλὰ τἀναντία ἡ πρόφασις. οἶδα ὅτι χαλεπόν ἐστιν ἐκλογίσασθαι εἰδότα τὰς ὁδοὺς, οἷον εἰ φοξὸς, εἰ σιμὸς, εἰ ὑπόξηρος, εἰ χολώδης, δυσήμετος, μέλας, νέος, εἰ κῆ βεβιωκὼς, ἅμα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ξυνομολογήσασθαι χαλεπόν.

40 Ὧ τὸ συνέγγιον ἐπανεῤῥήγνυτο, βηχία ἐκώλυε διαμένειν.

41 Ὧ ὁ λοβὸς τοῦ ἥπατος ἐπεπήχθη διασείσας, ἐξαίφνης ὁ πόνος ἐπαύσατο.

42 Σάτυρος ἐν Θάσῳ ἐπώνυμον ἐκαλεῖτο γρυπαλώπηξ, περὶ ἔτεα ὢν πέντε καὶ εἴκοσιν ἐξονειρώσσει πλεονάκις, προῒε δ' αὐτῷ καὶ δι' ἡμέρης πλεονάκις. γενόμενος δὲ περὶ ἔτεα τριάκοντα, φθινώδης ἐγένετο καὶ ἀπέθανεν.

43 Ἐν δὲ Ἀβδήροις ὁ παλαιστροφύλαξ, ὁ καὶ ἀθηνὸς λεγόμενος, παλαίσας πλείω πρὸς ἰσχυρότερον, καὶ πεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν, ἀπελθὼν ἔπιε ψυχρὸν ὕδωρ πουλύ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκείνης τῆς νυκτὸς ἀγρυπνίη, δυσφορίη, ἄκρεα ψυχρά, τῇ δ' ὑστεραίῃ εἰσῆλθεν εἰς οἶκον, καὶ τῆς κοιλίης βαλάνου προστεθείσης οὐχ ὑπῆλθεν, οὔρησε δὲ σμικρὸν, πρότερον οὐδὲν οὐρήκει, ἣν νύκτα ἐλούσατο, οὐδὲν ἧσσον ἀγρυπνίη καὶ δυσφορίη παρέκειτο. ἰόντι δὲ τριταίῳ κατάψυξις ἀκρέων, ἐκαθομένου ἱδρῶσε. πιὼν δὲ μελίκρατον, ἀπέθανε τριταῖος.

44 Οἱ μελαγχολικοὶ καὶ ἐπιληπτικοὶ εἰώθασι γίνεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ οἱ ἐπιληπτικοὶ μελαγχολικοί. τούτων δὲ ἑκάτερον μᾶλλον γίνεται, ἐφ' ὁπότερα ἂν ῥέψῃ τοῦτο τὸ ἀῤῥώστημα. ἢν μὲν ἐς τὸ σῶμα, ἐπίληπτοι. εἰ δ' ἐπὶ τὴν διάνοιαν, μελαγχολικοί.

45 Ἐν Ἀβδήροις Φαέθουσα ἡ Πυθέω γυνὴ, ἡ κῦρος ἐπίτοκος ἐοῦσα τοῦ ἔμπροσθεν χρόνου. τοῦ δὲ ἀνδρὸς αὐτῆς φυγαδευθέντος, τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πουλύν. μετὰ δὲ ἐς ἄρθρα πόνοι καὶ ἐρυθήματα. τούτων δὲ ξυμβάντων τό τε σῶμα ἠνδρώθη, καὶ ἐδασύνθη πάντα, καὶ πώγωνα ἔφυσε, καὶ φωνὴ τρηχείη ἐγένετο. καὶ πάντα πραγματευσαμένων ἡμέων ὅσα ἦν πρὸς τὸ τὰ γυναικεῖα κατασπάσαι, οὐκ ἦλθεν, ἀλλ' ἀπέθανεν οὐ πολλὸν μετέπειτα χρόνον βιώσασα.

46 Ξυνέβη δὲ καὶ Ναμυσίῃ τῇ Γοργίππου γυναικὶ ἐν Θάσῳ τὸ αὐτό. ἐδόκει δὲ πᾶσι τοῖσιν ἰητροῖσιν, οἷσι κἀγὼ ἐνέτυχον, μία ἐλπὶς εἶναι ὡς γυναικωθῆναι, εἰ τὰ κατὰ φύσιν ἔλθοι. ἀλλὰ καὶ ταύτῃ οὐκ ἠδυνήθη πάντα ποιούντων ἐπελθεῖν, ἀλλ' ἐτελεύτησεν οὐ βραδέως.

ΤΕΛΟΣ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


PALMA BEB

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 65
Tel. 825.823 - ROMA